









1  
Naturhistorisk Tidsskrift Ser. III. Vol. XII.

SYMBOLÆ

AD

MONOGRAPHIAM

CYMOThoARUM

CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIPSERUNT

J. C. SCHIØDTE ET FR. MEINERT

I. AEGIDÆ.


ACCEDUNT TABULE AENEÆ SEPTEM

HAUNIÆ

TYPIS H. H. THIELE

MDCCCLXXIX

Division of  
LIBRARY of Crustaceæ





SYMBOLÆ AD MONOGRAPHIAM CYMOTHOARUM  
CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIPSERUNT

J. C. SCHICEDTE ET FR. MEINERT

Primam e quæstionibus aliquot continuis de Isopodibus onisciformibus suctoriis in lucem prolaturi a ratione reddenda fontium copiæ, qua usi sumus, uberrimæ initium sapiemus.

Krœyer, professor Hauniensis, haud ita multos abhinc annos mortuus, præter quæstiones suas carcinologicas ichthyologus, ut sciunt omnes, assiduus et peritissimus, opus de his Crustaceis absolvere per multos annos in animo habuerat et inter alia collectionem piscium in Museo Hauniensi positam, cui administrandæ ipse præerat, hæc animalia spectans, summa cum cura percensuerat. Itaque collectio Crustaceorum Musei nostri, jam illo eam administrante, copiam satis amplam Cymothoarum inclusit. Tamen, quum Krœyer operibus aliis generis impediretur, quo minus in his explorationibus perseveraret, is, qui nunc consultit collectioni Crustaceorum, (Schiœdte), hanc familiam certa ratione persequi et tractatui systematico subjicere cogitavit, sed, hic et illuc via præmunita, necessaria oris exploratione fabricam oris Crustaceorum in universum altius exquirere coactus est (cfr. horum Annalium III ser., v. IV, p. 169—206, tab. X—XI, v. X, p. 211—252, tab. IV—VIII), quam ob rem tractatus fusior Cymothoarum diu cessavit. Tandem viribus conjunctis opus illud tam diu procrastinatum serio capessere statuimus, et primum ex aliis quoque collec-

tionibus materiam quam maximam comparare voluimus. Qua in re feliciter factum est, ut etiam Steenstrup, professor ordinarius zoologiæ Universitatis nostræ, quum collectionem studiorum et lectionum causa separatim institutam administraret, per multos annos hæc animalia ope præfectorum navium Danorum colligenda curavisset, quam copiam in opere elaborando utendam nobis liberalissime permisit. Ita fundamentis latis et amplis comparatis eos, qui Musea Europæ et Americæ septentrionalis regunt, de stipe conferenda adiimus, quorum gratia et voluntate pæne sine ulla varietate in nos collata factum est, ut copia nostra horum animalium tanta fieret, quantam non dubitamus quin nemo ante nos ad ullam partem Crustaceorum tractandam in promptu habuerit. Hæc sunt Musea, quorum collectiones studiorum causa nobis traditæ fuerunt, Europæ: M. Bergense (quod regit Danielssen, medicus superior), Berolinense (q. r. Peters, professor), Bonnense (q. r. Leydig, professor), Christianiense (q. r. Esmark, professor), Godefroyanum (q. r. Schmaltz), Gotingense (q. r. Ehlers, professor), Holmiense (q. r. Lovén, professor), Lugdunense Batavorum, (q. r. Schlegel, professor, et Du Mans, dr.), Parisiense (q. r. Blanchard et Lucas, professores), Uppsaliense (q. r. Lilljeborg, professor), Vindobonense (q. r. Steindachner et Koelbel, doctores), Vratislaviense (q. r. Grube, professor); Americæ septentrionalis: M. Academiæ, quam vocant Peabody (q. r. Emerton et Kingsley, professores) et Cantabrigiense (q. r. Pourtales et Hagen, professores). Præterea homines privati nonnulli, imprimis Luetken, dr. ph., Budde-Lund, Tauber, Alfr. Benzon Haunienses et Robert Collett Christianensis, plurium aut pauciorum Cymothoarum potestatem nobis permiserunt, et scholæ aliquot Haunienses unum et alterum exemplum nobis commodaverunt, velut schola regia rei veterinariæ et rusticæ, schola, cui a cura posteritatis nomen est, scholaque Westeniana. His opibus nixi partim numerum quandam novarum specierum, pæne tot, quot adhuc descriptæ sunt, proponere potuimus, partim species jam notas copiosius et magis comparative describere, neque non animadvertisendum est, quum maximam partem exemplorum typi-

corum eorum, qui antea hæc animalia descripserunt, oculis ipsi perlustraverimus, haud paucos errores corrigere et species parum accurate descriptas confirmare nos potuisse.

Ut jam supra diximus, alter scriptorum hujus quæstionis descriptionem oris haustellati Crustaceorum exposuit (v. h. Annal. III ser. voll. IV et X), in cuius jam prima parte, Isopodibus proxime ad Insecta accendentibus nixus, fabricam oris earum duarum formarum Isopodum parasitorum, Ægarum et Cymothoarum, (h. e., Anilocridarum et Cymothoidarum hujus disquisitionis), illustravit, quæ typi totius familiæ haberi possunt. Discrepantiæ, quæ intra hos duos typos sunt, tam parvi sunt momenti, ut putaverimus, earum in dispositione nostra systematica nullam rationem esse habendam; tamen, quum concedendum nobis sit, Ægidas et Cirolanas, quod quidem ad habitum pertineat, sæpe inter se tam similes esse, ut error inde oriri possit, ante Cymothoas tractatas hujuscemodi Cirolanas Ægas simulantes complures descriptsimus (v. h. Annal. III ser. vol. XII, p. 279—302, tab. III, IV, V.). Ceterum certum habemus, Cymothoas seriem Isopodum parasitorum subtiliter circumscriptam efficere, quæ, eadem ratione vivendi et se evolvendi conjunctæ, certe, dum juniores sunt, inter se summe congruant, quamvis ætate provectæ, maxime celerius aut tardius se movendi facultate, haud mediocriter inter se discrepant.

Evolutio pedum motoriorum omnium annulorum corporis contra Insecta et Arachnida nota Crustaceorum communis est; sed tantum abest, ut ratio mobilitatis hujus partis Condylopodum idcirco gravior sit, ut, quum mobilitas insectorum cum metamorphosi procedenti augeatur et in Imagine demum ad finem suum perveniat aut omnino appareat, apud Crustacea contra plerumque, dum ætas labitur, magis magisque communatur. Itaque hanc classem animalium ingenti multitudine formarum pertextam videmus, quæ post vitam brevorem aut longiorem in libera agilitate actam adhærent aut etiam cum iis animalibus, ut ita dicamus, concrescent, quibus aluntur aut in quibus tantummodo locum consistendi sibi quærunt.

Cymothoarum pulli, inde ab altero stadio metamorphoseos, valde alacres et pleni vigoris sunt, facultate rapidissime natandi saepe præditi; sed hæc mobilitas apud omnes, quamvis plus minusve, cum ætate procedenti senescit, ut secundum variam evolutionem pedum posteriorum trunci tres gradus mobilitatis formæ adultæ internosci possint. Maximam enim mobilitatem *Ægidæ* retinent, quorum pedes posteriores trunci gressorii aut cursorii sunt, brevibus, pæne rectis unguulis præditi. Deinde proximum post eos locum *Anilocridæ* tenent, quorum septena paria pedum trunci omnia in unguulas longas et valde incurvas exeunt; sed præterea omnes eorum pedes longi et exiles sunt, et paria posteriora etiam longiora, non-nunquam multo longiora quam priora. Tertiæ denique formæ, *Cymothoidarum*, septena paria pedum omnia et ipsa robustis et incurvis unguulis ornata sunt, sed quaterna posteriora paria pedum multo robustius quam priora exstructa, coxæque sæpissime valde incrassatæ et carinate dilatatæ sunt, ut ad reliquam partem pedis recipiendam et plus minusve tegendam aptæ fiant. Cum his tribus formis principalibus pedum posteriorum trunci et gradu mobilitatis animalium cum hac re conjuncto varia ratio vivendi consentit, ut *Ægidæ* in piscibus vagantes, *Anilocridæ* exteriori parti piscium adhærentes, *Cymothoidæque* in piscibus et molluscis inclusi internosci possint. Præterea, quum mobilitas *Anilocridarum* et *Cymothoidarum* magis magisque hebescat, *Ægidæ* aliquid mobilitatis suæ juvenilis recuperant et prædam suam relinquunt, ut in loca plus minusve alta maris descendant, ubi nullum aut haud multum cibum capientes generationis causa versantur.

Propter copiam uberrimam, cuius potestas nobis facta est, opus nostrum in partes aliquot dividere coacti sumus; itaque tantum tribum primam, *Ægidarum*, tractatam nunc volumus. Tamen non solum ea, quæ ad reliquas partes absolvendas opus sunt, diligenter paravimus, sed etiam maxima pars imaginum a nobis jam perfecta est.

## ÆGIDÆ

*Oculi manifesti, magni vel permagni.*

*Antennæ primi paris breves, scapo triarticulato, robusto, flagello tenui.*

*Antennæ secundi paris longiusculæ vel longæ, flagello pertenui.*

*Pedes prensorii breves vel breviusculi, unguis longis, incurvis.*

*Pedes gressorii breviusculi vel longiusculi, spinulosi, unguis brevibus, subrectis.*

*Cauda manifesto articulata, annulis sex constans, quorum primus interdum plus vel minus obtectus, ultimus maximus, ad apicem versus attenuatus, ciliatus. Pedes branchiales remis binis, latis, foliaceis, ciliatis. Pedes anales articulo basali in spinam longam interiorem desinente, remis productis, foliaceis, ciliatis.*

*Mas: Remus interior pedum branchialium secundi paris processum angustum, longum, internum emittens.*

*Femina: Lamellæ oviferæ ciliatae.*

*Larva: Magna.*

*Antennæ articulis paucioribus quam in adultis constantes.*

*Pedes prensorii breviusculi, tenues, unguis quam in adultis minoribus, inermibus.*

*Pedes gressorii breviores, minus spinulosi, paris ultimi nascentes glabri.*

Oculi manifesto compositi, magni vel maximi, præter latera capitis interdum verticem totum ferme occupantes (Æ. monophthalmæ, ophthalmicæ, Stroemii etc.). Ocelli in series obliquas usque ad octodecim concinne redacti; series mediae ocellis usque ad triginta septem, laterales ocellis aliquantum paucioribus compositæ.

Antennæ primi paris scapo aut fronti continuo (Ægæ, Alitropo), aut fronte obtecto (Rocinelæ). Flagellum manifesto discretum, breve, scapo saepius vix longius, articulis paucioribus constans (usque ad octodecim, soli Æ. spongiophilæ triginta octo).

Antennæ secundi paris pone antennas primi paris insertæ, productæ, epimerum primum minimum attingentes, in *Æ.* spongiophila epimerum ultimum explentes. Scapus articulis quinque semper constans, quorum tres primi perbreves, duo primi semper transversi, conjuncti articulo quarto vel quinto sæpius vix longiores. Articuli flagelli sæpius numerosi, quam articuli flagelli primi paris interdum duplo numerosiores, rarius his numero subæquales (*Æ. nodosæ, Webbii*).

Pedes parium trium priorum trunci prensorii, breves, articulis arte contiguis. Femora sæpissime lunata, latere interiore setis spinisve in series binas digestis exornato. Ungulæ permagnæ, incurvæ, sæpius longitudine et curvatura per paria diversæ, sulco marginis posterioris baseos ad processum terminalem magnum, rotundatum, articularium tarsorum accommodatæ.

Pedes parium quattuor posteriorum trunci gressorii, breviusculi, sæpissime teretiusculi, infra et in margine posteriore series brevibus armati spinarum brevium vel longiorum. Femora sæpissime carinis acutis, leviter elevatis (*Æ. serripedi peraltis*) exornata. Pedes ultimi paris in adultis, præsertim in maribus, quam reliqui longiores.

Cauda sæpissime acute expressa, trunco sæpissime paulo angustior, annulis sex argute discretis composita. Annuli quattuor priores sæpissime æquales, primus tamen Roci nelæ quam reliqui valde et brevior et angustior. Annulus quintus annulo quarto, quo multo angustior, lateribus amplexus. Annulus analis amplius, caudam reliquam sæpissime æquans longitudine, semicirculus, lingulatus vel subtriangulus, post angustius vel latius truncatus.

Inter sexum<sup>1)</sup> virilem et femininum — quod quidem ad faciem externam pertineat — sæpissime haud multum interest.

---

<sup>1)</sup> Paucos abhinc annos Bullar in quæstione brevi, quam inscriptit: The generative organs of the parasitic Isopoda (v. Journal of anatomy and physiology, vol. XI, p. 118—123, tab. IV),

In mare tamen jam inde a prima ætate internosci possunt duo illa orificia vel vestigia eoruū, quæ loca egestioni vasorum efferentium accommodata significant et in segmento ventrali annuli septimi trunci haud procul a linea media posita sunt. Præterea in mare margo interior folii interioris pedum branchialium secundi paris in modum laciniae liberæ, angustæ firmiorisque quam reliqua pars folii sejunctus est et aut leniter acuminatus aut in formam laminæ ensis, lateribus æquidistantibus, fictus. Quum hæc lacinia tantum in mare inveniatur, credat quispiam, eam ad copulam alienjus esse momenti eodem modo, quo duo priora paria pedum branchialium transformatorum muscularum Oniscorum; sed et in Ægidis hæc lacinia tantummodo appendix parva est, quæ neque forma

---

contentit, Cymothoas, saltem veros Cymothoidas (Cymothoam, Nerocilam, Anilocram), hermaphroditas esse, eo scilicet modo, ut in primo stadio præcipue mares essent, quum, et ovariis et testibus præditæ, tantum ductibus efferentibus testium, non ovariorum exornatae essent; in secundo autem stadio ductus efferentes testium amitti, ut neque ovaria neque testes ullum jam exitum externum haberent; in tertio denique stadio oviductum ex ovariis aperiri ovaque, sine dubio ab uno eodemque animali fecundata, in bursam incubatricem, cute postremum deposita ortam, illabi. Hanc rationem Moseley impugnavit (v. Ann. mag. nat. hist., IV ser., XIX, p. 89—90) iisque, quæ Bullar opposuit (ibid. p. 254—256), idem rursus oblocutus est (ibid. p. 310—11). Iam Paul Mayer in symbolis suis carcinologicis (v. Mittheil. Zool. Stat. Neap. I, p. 165—179, tab. V) sententiæ, quam Bullar proposuit, in universum (»im grossen und ganzen«) assentitur, sed tamen in re exponenda sic eam diffingit, ut velit, individua minora natu vicibus marium, majora feminarum fungi, et generationem intestinam esse eaque condicione fieri, si animal vicibus maris fungi ponatur. — Non negamus, expositiones anatomicas et eas, quas Bullar, et multo magis eas, quas Mayer in medium protulerit, dignas esse, quæ diligenter explorentur, et ægerrime ferimus, in præsentia nos impediri, ne in natura eas exquiramus et persequamur; sed tamen tenendum nobis est, expositiones illorum indagatorum nullo modo conjungi posse cum iis, quæ in integumentis copiæ nostræ maxime et uberrimæ horum animalium observare nos potuerimus. Restat, ut cel. Dr. Mayero summas gratias agamus, quod nobis, individuo Anilocrae mediterraneæ artificiose parato transmisso, facultatem investigandi rem dare voluit.

neque situ quicquam auxilii copulæ ferre posse videtur, et in Anilocridis hæ laciniæ nonnunquam etiam in feminis (Nerocilarum) reperiuntur, quum rursus inter Cymothoidas etiam mares sint, qui iis careant. Laciniæ tales jam in maribus priorum stadiorum larvalium deprehendimus, neque in maribus ullius speciei *Ægidarum*, qui tam multi a nobis explorati sunt, eas non observavimus. Etiam pedes gressorii, præsertim postici, graciliores et longiores in mare esse videntur. In femina *Ægæ* magnificæ expansiones, quæ in mare et pullo securiformes sunt et in tarsis pedum prensiorum reperiuntur, curtis tantum laminis nodulisque continentur. In femina usque ad postremam cutis mutationem nulla externa, quicquid H. Rathke contendit<sup>1)</sup>), significatio sexus percipi potest; quum autem femina in stadio pænultimo est, quinque simul paria lamellarum oviferarum et lamella illa ovifera, quæ simplex et novissima est, inter veterem et novam cutem ventralem speciem foliorum latorum, in media parte pæne contiguorum præbent. Jam quum in eo est, ut cutis mutetur, modo Oniscis solito id fit et quidem, ut in ceteris mutationibus cutis, semper bis, ita ut primum cutis caudæ et trium posteriorum annulorum trunci, deinde, multo tamen tempore interposito, cutis capitis et quattuor priorum annulorum trunci deponatur. In priore parte mutationis cutis vulvæ, in lateribus segmenti ventralis annuli quinti trunci prope marginem posteriorem sitæ, liberæ fiunt, qua re fit, ut copula perfici possit, quæ sine dubio eo adjuvatur, quod lamellæ oviferae tres (lamella simplex atque novissima et lamellæ duæ geminatæ, quæ e membrana articularia inter segmentum ventrale quintum et sextum exeunt), celeriter exultæ, sinum simul efficiunt, qui corpus novissimum maris complectatur et fulciat. Copula perfecta etiam cutis partis prioris corporis mutatur; reliqua quattuor paria lamellarum oviferarum celeriter evolvuntur et, e transverso inter se posita, sub inferiorem partem corporis explicantur et sub caput usque ad labrum producuntur, ut os tegatur, qua re

---

<sup>1)</sup> v. Nova acta acad. Cæs. Leop. nat. curiosor., vol. XX, p. 32.

non (aut certe summa cum difficultate) licet feminæ cibum capere<sup>1)</sup>.

Antequam Luetken (v. Vid. Medd. Naturh. For. 1860 p. 183) divulgavit, se Acherusiam rotundicaudam (i. e., Rocinellam Danmoniensem nostram) lamellis oviferis præditam invenisse, nemo hæc instrumenta in ullo Ægida deprehenderat, et ea deesse etiam Luetken unam notarum gravissimarum hujus tribus Crustaceorum habuit, qua a Cymothoidis separaretur. Neque postea lamellæ oviferæ in Ægidis commemoratæ sunt (quamquam in Æga spongiophila fortasse adumbratae sunt). In aliquot tamen generibus et speciebus nos eas invenimus, in Æga magnifica, ophthalmica, ventrosa, spongiophila atque in Rocinella Danmoniensi Dumeriliique, ut certe affirmare audeamus, lamellas oviferas inventas neque in generibus neque in speciebus exceptionem, sed normam esse. Quod lamellæ oviferæ in magnis illis speciebus septentrionalibus generis Ægæ, velut in Æga Psora, Stroemii, crenulata, arctica, quæ supra centum annos notæ et exploratæ fuerunt, et quarum imprimis Museum Hauniense collectiones amplissimas, ex regionibus diversissimis marium septentrionalium comparatas, continent, nondum repertæ sunt, genere vitæ horum animalium id facile explicari posse putamus. De evolutione harum lamellarum jam supra diserte diximus, eas sub caput produci et ostegere, qua re certo significari putavimus, hæc animalia copula finita non amplius cibum capere, sed e mari aperto et periculis omnis generis pleno in vada in fundo maris sita recedere. Jam autem species magnæ Ægæ paulo ante nominatæ in Gado Morhua et Scymno microcephalo, sectatore ejus, habitant et cum iis capiuntur, quam ob rem in mari aperto et locis conveniendi Gadorum, in quorum vada post copulam sine dubio se recipiunt, versari tantum non coguntur. Itaque in

<sup>1)</sup> De his rebus et in universum de iis, quæ explorationes nostræ de Cymothoarum generatione et metamorphosi consecutæ sunt, academiam scientiarum Gallicam alter nostrum nomine utriusque prædocuit (v. Comptes rendus des séances de l'Académie des sciences, juillet 1878 p. 52).

hoc vitæ stadio modo fundum maris radendo inveniri possunt, et feminæ sex, lamellis oviferis præditæ, quas supra commemoravimus, re vera aut in profundo maris captæ esse diserte dicuntur (*Æga ventrosa*, *Rocinela Danmoniensis Dumeriliique*) aut speciebus annumerandæ sunt, quæ propius litora versantur. Itaque reliquæ species *Ægidarum* ex his recte judicari posse videntur, præsertim si reputes, convenientiam structuræ horum animalium tantam esse, ut genera bene distincta proponere eam ob rem difficile dubiumque fiat. Minimos, quos novimus, pullos *Ægæ crenulatae* et *Stroemii* cum pullis duorum primorum stadiorum *Rocinelæ Danmoniensis* inter se comparando intelligemus, tantummodo unum stadium harum specierum *Ægarum* nobis deesse, id, quod pullus in bursa incubatrice matris inclusus transigat, dum mater sine dubio in profundo mari versatur.

De evolutione familiæ *Cymothoarum* per pauca usque ad hoc tempus nota fuerunt. Le Sueur (v. *Sur une nouvelle espèce d'insecte du genre Cymothoa de Fabricius*; *Bull. des sc. par la société philomathique de Paris*, 1814, p. 45—46; Pl. II; Fig. 11. A—L) primus commemorasse et adumbrasse videtur pullum animalis hujus familiæ, i. e., larvam e bursa incubatrice expromptam *Cym. Bopyroidæ* (i. e., speciei generis ejus, quod *Urozeuctes* vocatur), sed idem dubitat, an potius mas quam pullus sit, quamvis trecenti quinquaginta capti et singuli ad summum 1 m. m. longi fuisse dicantur. Ceterum neque e verbis neque ex imagine intelligi potest, utrum pullus descriptus larva primi an secundi stadii fuerit. Plus quam viginti annis interjectis Milne Edwards tractatu suo, qui inscribitur »*Observations sur les changemens de forme que divers Crustacés éprouvent dans le jeune âge*« (v. *Ann. des sc. nat.*, sér. II, vol. III, p. 321—34), fundamentum etiam notitiæ nostræ evolutionis *Cymothoarum* jecit. Stadium secundum pulli *Cymothoæ trigonocephalæ* (i. e., *Ceratothoæ Banksii*) et *Anilocræ mediterraneæ* adumbrat. Dubitari potest, num stadium primum ei notum fuerit. Dicit enim ille quidem esse verisimile, ante stadium a se descriptum alterum fuisse, in quo annulus septimus trunci plane decesset; sed partim hic annulus stadio

primo nunquam deest et in utroque stadio fere pariter evolutus, quamvis sæpe annulo præcedenti obtectus, invenitur, partim Milne Edwards non commemorat, cilia in pedibus branchialibus, analibus annuloque anali non inveniri, quum ea ipsa re duo illa stadia facile et insigniter inter se discernantur. Deinde Milne Edwards larva, et ipsa stadii secundi, generis ejus, quod Urozeuctes (Owenii) dicitur, in vol. XIV Annalium, quos supra citavimus, descripta (v. tab. 5 C, non 3 C) observationes suas supplevit. Ceterum neque hic neque in tractatu priore neque in libro, quem inscripsit »Histoire nat. des Crustacés«, Cymothoam Bopyroiden, quam Le Sueur proposuit, commemorat. Guérin, cuius opus, quod dicitur »Iconographie du règne animal«, imitationibus, ut omnibus notum est, magna ex parte constat, imagines quoque larvæ Cymothoæ Banksii, quas Milne Edwards edidit, mēnsura ex parte minuta imitatus est, sed præterea imagini speciei suæ novæ Ichthyophili (i. e. Nerocilæ) Orbignyi etiam larvam stadii primi hujus animalis cum figuris quibusdam analyticis addidit. Quamquam imagines haud sane ei successerunt, ex eo tamen, quod omnis setatura et ciliatura abest, satis dilucide intelligitur, primum stadium eum descriptsisse (v. Crustacés, Pl. 29 f. 3 a—e). Etiam H. Rathke in libro, quem inscripsit »Beiträge zur Fauna Norwegens«, de evolutione Cymothoarum quædam disputavit, et is primus pullum *Ægidæ* ante oculos habuit. Stadium tamen minimum natu, quod vidit, tantum tertium est, in quo primo pedes annuli septimi trunci in modum membrorum duorum brevium, nihil amplius quam inter se attingentium proveniunt. Idem stadium jam in Onisco murario Rathke descripserat (v. Abhandl. z. Bild. u. Entwick. d. Mensch. u. d. Thiere II, tab. VI, fig. 19). Sed, magnitudine insigni pulli *Ægæ* in errorem inductus, evolutionem multo lentius quam in Onisco fieri putat, et, quod lamellas oviferas in nulla femina *Ægæ* invenerit, ova in mari libera deponi suspicatur (v. Nov. act. Acad. Cæs. Leop. Car. natur. curiosor. vol. XX, p. 28). Luetken, id quod jam supra commemoravimus, feminam *Ægidæ* lamellis oviferis præeditam et pullos invenit; sed quum ejus, ad certam rationem *Ægidas*

redigentis, maxime interesset, utrum lamellæ oviferæ reperi-  
rentur necne, de pullis tantum hoc dicit, eos frequentes et 7  
m. m. longos fuisse. Denique in quæstione sua de fabrica oris  
haustellati Crustaceorum (v. horum Annalium III ser. vol. IV,  
p. 198) alter nostrum, (Schicœdte), pullum Cymothoæ Ostri stadii  
secundi, bursam incubatricem relinquente, descripsit, qui a  
forma pullorum Cymothoarum adhuc notorum, imprimis antennis  
valde productis unguisque productis, profunde serratis pedum  
prensoriōrum, discrepat, et animadverti vult, hos pullos se-  
cundum notas, quæ ad hoc tempus ratæ habitæ sint, potius  
Cirolanas quam Cymothoas esse; itaque explorationem oris  
diligentissimam summi esse momenti dicit.

Ut jam supra diximus, omnes formæ Cymothoarum in  
prioribus stadiis evolutionis inter se valde similes sunt. Itaque  
descriptio nostra evolutionis *Ægidarum*, quod quidem ad  
summam rei pertineat, etiam in Cymothoas reliquas cadit, ut  
in duabus illis aliis tribubus principalibus tractandis tantum  
ea, quibus ab *Ægidis* abhorreant, indicare necesse sit.

Ova *Ægidarum* magna neque admodum frequentia sunt  
(in *Æga ophthalmica* tredecim ova, 2 m. m. longa, invenimus).  
Quum fecundata sunt, in bursam incubatricem, quam lamellæ  
oviferæ efficiunt, illabuntur. Larvam stadii primi solam Ro-  
cinelæ Danmoniensis *Ægidarum* novimus, quam una cum larva  
secundi stadii e bursa incubatrice expromsimus. Inter formas  
larvarum horum duorum stadiorum haud multum interest,  
ut, exploratione diligentiore non adhibita, facile credas,  
larvas utriusque stadii pariter aptatas esse ad libere natandum  
et piscem petendum, cui adhæreant et quo pascantur. Sed  
tantum tamen interest, ut larvæ stadii primi nullo modo na-  
tare possint, quum et setæ antennarum pedumque trunci et  
cilia pedum branchialium, annuli analis pedumque analium iis  
desint. Quum igitur larva secundi stadii animal natans sit,  
larva primi stadii tantum animal repens est et in bursa in-  
cubatrice semper moratur, ubi, cibum non capiens, vitellum  
consumit, quod per integumenta tenuia larvæ dilucide per-  
spici potest. Larvæ duorum priorum stadiorum animali

adulto habitu similes illæ quidem sunt, sed tamen in rebus singulis haud pauca ab eo discrepant. Caput enim magis triangulum est, a fronte acuminatum; antennæ in scapum et flagellum non divisæ sunt neque scapi unquam lati aut dilatati, nedum in amplificationem continuam et in modum laminæ formatam conjuncti; numerus quoque articulorum flagelli parvus est et cum ætate augetur. Oculi magni sunt, sed ordines ocellorum eorumque numeri in singulis ordinibus pauciores. Annuli trunci fere eadem magnitudine sunt neque linea media e transverso in binas areas divisi; numero tantum sex esse videntur, quia septimus caudæ se applicat et, forma paulo breviore excepta, annulis ejus similis est; præterea vestigia epimerorum et pedum annulo septimo plane desunt. Annuli quinque priores caudæ fere uniformes sunt (in Rocinela sola annulus primus multo magis coarctatus est), sed annulus sextus seu analis jam maximus est (in formam linguae fictus). Pedes trunci omnes uniformes sunt, satis breves, sine ulla insigni differentia structuræ articulorum singulorum.

Tertio stadio ineunte, i. e., cuncte iterum deposita, annulus septimus trunci et epimeris et pedibus exornatur; sed epimera perparva sunt, dimidio fere breviora quam epimera præcedentia, et pedes introrsus versi sunt, contra inferiorem partem corporis firme compressi, unguis inter se e transverso positis, sed graciliores et sine ulla lanugine sunt. Ceterum quantum ad antennas, sculpturam reliquosque pedes pertinet, animal per stadium tertium formam certam et manentem induit, donec, cuncte postremum deposita, forma latior magisque compressa fit, et femina præterea lamellis oviferis ciliatis in segmentis ventralibus trunci exornatur. Itaque quartum stadium a tertio haud multum discrepat; tantummodo pedes gressorii ultimi paris paulo longiores, ultimis articulis plus minusve inter se solutis, leviterque setis ornati sunt. Post aliquot demum mutationes cutis pedes gressorii ultimi paris ad finem evolutionis pervenient.

## ÆGA Leach.

*Æga Leach*, Trans. Linn. Soc. XI. p. 369; Dict. sc. nat. XII. p. 349. — Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 304. — Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 238. — Dana, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 747. — Luetken, Vid. Medd. Naturh. Foren. f. 1858. p. 65. — Sp. Bate and Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 276.

*Pterelas Guérin*, Mag. zool. Cl. VII. Pl. 20. — Lamarck, Hist. anim. s. vert. 2. éd. V. p. 275. — Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 244.

*Rocinela* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 243. — Dana, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 747. — Nec! Leach.

*Pterelas Dana*, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 748.

*Ægacylla Dana*, Proc. Acad. nat. sc. Philad. VII p. 176. — Pullus!

*Corpus compactum, plus vel minus robustum.*

*Frons ante saepissime simplex, bisinuata, acumine declivo vel procumbente, articulum primum antennarum primi paris totum vel magnam partem discernente.*

*Occiput bisulcatum.*

*Lamina frontalis magna vel permagna.*

*Oculi magni vel permagni, contigi vel distantes, obliqui, oblongi; ocelli minores vel maiores.*

*Antennæ primi paris longitudine variae, scapo articulis prioribus dilatatis, deplanatis vel fornicatis, flagello articulis multis vel permultis, interdum fimbriatis.*

*Antennæ secundi paris longæ vel perlongæ, flagello multi-articulato.*

*Segmenta dorsalia annulorum trunci subæquata, linea transversa, recta in areas binas partita; area prior in adultis obtecta.*

*Epimera magna, carinis longitudinalibus in areas binas vel ternas partita.*

*Pedes prensorii breviusculi vel breves; femora brevia vel breviuscula, saepissime lunulata, aculeis crassiusculis, obtusis armata; tarsi saepissime teretes; ungulæ magnæ vel majusculæ, teretes vel carinaliæ, curvatae, inter se saepissime paululum inæquales.*

*Pedes gressorii longitudine aliquantum varii, plus vel minus dense atque longe spinulosi.*

*Cauda sœpissime compacta, sensim attenuata, annulo primo quam sequente paulo minore; anguli postici segmentorum dorsalium glabri.*

*Annulus analis, pedes anales forma et magnitudine varia.*

*Mas a semina differt:*

*forma nonnihil angustiore;*  
*annulo primo caudali minus obtecto;*  
*remo interiore paris secundi pedum analium in latere interiore appendice stiliformi instructo.*

*Iunior ab adulto differt:*

*forma magis producta;*  
*annulis trunci magis extensis, area priore segmenti dorsalis detecta; annulo primo caudali toto detecto.*

Leach, quum a. 1815 in Actis Societatis Linnæanæ e Cymothois Fabricii genus *Ægarum* segregavit, duas solas species, *Æ. emarginatam* (i. e., *Psoram* Linn.) et *Æ. tridentem*, hujus generis novi cognitas habebat; tribus demum annis post (v. Dict. sc. nat.) tertiam speciem, *Æ. bicarinatam* (i. e., *rosaceam* Rissonis), addidit. Harum autem trium specierum nulla, ne *Æ. tridens* quidem, oculis valde grandibus prædita est; itaque, quum Leach anno proxime nominato genus novum et vicinum, *Rocinelam*, proposuit, prima nota diagnoseos novæ generis *Ægarum* hæc fuit: »yeux grands«, quum »yeux très-grands« *Rocinelæ* tribuerentur, cuius species typica, *R. Danmoniensis*, ipsa potissimum *Rocinelis* grandissimis oculis ornatis annumeranda est. Interea plures species *Ægarum* grandibus oculis præditæ accesserunt, et quum *Rocinela Danmoniensis*, quam Leach proposuerat, extra Britanniam ignoraretur, factum est, ut Milne Edwards, quum magnitudinem oculorum gravissimi momenti esse putaret neque ceteras notas, quas Leach attulerat, animadverteret, omnes *Ægas* oculis valde grandibus ornatas generi *Rocinelæ*, quod Leach proposuerat, annumeraret. Spence Bate demum et Westwood hoc genus neglectum in integrum restituerunt. Guérin a. 1836 novum genus, quod *Pterelas* appellatum est, novæ suæ speciei,

Pt. Webbii, proposuit, sed nullis argumentis nisi forma brevi et lata duorum posteriorum articulorum scapi antennarum secundi paris et forcipe illo (»pince didactyle«), in quem secundum et tertium paria pedum desinunt, id confirmavit. Quamvis harum duarum notarum posterius nominata gravioris esse momenti dicatur, tamen ea vilissima habenda est, eaque tantum proprietatem quandam ad speciem pertinentem significari, ex eo appareat, quod specierum duarum tam vicinarum, quam *Æ. crenulata* et *Æ. Stroemii*, tantummodo prior hoc forcipe, quem vocant, praedita est (cfr. tab. VII. [Cym. I] fig. 7). In errorem inductus vocabulo (»pince didactyle«) haud satis dilucide rem notanti, sine dubio tamen etiam magis explicatione ea, quam Milne Edwards l. c. p. 245 protulit (»formée par un ongle crochu et un prolongement de l'angle antérieur et interne du pénultième article«), et nimirum eas imagines ignorans, quas Guérin ediderat, Dana novam suam speciem, quæ Pterelas magnificus appellata est, huic generi annumerari posse putavit, quum tantum hoc adderet, forcipem etiam in pedibus primi paris inveniri posse. Duæ nostræ figuræ (tab. VIII. [Cym. II] fig. 19 et tab. X. [Cym. IV] fig. 4) inter se comparatae brevi ostendunt quam dissimiliter tarsus in his duabus speciebus structus sit. Itaque, ut nulla causa generis Pterel., quod Guérin proposuit, tuendi sustentandique nobis exstitit, sic notam illam a Dana prolatam ad novum genus stabiendum non sufficere putamus. Denique Dana (v. Proc. acad. nat. sc. Philadelph. l. c.) genus quoddam, *Ægacyllam* appellatum, proposuit. Sed de hoc genere jam Luetken (v. Vid. Medd. Naturh. For. 1860 p. 180) jure dixit, fundamentum ejus pullum *Ægæ* esse debere.

Quæ est nostra diagnosis generis *Ægarum* hic exposita, magnum numerum specierum id continet. Perfacile sane erat in genera vel subgenera satis multa et certis notis instructa id dividere; sed quum hæ notæ in speciebus singulis inter se confundantur et concurrent, notionem generis satis amplam servare maluimus quam magnam vim generum inter se vicinorum et paucas species singulorum continentium proponere. Deinde, dum ordine instrumentorum ad diagnosin nostram

generis adhibito utimur, ad rem explicandam et describendam hæc porro addenda sunt.

Forma compacta, plus minusve robusta. Annuli trunci animalibus junioribus plenitate intestinorum e sanguine piscium, quo imprimis vescuntur, sæpiissime distenti. Animalibus adultis utriusque sexus, quibus contenta intestinorum ad semen ovaque efformanda exhausta sunt, annuli trunci artius evadunt continui, imbricati, area priore segmentorum dorsalium obtecta; cauda iis etiam trunco artius continua, ut epimera ultimi paris latera caudæ longius descendant.

Frons æquata, rarissime (*Ægæ spongiophilæ*) obscure marginata, ante bisinuata, acumine medio aut declivi, inflexo, partem majorem minoremve articuli primi antennarum primi paris discernente, aut procumbente, articulum primum antennarum ejusdem paris maximam partem vel totum discernente, laminam frontalem procul vel manifesto attingente.

Vertex profunde bisulcus; sulci e margine occipitali excurrentes, spatio angusto interacente margini interiori oculorum paralleli, ante valde convergentes.

Lamina frontalis magna vel permagna, rarius (*Ægæ ventrosæ adultæ*) recta descendens, sæpiissime post antennas primi paris contiguas æqua, antennas secundi paris sejungens, speciebus acumine frontali deorsum convexo sæpiissime sursum convexa, processu trigono antennas secundi paris post discernens.

Oculi magni vel permagni, maximam partem capitis sæpius occupantes et majore serierum ocellorum numero contigui, obliqui, oblongi, ante plus vel minus acuminati; ocelli planiusculi, sæpiissime exiguae magnitudinis igiturque numerosi, utrvis oculo trecenti et ultra.

Antennæ primi paris longitudine valde variant. Articuli flagelli longiores vel breviores sunt; numeri eorum ab 8 usque ad 18 (rarissime, ut *Æ. spongiophilæ*, 38) variant. Scapus tribus articulis semper constat, quorum duo priores magni, ad frontem accommodati.

Antennæ secundi paris antennis primi paris semper multo longiores, interdum corpus longitudine æquantes (*Æ. spongophilæ*). Sæpe scapi utriusque paris invicem accommodati sunt, dum canalis in latus posterius scapi antennarum secundi paris incisus articulum tertium scapi atque flagellum antennarum primi paris recipit. Scapus 13—27-articulatus (*Æ. spongophilæ* 55 articulis compositus).

Annuli trunci supra punctura minuta ac densa exarati punctisque crassioribus vel minoribus plus vel minus confertim sparsi sunt; præterea scuta dorsalia annulorum trunci (præter annulum primum) linea pertenui transversa in binas areas, quarum prior semper multo lævior, partita sunt. Interdum annuli omnes vel plures supra nodis vel nodulis (*Æ. nodosæ et ophthalmicæ*) ornati vel foveis (*Æ. monophthalmæ*) exarati sunt.

Pedes prensorii breviusculi, femoribus sæpius perbrevibus, lunaribus, tarsis (præter *Æ. magnificam*) teretibus, unguis magnis vel permagnis, incurvis, teretibus vel prismaticis, carinulis 4—6 instructis. Magnitudine variant, modo prioribus, modo posterioribus majoribus.

Pedes gressorii sæpius crassiusculi, magnitudine aliquantum variantes; interdum femora carinis validis, ceterique articuli spinulis validioribus atque densioribus (*Æ. serripedi*) instructa sunt.

Cauda sæpissime crassa atque compacta, lateribus subparallelis vel post leviter convergentibus, angulis posticis annulorum inermibus, sæpe carinatis. *Æ. spongophilæ* solummodo cauda relaxatior, angulis glabris pecten formantibus.

Annulus analis magnitudine, forma, sculptura valde variat, characterem optimum specialem præbens, modo magnus modo parvus, modo æquatus modo scaber, modo bisinuatus modo emarginatus, modo truncatus modo acuminatus.

Mas habitu feminæ simillimus est, magnitudine tamen minore, forma aliquanto tenuiore caudaque annulo ultimo trunci minus obiecta diversus. Præterea jam larvæ tertii stadii orificio ductuum ejaculatoriorum in scuto ventrali annuli ultimi trunci apparent, et stylus laminatus e latere interiore

pedum branchialium secundi paris emititur. Feminae adultae (cfr. p. 329) bursa incubatrice instructae sunt.

### Conspectus systematicus specierum.

- I. Scapi antennarum infra plani vel concavi, invicem accommodati. Lamina frontalis plana vel concava.  
(Articulus tertius antennarum primi paris quam articuli priores conjuncti brevior).
- A. Acumen frontis declive, partem articuli primi antennarum primi paris discernens.
  - a. Annulus analis post bisinuatus.
    - 1. Tridens. 2. Hirsuta.
  - b. Annulus analis post emarginatus vel truncatus.
    - $\alpha$ . Femora pedum gressoriorum leviter carinata.
      - \* Tarsi pedum prensiorum posteriorum lamina cultriformi exornati.
      - 3. Crenulata. 4. Webbii.
      - \*\* Tarsi lamina cultriformi carentes.
      - 5. Strœmii. 6. Rosacea.
    - $\beta$ . Femora pedum gressoriorum valde carinata.
      - 7. Serripes.
    - c. Annulus analis post acuminatus.
      - $\alpha$ . Tarsi pedum prensiorum teretes.
        - \* Oculi distantes.
          - 8. Psora.
        - \*\* Oculi contigui.
        - 9. Deshayesiana. 10. Antillensis.
        - $\beta$ . Tarsi pedum prensiorum dilatati.
          - 11. Magnifica.
      - B. Acumen frontis procumbens, articulum primum antennarum primi paris totum discernens.
        - 12. Monophthalma.
    - II. Scapi antennarum teretiusculi vel compressi, invicem liberi. Lamina frontalis convexa vel compresse elevata.
      - A. Articulus tertius antennarum primi paris quam articuli priores conjuncti longior.

- a. Oculi contigui.
  - α. Cauda longitudinis trunci.
  - 13. Nodosa.
  - β. Cauda quam truncus valde brevior.
    - \* Annulus analis integer.
  - 14. Ophthalmica. 15. Tenuipes.
  - \*\* Annulus analis post dentatus vel incisus.
  - 16. Dentata. 17. Incisa.
  - b. Oculi distantes.
  - 18. Arctica. 19. Ventrosa.
- B. Articulus tertius antennarum primi paris quam articuli priores conjuncti brevior.
- 20. Spongiophila.
- 
- I. *Scapi antennarum infra plani vel concavi, invicem accommodati. Lamina frontalis plana vel concava.*  
*(Articulus tertius antennarum primi paris quam articuli priores conjuncti brevior).*
- A. *Acumen frontis declive, partem articuli primi antennarum primi paris discernens.*
- a. *Annulus analis post bisinuatus.*

### 1. *Æga tridens.*

*Æga tridens* Leach, Trans. Liun. Soc. XI. p. 370; Dict. sc. nat. XII. p. 349.  
 Desmarest, Consid. gén. Crust. p. 305.  
 Milne Edwards, Hist. nat. Crust. p. 242.  
 Luetken, Vid. Medd. Nat. For. 1858 p. 76; ibid. 1860 p. 176.  
 Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 281.

Virgo.

Tab. VII. (Cym. I.) Fig. 1. 2.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassis et minutis sparsa; cauda hirsutie brevi tecta.  
 Frons profunde bisinuata, acumine duas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis breviter obcordata, margine antico rotundato. Oculi magni, oblongi, sexta parte latitudinis capitidis distantes. Antennae primi paris angulum priorem annuli primi trunci vix attingentes, scapo tres quintas partes articuli quarti, flagello quinque partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 10-articulatum, articulo primo producto, articulos tres sequentes conjunctos ferme æquante. Antennæ secundi paris dimidium epimeri primi explentes; flagellum 19-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum producti, acuti; epimerum ultimum dimidium annuli primi caudalis exprens.

Pedes prensorii graciles; femora brevia, aculeis binis ternisve perminutis armata; ungulæ primæ magnæ; ungulæ posteriores minores, minus incurvæ.

Pedes gressorii breves, parcus breviter spinulosi.

Annulus caudalis primus totus detectus.

Annulus analis subtriangulus, post bisinuatus, supra tricarinatus: carina media tenuiore, minus prominula. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior vix longior, at latior, post truncatus, crenulatus.

Long. 31—46 m. m.

Septem exempla vidimus: in sinu Christianensi (Esmark, Mus. Christian.), ad Bergen (Christie, Mus. Berg.), prope Bergen, in prof. 90—150 org. (Mus. Holm.; tria exempla Museo nostro donata), in mari Norvegico (Mus. Haun.), ad Thorshavn insul. Færœens., in Gado Morhua (Caroc, Mus. Haun.), capta. Præterea in pluribus locis marium septentrionalium reperta esse jam ante commemoratur, scil. ad Belfast (Sp. Bate et Westw. l. c. p. 282, White, List. Crust. p. 107, List. Brit. Crust. p. 80), in mari Scotico (Leach, l. c.), in Moray Frith (Sp. Bate et Westw., l. c.), in Christianssund vel prope Bergen (Lilljeborg, Öfvers. Vet. Ak. Förh. 1852. p. 5).

Sp. Bate et Westwood (l. c. p. 282) commemorant, teste W. Thompson, hanc speciem in foro Belfast esse repertam;

narrat autem ipse Thompson in. Ann. Mag. Nat. Hist. V. p. 256, *Ægam bicarinatam*, non tridentem, eo loco captam esse.

Ocelli minimi, in series longitudinales 22—23 redacti; series singulæ ocellis 13—14 compositæ.

2. *Æga hirsuta* n.

Virgo.

Tab. VII. (Cym. I.) Fig. 3—5.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam tota punctis crassis et minutis sparsa hirsutieque tecta brevi. Frons bisinuata, acumine dimidiata partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico medio producto.

Oculi permagni, oblongi, seriebus ocellorum octonis ferme contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi truncii attingentes, scapo duas quintas partes articuli quarti, flagello tres quintas partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 12-articulatum, articulo primo longo, articulos duos sequentes conjunctos ferme æquante.

Antennæ secundi paris epimerum primum superantes; flagellum 24-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi truncii ante obscurius bisinuatum. Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acutiusculi, leviter producti; epimerum ultimum tertiam partem annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii graciles; femora brevia, lata, aculeis quinis senisve parvis armata; unguæ primæ magnæ, posteriores multo minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breves, parce breviter spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

*Annulus analis subtriangulus, post bisinuatus, supra tricarinatus, carina media brevi, tenuiore. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior vix longior, at latior, post truncatus, crenulatus.*

Long. 38, 5 m. m.

Specimen ad Nizzam a cel. Peters captum in Museo Berolinensi asservatur.

Valde affinis *Æ. tridenti*, at hirsuties per superficiem totius corporis extensa, paulo densior et longior; oculi majores, magis approximati, ferme contigui; flagellum antennarum primi paris pluribus articulis compositum; antennæ secundi paris longiores, articulis longioribus, pluribus compositæ; femora pedum prensiorum aculeis pluribus armata. Præterea patria diversa.

*I. A. b. Annulus analis post emarginatus vel truncatus.*

*a. Femora pedum gressoriorum leviter carinata.*

\* *Tarsi pedum prensiorum posteriorum lamina cultriformi exornati.*

### 3. *Æga crenulata.*

*Æga crenulata* Luetken, Vid. Medd. Nat. For. 1858 p. 70. t. I. A.  
f. 4—5.

Virgo. Mas adolescens.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassissimis, creberrimis, punctisque minutis, rareribus, intermixtis sculpta.

Frons bisinuata, acumine peracuto duas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico medio producto. Oculi permagni, ovales, seriebus ocellorum novenis denisve contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunc procul attingentes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello tres partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 13-articulatum, articulo primo quam articulis duobus sequentibus conjunctis breviore.

Antennæ secundi paris angulum posteriorem annuli primi trunci vix attingentes; flagellum 19-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, in obliquum producti; epimerum ultimum tertiam partem annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii latiusculi; femora angustiora, aculeis senis parvis armata; tarsi posteriores lamina cultriformi instructi; ungułæ primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, parce breviter spinulosi.

Annulus primus caudalis totus detectus.

Annulus analis subtriangulus, post late levius emarginatus et plus minusve crenulatus, supra obscure bicarinatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quain exterior paululo brevior, at vix latior, post truncatus, crenulatus.

Long. virginis 22—65 m. m.

Long. maris adolescentis 29—50 m. m.

### Pullus stadii tertii.

Tab. VII. (Cym. I.) Fig. 6—8.

Subovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis intermixtis punctisque crassis, in series transversas indigeste redactis sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine peracuto dimidiā vel tres quintas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico leviter rotundato, medio vix proeminulo.

Oculi permagni, ovales, seriebus ocellorum denis contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci ferme attingentes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris expletæ; flagellum 10—11-articulatum, articulo primo quam articulis duobus sequentibus conjunctis breviore.

Antennæ secundi paris angulum posteriorem annuli primi trunci vix attingentes; flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum breves, in obliquum producti.

Pedes prensorii graciles; coxae parce ciliatæ; femora aculeis quinis armata tenuibus; tarsi primi nodulo setifero, tarsi posteriores lamina cultriformi instructi; ungulæ primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi; coxae parce ciliatæ, parce spinulosæ. Annulus septimus trunci quam annulus sextus paulo brevior et angustior, epimeris minutis; pedes breves, glabri, recta inclinati, apice tarsorum contigui.

Annulus analis lingulatus, post leviter emarginatus et manifesto crenulatus, supra ferme æquatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior paululo brevior, at vix latior, post oblique truncatus, margine integro.

Long. pulli feminei 21—22 m. m.

Long. pulli masculi 21 m. m.

### Pullus stadii secundi.

#### Tab VII. (Cym. I.) Fig. 9.

Producte ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis parce dispersa punctisque sculpta crassis, in series transversas singulis annulis seriemque rectam annulo caudali digestis.

Frons profunde bisinuata, acumine dimidiā partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico subrecto.

Oculi permagni, ovales, seriebus ocellorum novenis ferme contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, scapo diimidiam partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris paullum superantes; flagellum 9-articulatum, articulo primo perlongo, quam articulis tribus sequentibus conjunctis paulo breviore.

Antennæ secundi paris quinque partes annuli primi trunci explentes; flagellum 11—12-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum breves, in obliquum vix producti.

Pedes prensorii graciles; coxae ciliatae; femora aculeis armata paucis, setaceis; tarsi primi nodo setifero, tarsi posteriores lamina cultriformi instructi; ungulae primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, parce spinulosi.

Annulus septimus trunci quam annulus sextus multo brevior et manifesto angustior, nec epimeris nec pedibus instructus.

Annulus analis lingulatus, post leviter emarginatus, vix crenulatus, supra subæquatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior brevior, at vix latior, post valde in obliquum truncatus, margine integro.

Long. 17 m. m.

Scymnum microcephalum, quum pullus tum adolescens, infestat, nec unquam in alio pisce capta esse fertur. Mare Islandicum præcipue habitat, sed etiam alibi, ab oris Grœnlandiæ usque ad oras Cimbricas, rarius inventa est. Individua, quæ examinavimus, his locis capta fuerunt: ad Umenak Grœnlandiæ,  $70^{\circ} 41'$  sept. (Fleischer, Mus. Haun.); ad Rittenbenk Grœnlandiæ,  $69^{\circ} 41'$  (Andersen, Mus. Haun.); in Æfjord Islandiæ (Mus. Haun.); prope Islandiam, ad caurum versus (Vandell, Mus. Haun.); prope Islandiam (Caroc, Hallas, Hallgrímsson, Mus. Haun.; Keitel, Mus. Berol.); ad insulas Færœenses (Müller, Feilberg, Mus. Haun.); in Komagfjord Finmarkiæ (Mus. Berg., Mus. Cambr. Mass.); prope Bergen Norvegiæ (Christie, Mus. Berg.); in sinu Christianensi (Esmark,

Mus. Christian.); in mari Germanico, prope Blokhusene Cimbriæ (Mus. Haun., cfr. Meinert, Naturh. Tidsskr. 3. R. 11. B. p. 89).

Hæc species, una cum sequente, *Æga Webbii*, ab omnibus speciebus hujus generis facile dignoscitur lamina cultriformi pedum prensiorum secundi et tertii paris. Ceterum *Ægæ Strœmii* similis, at anguli postici epimerorum posteriorum ei magis obtusi, in obliquum directi, annulusque analis post aliquantum manifestius crenulatus.

Ocelli minuti, in series 33 digesti; series singulæ ocellis 20 compositæ.

#### 4. *Æga Webbii.*

Pterelas Webbii Guérin, Mag. Zool. Cl. VII. t. XX. f. 1. a—e.  
Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 245.

##### *Mas adolescens.*

Tab. X. (Cym. IV.) Fig. 1—4.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassis rarioribus punctisque minutis numerosis intermixtis sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine peracuto duas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico medio in acumen longius producto.

Oculi magni, ovales, sexta vel septima parte latitudinis capititis distantes.

Antennæ primi paris duas partes oculi explentes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello dimidiā partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 8-articulatum, articulo primo magno, articulos duos sequentes conjunctos æquante.

Antennæ secundi paris angulum posticum primi truncī vix attingentes; flagellum 13-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera angusta; anguli postici epimerorum posteriorum rotundati, longius producti; epimerum ultimum dimidiam partem annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, lata, aculeis armata quinis, breviusculis, acutis; tarsi posteriores lamina cultriformi instructi; ungules primæ permagnæ, posteriores multo minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii graciles, breviusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis subtriangulus, post late leviter emarginatus et obscure crenulatus, supra subæquatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior paululo longior, at multo latior, post oblique truncatus, margine integro.

Long. 20, 5 m. m.

Specimen ad Promontorium Bonæ Spei captum, de mercatore Salmin, Hamburgensi, emptum et in Museo Vratislaviensi asservatum, vidimus. Guérin specimen alterum, typicum, ad oras Lusitanicas captum esse, l. c. commemorat.

Lamina cultriformi tarsorum prensiorum posteriorum a reliquis hujus generis speciebus præter Ægam crenulatam, struc-tura antennarum etiam ab illa facillime distinguitur. Prior character Guérinio genus novum Pterelæ constituit.

Antennæ perbreves, articulis paucis, brevibus compositæ. Articuli bini priores antennarum primi paris breves, dilatati; scapus antennarum secundi paris perbrevis, articulis compressis, perlatis.

Ocelli minimi, in series longitudinales 20 redacti; series singulæ ocellis 12 compositæ.

I. A. b. a. \*\* *Tarsi lamina cultriformi carentes.*

5. *Æga Stræmii.*

Isländischer Oscabiern, Abänderung, Spengler, Besch. Berl.  
Ges. Naturf. Fr. I. p. 306. t. VII. f. O—P.

Fiskebiorn No. 2. Strœm, Sondm. Beskr. I. p. 165. t. I. f. 2—3.  
Æga monophthalma var. Johnston, Loud. Mag. Nat. Hist. VII.  
p. 233. f. 43. c.

Æga bicarinata H. Rathke, Nov. Act. Acad. Cæs. Leop. Carol.  
Nat. Cur. XX. p. 25. t. VI. f. 1—18.  
Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 278  
(pro parte).

Æga Stræmii Luetken, Vid. Medd. Nat. For. 1858. p. 68. t. I. A.  
f. 6—8.

Virgo.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis  
crassis crebris punctisque minutis intermixtis confer-  
tissimis sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine peracuto duas partes alti-  
tudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis anguste obcordata, margine antico medio  
longe producto.

Oculi permagni, ovales, seriebus ocellorum undenis duodenisve  
contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi truncí  
attingentes, scapo tres quintas partes articuli quarti,  
flagello articulum quintum antennarum secundi paris ex-  
plentes; flagellum 14-articulatum, articulo primo quam  
articulis duobus sequentibus conjunctis breviore.

Antennæ secundi paris quattuor partes epimeri primi explentes;  
flagellum 20-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi truncí ante manifestius bisi-  
nuatum.

Epimera angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum  
acuti, breves; epimerum ultimum quartam annuli primi  
caudalis partem explens.

Pedes prensorii latiusculi; femora aculeis armata senis, longioribus; ungułae primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, parcus spinulosi.

Annulus primus caudalis totus detectus.

Annulus analis subtriangulus, post profundius late emarginatus et obscurius crenulatus, supra manifesto bicarinatus. Pedes anales breves; remus interior quam exterior aliquantulo longior, at vix latior, post oblique truncatus, margine integro.

Long. 27—49 m. m.

### Pullus stadii tertii.

#### Tab. VII. (Cym. I.) Fig. 10—12.

Producte ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassis, in series transversas digestis, punctisque minutis intermixtis numerosis sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine peracuto dimidiam partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico rotundato.

Oculi permagni, ovales, seriebus ocellorum denis contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci attingentes, scapo dimidiam partem annuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris explentes; flagellum 8—9-articulatum, articulo primo brevi, quam sequente vix longiore.

Antennæ secundi paris epimerum primum attingentes; flagellum 14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifestius bisinuatum.

Epimera angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, breves.

Pedes prensorii graciles; coxæ glabré; femora aculeis armata senis longioribus, crassiusculis; ungułae primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, parce spinulosi.

Annulus septimus trunci quam annulus sextus paulo brevior et angustior; epimera minuta; pedes breves, glabri, recta inclinati, apice tarsorum contigui.

Annulus analis subtriangulus, post manifesto emarginatus, at vix crenulatus, supra manifestius bicarinatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post valde oblique truncatus.

Long. 14, 5 m. m.

### *Pullus stadii secundi.*

Tab. VII. (Cym. I.) Fig. 13—15.

Ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassis, in series transversas digestis, punctisque minutis, numerosis intermixtis sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine dimidiata partem altitudinis articuli primi antenarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico rotundato.

Oculi permagni, ovales, seriebus ocellorum duodenis contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci attingentes, scapo quattuor partes articuli quarti, flagello articulum sextum antennarum secundi paris explentes; flagellum 8-articulatum, articulo primo producto, articulos duos sequentes conjunctos superante.

Antennæ secundi paris ex epimerum primum attingentes; flagellum 12-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifestius bisinuatum.

Epimera angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, breves.

Pedes prensorii graciles; coxae glabræ; femora senis armata aculeis brevibus, crassiusculis; unguæ primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, parce spinulosi.

Annulus septimus trunci quam sextus paulo brevior, nec epimeris nec pedibus instructus.

Annulus analis subtriangulus, post leviter emarginatus, margine integro, supra obscure bicarinatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post valde oblique truncatus.

Long. 10 m. m.

Habitat frequens in mari Norvegiam medium alluente; etiam ad oras insularum Færœnsium, Britannicarum, peninsulæ Cimbricæ rarius inventa. Gadum Morhuam infestare jam a cel. Rathke commemoratur. Oras mari aperto præfert; pulli plures ad insulam Griep prope Norvegiam a cel. Rathke capti Museo Berolinensi traditi sunt. Individua, quæ examinavimus, his locis lecta sunt: insula Griep, prope Christianssund (H. Rathke, l. c. p. 35; Mus. Berol.); Christianssund (Lilljeborg, Övers. Vet. Ak. Förh. 1851. p. 23; Mus. Haun.); Manger et Christianssund (Mus. Christian.); Vaagœ, Lofoten Norvegiae (Kroeyer, Mus. Haun.); Bergen (Christie, Mus. Berg. et Mus. Haun.); Flekkefjord (Mus. Christian.); insulis Færœns. (Ad. Bergh, Mus. Haun.); Jydske Rev, Skagerak, in altitud. 60—130 org. (Mus. Holm.); Skagen, peninsulæ Cimbricæ (Frick, Mus. Haun.). Auctores Angliei locorum sequentium mentionem fecerunt: orarum Durhamensis (Norman, in litt.);? St. Leonhards (Sp. Bate & Westw., l. c. p. 280);? portus Plymouth, ineunte mense Febr. (Sp. Bate & Westw., ibid.); fori Belfast (vivam inter ostrea ex Carrickfergus captam esse, exeunte mense Martio, Thompson, Ann. Mag. Nat. Hist. V. p. 256, narrat).

Heinr. Rathke (v. »Beiträge zur Fauna Norwegens«, l. c.) descriptionem copiosam et bonam explorationemque anatomicam hujus speciei nobis præbuit, quam tamē ad *Æ. bicarinata*, quam Leach jam pridem proposuerat, injuria retulit, quam ob rem etiam Luetken nomen, quod Krœyer ei dederat, recepit, aut potius nomen novum, *Æ. Strœmii*, huic speciei tribuit. Jam, donec nomen, quod Leach dederat, vigebat, huic mutationi nihil obstitit, atque etiam postquam speciem, quam Leach proposuit, ad *Æ. rosaceam* Rissonis duobus annis

ante propositam retulimus (cfr. *Synonym.* s. h. sp.), quare factum est, ut nomen bicarinatæ quodam modo liberum fieret, tamen nomen, quod Rathke usurpaverat, rursus non eruendum esse putavimus, imprimis ut confusionem turbainque alioquin pæne necessariam vitaremus. — Figura primaria, quam Sp. Bate et Westwood exposuerunt, et complures notarum in *Æ.* eorum bicarinata copiosius describenda indicatarum ad speciem ejusdem nominis, quam Leach proposuit, (i. e., *Æ. rosaceam*), certe referendæ sunt, sed diagnosis eorum etiam nostram *Æ.* Strœmii non minus certe amplectitur. Suspicio, quam hæc res movit, duas species inter se confusas et mixtas esse, etiam magis re insolita confirmata, quod eadem species *Ægarum* quum in maribus arctois et septentrionalibus tum in mari interno versatura erat, fides certa veritasque facta est, quum A. M. Norman nos per litteras certiores fecit, id saltem exemplum, quod Sp. Bate et Westwood ad litus oppidi, quod Durham dicitur, captum commemoravissent, *Æ. Strœmii* esse. Itaque omnia ea loca Britanniæ, in quibus exempla reperta sunt, et quæ Sp. Bate et Westwood sub *Æ.* sua bicarinata indicaverunt, *Æ.* nostræ Strœmii, quamquam signo interrogandi plerumque apposito, tribuimus. Neque tamen in hac re nos fefellit, in catalogis, quos White confecit, quum collectionis universalis Crustaceorum Musei Britannici (v. *List Spec. Crust. Brit. Mus.* 1847. p. 107) tum Crustaceorum Britannicorum ejusdem Musei (v. *List Spec. Brit. Anim. Brit. Mus. P. IV*, *Crust.* 1850. p. 79) ad Britanniam exempla reperta esse dici, cuius rei Leach auctor citatur (»*Britain. From the collection of Dr. Leach*«); sed *Dict. sc. nat.* XII p. 349 Leach in specie proponenda diserte addit: »*Localité inconnue*«, neque Sp. Bate et Westwood, qui figuram suam primariam ad exemplum, quod Leach ipse possedisset, et quod nomen ejus, manu ipsius scriptum, adhuc gereret, delineatam esse l. c. p. 279 declarant, post hoc exemplum aut certum quendam locum Britanniæ aut Britanniam in universum adjecerunt.

6. *Æga rosacea.*

*Cymothoa rosacea* Risso, Hist. Crust. Nic. p. 140. t. III. f. 9.  
*Cirolana rosacea* Risso, Hist. Nat. Crust. Eur. mer. V. p. 122.  
*Æga bicarinata* Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 349.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 305.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 241 & Cuv. Règn. an. ill. t. 67. f. 2.

Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 278 (pro parte).

## Virgo.

## Tab. X. (Cym. IV.) Fig. 5—7.

Producte obovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassis rarioribus punctisque minutis numerosis interpositis sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine peracuto duas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico medio longe producto.

Oculi minuti, ovales, dimidia latitudine capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci vix attingentes, scapo tertiam partem articuli quarti, flagello quinque partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 11-articulatum, articulo primo minuto, quam secundo duplo minore.

Antennæ secundi paris epimerum primum paulum superantes; flagellum 18-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, breves; epimerum ultimum dimidiat partem annuli primi trunci explens.

Pedes prensorii tenues; femora brevia, latiuscula, aculeis quinis armata crassis, brevibus; unguæ primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis subtriangulus, post late leviter emarginatus et obscure crenulatus, supra manifesto bicarinatus, ad basin obscure trifoveolatus. Pedes anales breves; remus interior quam exterior perpaulo longior, at multo latior, post oblique truncatus vel leviter emarginatus, obscure crenulatus.

Long. 24—33 m. m.

Tria examinavimus individua: primum a cel. Peters Nizzæ captum et Museo Berolinensi traditum; secundum Nizzæ etiam lectum, a W. Burkhardt Museo Cantabrigiensi Mass. donatum; tertium, in mari Adriatico captum, e Museo Vratislaviensi nobis communicatum. Præterea Risso, Milne Edwards (l. c.), White (List Crust. p. 107) hanc speciem mare mediterraneum vel potius oras Nizzæ (Risso) habitare narrant.

Sp. Bate et Westwood hanc speciem cum *Æga Strœmii* confusisse jam ante demonstrare conati sumus. Præcedenti certe simillima, sed oculis multo minoribus magisque distantibus, patriam diversam ut sileamus, facile distinguitur.

I. A. b.  $\beta$ . *Femora pedum gressoriorum valde carinata.*

### 7. *Æga serripes.*

*Æga serripes* Milne Edwards, Hist. Nat. Crust. III. p. 241.

Virgo.

Tab. VIII. (Cym. II.) Fig. 1—4.

Producte subovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassis crebris punctisque minutis numerosis intermixtis sculpta, capite cum pedibus prensoriis minute scrobiculato. Frons profunde bisinuata, acumine tres quintas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente. Lamina frontalis lata, brevis, medio profunde sulcata, margine antico rotundato, medio paulum producto.

Oculi majusculi, angusti, ovales, septima parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum anticum annuli primi trunci procul attingentes, scapo tertiam partem articuli quarti, flagello tertiam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 12-articulatum, articulo primo articulos duos sequentes conjunctos longitudine æquante.

Antennæ secundi paris duas partes annuli primi trunci explentes; flagellum 21-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum.

Epimera angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum rotundati, breves; epimerum ultimum duas partes annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii breviusculi, latiusculi; femora perlata, aculeis senis armata longiusculis, crassiusculis; unguæ primæ magnæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii perbreves, perlati, uberius spinulosi; femora carinata, carinis tridentatis.

Annulus primus caudalis totus ferme detectus.

Annulus analis subtriangulus, post late truncatus, crenulatus, supra levissime bicarinatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior per paulo longior, at multo latior, post late truncatus, crenulatus; remus exterior apice et latere interiore crenulatus.

Long. 44 m. m.

Specimen a mercatore Salmin, Hamburgensi, emptum, et in Museo Hauniensi asservatum vidimus; ex insulis Japonicis relatum esse dicitur. Specimen alterum, typicum, e mari Australasiæ relatum esse, cel. Milne Edwards, l. c., opinatur.

I. A. c. *Annulus analis post acuminatus.*

- a. *Tarsi pedum prensiorum teretes.*
- \* *Oculi distantes.*

## 8. *Æga Psora.*

Insectum Oscabiörno dictum Olig. Jacobæus, Mus. Reg. accur.

Joh. Lauerentzen I. Sect. V. 25. t. I. No. 25.

Isländischer Oskabiörn Spengler, Besch. Berl. Ges. Naturf.  
Fr. I. p. 296. t. VII. f. A—F.

Fiskebiorn Pontoppidan, Norg. nat. Hist. II. p. 82. t. p. 56.

*Oniscus Psora* Linn. Syst. Nat. ed. X. I. p. 636. n. 3. — Fn.  
Su. ed. II. n. 2054. — Syst. Nat. ed. XII. I. P. 2.  
p. 1060.

O. Fabricius, Fn. Grænl. p. 249. n. 226.

Pennant, Brit. Zool. IV. p. 37. t. XVIII. f. 1.

*Æga Psora* Luetken, Vid. Medd. Nat. For. 1858. p. 65. t. I. A,  
f. 9—11.

Schiøedte, Naturh. Tidsskr. 3. R. 4. B. p. 184. t. XI.  
f. 1. a — 1. o.

Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 283.

Meinert, Naturh. Tidsskr. 3. R. 11. B. p. 89.

*Æga emarginata* Leach, Edinb. Encycl. Suppl. I. p. 428. t. 22. —  
Trans. Linn. Soc. XI. p. 370. — Dict. sc. nat. XII. p. 349.  
Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 305. t. 47. p. 4—5.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 240; Cuvier  
Règn. an. ill. t. 67. f. 1 — 1. k.

*Æga affinis* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 241. t. 31.  
f. 22—24 (cfr. Lilljeborg, Öfvers. Vet. Ak. Förh. 1850. p. 84).

## Virgo. *Mas adolescens.*

Producte ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis  
crassis rarissimis punctisque minutis numerosis intermixtis  
sculpta.

Frons profunde bisinuata, acumine peracuto dimidiata partem  
altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico rotundato.

Oculi magni, oblongi, quinta parte latitudinis capititis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi truncis  
aliquantum superantes, scapo tertiam partem articuli quarti,

flagello quinque partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 14-articulatum, articulo primo magno, articulos duos sequentes conjunctos longitudine æquante.

Antennæ secundi paris dimidiā partem epimeri primi explentes; flagellum 18-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi truncī ante manifesto bisinuatum. Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, producti; epimerum ultimum tres partes annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii breviusculi, latiusculi; femora aculeis armata quinis senisve longiusculis, crassiusculis; unguæ primæ robustæ, posteriores post sensim paulo minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, parcus spinulosi.

Annulus primus caudalis totus ferme detectus.

Annulus analis subtriangulus, post subacutus, supra ferme æquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior multo longior, at vix latior, post attenuatus, in latere interiore sub apicem late emarginatus.

Long. virginis 19—48 m. m.

Long. maris adolesc. 22—44 m. m.

### Pullus stadii tertii.

#### Tab. VIII. (Cym. II.) Fig. 5—6.

Ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis raris sparsa.

Frons bisinuata, acumine duas quintas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis obcordata, margine antico rotundato.

Oculi magni, ovales, sexta parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi truncī perpaulum superantes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello articulum sextum antennarum secundi paris explentes; flagellum 10-articulatum, articulo primo majusculo, quam articulo secundo tamen breviore.

Anteunæ secundi paris epimerum primum attingentes; flagellum  
14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum acuti,  
producti.

Pedes prensorii breviusculi, latiusculi; coxæ ciliatæ; femora  
prima quaternis, posteriora senis armata aculeis brevibus;  
ungulæ priores magnæ, posticæ minores minusque incurvæ.

Annulus septimus trunci quam sextus multo brevior et paulo  
angustior; epimera minuta; pedes breves, glabri, recta  
inclinati, apice tarsorum contigui.

Annulus analis subtriangulus, post subacutus, supra ferme  
æquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam  
exterior multo longior, at vix latior, post attenuatus, in  
latere exteriore sub apicem late emarginatus.

Long. 17, 5 m. m.

Long. pulli masculi 17 m. m.

Maria omnia borealia inter Europam et Americam septentrionalem, a Grœnlandia usque ad Cimbriam, habitat vulgaris, Scymnum microcephalum et Gadum Morhuam infestans; altum præfert mare, ut *Æga crenulata*, qua tamen multo frequentior. Individua locis sequentibus capta examinavimus: Ikerasak, Grœnlandiæ 70° 31' lat. sept. (pullus, in Scymno microcephalo, Olrik, Mus. Haun.); Hundeøerne, prope Egedesminde Grœnlandiæ 68° 50' (in Scymno microcephalo, Levinse, Mus. Haun.); Ivigtut, Grœnlandiæ 61° 12' (Havreberg, Mus. Haun.); ibidem, in litore (Thaarup, Mus. Budde Lund); Arksut, Grœnlandiæ 61° 10' (Mus. Alfr. Benzon); Grœnlandia alicubi (Möschler, Mus. Berol.; Mus. Goting.; Mus. Vratislav.; Mus. Haun.); Labrador (Möschler, Mus. Berol.; Mus. Vindobon.); St. Pierre & Miquelon, Newfoundland (Mus. Haun.); Bevesby, Massachusetts (Gener. Joel Kimbal, Mus. Acad. Peabody); Princetown (Mus. Cambr. Mass.); Seydisfjord, Islandiæ (Bottemann, Mus. Lugd. Batav.); Islandia ad caurum versus (in Scymno microcephalo, Vandell, Mus. Haun.); Islandia alicubi

(Steincke, Hallgrimsson, Mus. Haun.; Keitel, O. Schmidt, Moeschler, Mus. Berol., Mus. Goting., Mus. Paris.); Lapponia Russica (Mus. Vratislav.); Finmarkia orientali (Nordvi, Mus. Haun.); Finmarkia alicubi (Esmark, Mus. Christian.); Manger, Hammersfest (Mus. Christian.); Gjæsvær, prope Nordcap (in Gado Morhua, Rob. Collett); Håkonsund (Mus. Berg.); Bergen (Christie, Mus. Berg.; Mus. Goting.; Mus. Cambr. Mass.; Koren, Mus. Haun.); Blokhusene, maris Germanici (Mus. Haun.; Meinert, l. c.); Horne, Skagerak (Mus. Haun.; Meinert, ibid.); Jydske Rev, Skagerak, in altitud. 50—150 org. (Mus. Holm.); Kattegat (Mus. Haun., Meinert, ibid.); Frederikshavn (Mus. Haun.; Meinert, ibid.).

Præterea Sp. Bate et Westwood exempla ad Novam Scotiam, in Moray Firth, ad Scarborough capta commemorant (l. c. p. 285). Teste Miers (Ann. Mag. Nat. Hist. 4 ser. vol. XIX. p. 134) hæc species etiam in Green Harbour, Spitzbergen, lecta est.

*I. A. c. \*\* Oculi contigui.*

*9. Æga Deshayesiana.*

*Rocinela Deshayesiana* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III.  
p. 243.

*Virgo. Mas adolescens.*

Tab. VIII. (Cym. II.) Fig. 7—9.

Producte elliptica, supra præter puncturam ordinariam punctis majoribus rarissima sparsa.

Frons bisinuata, acumine dimidiata partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis angusta, ovalis, margine antico emarginata.

Oculi magni, oblongi, seriebus ocellorum quinis ferme contigui.

Antennæ primi paris duas partes oculi explentes, scapo duas quintas partes articuli quarti, flagello quartam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; fla-

gellum 8-articulatum, articulo primo minuto, quam sequente vix longiore.

Antennæ secundi paris duas partes annuli primi trunci expletentes; flagellum 14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, producti; epimerum ultimum duas partes annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii lati, breves; femora senis armata aculeis longis, acutis; ungulæ carinis senis instructæ, primæ gracieles, posteriores vix minores, at minus incurvæ.

Pedes gressorii breves, spinulis longis conferti.

Annulus primus caudalis totus ferme vel maximam partem detectus.

Annulus analis subtriangulus, post attenuatus, supra ferme æquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior per paulo brevior, at vix latior, post attenuatus, obscurè crenulatus, latere exteriore medio profunde inciso.

Long. virginis 18—33 m. m. Long. maris adolesc. 24 m. m.

Tria solummodo vidimus exempla. Mas (specimen typicum Milne Edwardsii), ad Panormum captus, in Museo Parisiensi exstat; virgo altera, in mari Adriatico reperta, Museo Vratislavensi tradita est; virgo altera, ad Fayal, insul. Azorum in altitud. 30—80 org. inter navigationem »Josephinæ« capta, in Museo Holmiensi asservatur.

### 10. *Æga Antillensis* n.

Virgo.

Tab. VIII. (Cym. II.) Fig. 10—13.

Producte subovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis rarís sparsa.

Frons bisinuata, acumine dimidiā partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis latiuscula, margine antico subrecto.  
 Oculi magni, oblongi, seriebus ocellorum senis ferme contigui.  
 Antennæ primi paris duas partes oculi explentes, scapo tres  
     quintas partes articuli quarti, flagello tres partes articuli  
     quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum  
     8-articulatum, articulo primo permagno, quam articulis  
     duobus sequentibus conjunctis tamen breviore.  
 Antennæ secundi paris angulum posticum annuli primi trunci  
     vix attingentes; flagellum 16-articulatum.  
 Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisi-  
     nuatum.  
 Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum  
     acuti, producti; epimerum ultimum dimidiam partem  
     annuli primi caudalis explens.  
 Pedes prensorii latiusculi, breviusculi; femora quinis armata  
     aculeis longis; ungulæ carinis exornatæ quaternis; ungulæ  
     primæ graciles, posteriores paulo minores minusque  
     incurvæ.  
 Pedes gressorii breviusculi, spinulis productis conferti.  
 Annulus primus caudalis totus ferme detectus.  
 Annulus analis subtriangulus, post attenuatus, apice summo  
     recurso, supra obscure carinatus. Pedes anales producti,  
     annulum tamen non excedentes; remus interior quam ex-  
     terior vix longior, at latior, post attenuatus, latere exteriore  
     medio profunde exciso; remus uterque manifesto crenu-  
     latus.  
 Long. 36 m. m.

Specimen a cel. Gundlach ad insulam Cubam captum, in  
 Museo Berolinensi asservatum, examinavimus.

*I. A. c. β. Tarsi pedum prensiorum dilatati.*

11. *Æga magnifica.*

*Pterelas magnificus* Dana, Unit. Stat. Explor. Exped. Crust.  
II. p. 769. t. 51. f. 4.a—4.g.

*Femina ovigera.*

Tab. VIII. (Cym. II.) Fig. 14—16.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis rarissimis sparsa.

Frons bisinuata, acumine tertiam partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis lata, rectangula, margine antico ferme recto. Oculi minuti, angusti, duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris articulo septimo flagelli angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, scapo duas quintas partes articuli quarti, flagelli articulo septimo sextam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum (mutilatum) articulo primo articulos duos sequentes conjunctos longitudine ferme æquante.

Antennæ secundi paris epimerum primum explentes; flagellum 21-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum latiusculi, modice producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem ferme explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora novenis denisve armata aculeis longis, acutis; tarsi processu minore, compresso exornati; ungulæ primæ productæ, graciles, paulum incurvæ, posteriores minores.

Pedes gressorii longiusculi, breviter spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem obtectus.

Annulus analis subtriangulus, post attenuatus, obscure crenulatus, supra subæquatius. Pedes anales longiusculi; remus

interior quam exterior perpaulo longior, at multo latior, post attenuatus, latere exteriore sub apicem late, leviter emarginato; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. 27 m. m.

**Virgo. Mas adolescens.**

Tab. VIII. (Cym. II.) Fig. 17—19.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis raris dispersa.

Frons bisinuata, acumine dimidiam partem altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis pentagona, media in longitudinem impressa.

Oculi minuti, angusti, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes, scapo tres partes articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris explentes; flagellum 10-articulatum, articulo primo magno, articulos duos sequentes conjunctos tamen longitudine vix superante.

Antennæ secundi paris dimidiam partem epimeri primi ex plentes; flagellum 18-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante profunde bisinuatum.

Epimera latiuscula; anguli postici epinerorum posteriorum acutiusculi, producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem ferme explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora novenis denisve armata aculeis longis; tarsi processu lato, securiformi exornati; unguæ primæ productæ, graciles, valde incurvæ, posteriores deminutæ.

Pedes gressorii graciles, longiusculi, breviter spinulosi.

Annulus primus caudalis magnam partem obtectus.

Annulus analis triangulus, post acutus, manifesto crenulatus, supra obscure carinatus, ad basin leviter bifoveolatus.

Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior perpaulo longior ac latior, post attenuatus, latere exteriore

sub apicem late leviter emarginato; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. virginis 17, 5—23 m. m. Long. maris adolesc. 18 m. m.

Novem vidimus exempla, quorum tria, in freto Magelhaensi a cel. Kinberg (inter navigationem »Josephinæ«) capta, in Museo Holmiensi; duo, a Port Famine allata (»La Zélée«), in Museo Parisiensi; duo, a Capit. Jo. F. Potter «in Nautilo capta», 30° lat. sept. 45° long. occ., in Museo Academiæ Peabodianæ; octavum, mas adolescens, in freto Magelhaensi captum, in Museo Hauniensi; nonum, ex eodem freto ad Puerto Bueno, Patagoniæ, per expeditionem Hassleri reportatum, in Museo Cantabrigiensi Mass. asservantur. Præterea in loco propinquo, Nassau Bay, Fuego, capta esse a cel. Dana, l. c., commemoratur.

Epimera, limbus totius corporis, segmentum dorsale annuli quinti trunci, basis media abrupte obscura annuli analis maculis racemosis obscuris farta, plagis dilutioribus relictis; margo posterior segmentorum dorsalium obscurus.

*I. B. Acumen frontale procumbens, articulum primum antenarum primi paris totum discernens.*

## 12. *Æga monophthalma.*

*Æga monophthalma* Johnston, Loud. Mag. Nat. Hist. VII. p. 233. f. 43 a. b., nec c.

Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 286.  
Meinert, Naturh. Tidsskr. 3. R. 11. B. p. 89.

## Virgo. Mas adolescens.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis crebris sparsa; segmenta dorsalia annulorum margine posteriore crenulato; epimera, annulus analis scrobiculata.

Frons profunde bisinuata, acumine latiusculo, procumbente, laminæ frontali contigua.

Lamina frontalis magna, producta, margine antico profunde bisinuato, medio in dentem procumbentem desinente, lateribus elevatis.

Oculi maximi, oblongi, seriebus ocellorum novenis contigui.

Antennæ primi paris oculum dimidium vix superantes, scapo tres partes articuli quarti, flagello tres partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 12-articulatum, articulo primo quam articulis duobus sequentibus conjunctis breviore.

Antennæ secundi paris epimerum primum vix explentes; flagellum 27-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante profunde bisinuatum foveolisque duabus impressum.

Epimera angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum apice truncati, valde producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem explens.

Pedes prensorii breviusculi, latiusculi; femora senis septenisve armata aculeis brevibus, robustis; ungułæ bicarinatæ; ungułæ primæ magnæ, posteriores paulo minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii breviusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis totus detectus.

Annulus analis semiovalis, post crenulatus, supra scrobiculatus, ad basin profunde bifoveolatus, carina instructus manifesta, media, in dentem minutum, recurvum post desinente. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior vix longior, at multo latior, post oblique truncatus; remus uterque post crenulatus.

Long. virginis 56, 5 m. m. Long. maris adolesc. 31—55 m. m.

Mare Germanicum præcipue habitat, Gadum Morhuam atque Scymnum microcephalum infestans. Septem vidimus exempla, his locis capta: Islandia, in Scymno microcephalo (Hallas, Mus. Haun.); prope Bergen, in altitud. 100 org. (Mus. Holm.); Batalden, Florœ Norvegiæ (Archiater Hansen

et Friele, Mus. Berg.); Lodshagen, Farsund Norvegiæ, in Gado Morhua (Mus. Christian.); mari Germanico, sine loco certiore (Mus. Holm.); Horne, Skagerak (specimen exsiccatum, in litore jacens) (Mus. Haun., Meinert l. c.); Agger, Cimbriæ, in Gado? (Mus. Haun., Meinert, ibid.). Sp. Bate et Westwood locorum sequentium mentionem faciunt: Shetland (cfr. Norman, Brit. Assoc. adv. sc. 1868. p. 288); Moray Firth; orarum Northumberlandiæ; Berwick Bay, in Gado; præterea exempla Britannica in Museo Hopei asservata commemorant.

*II. Scapi antennarum teretiusculi vel compressi, invicem liberi.  
Lamina frontalis convexa vel compresse elevata.*

- A. Articulus tertius antennarum primi paris quam articuli priores conjuncti longior.*  
*a. Oculi contigui.*  
*α. Cauda longitudinis trunci.*

*13. Æga nodosa n.*

Mas adoleſcens.

Tab. IX. (Cym. III.) Fig. 1—3.

Producte ovalis; segmenta dorsalia trunci præter puncturam ordinariam foveolis in series transversas redactis sculpta; segmentum dorsale sextum et septimum trunci, segmenta dorsalia quinque priora caudæ nodis nodulisque exornata. Frons profunde bisinuata, acumine procumbente, acuto, duas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis angusta, ante paululum dilatata.

Oculi magni, subovales, seriebus ocellorum quaternis contigui. Antennæ primi paris duas partes annuli primi trunci explentes, scapo duas partes articuli quarti, flagello articulum octavum antennarum secundi paris explentes; flagellum 14-articulatum, articulo primo magno.

Caput parvum, subtrigonum, ante impressum, quam annulus quartus trunci plus quater angustius (6:27), multo latius quam longius (5:4), profunde immersum, fronte procumbente, rotundate truncata.

Oculi ægre discernendi, parvi, rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto vix attingentes, articulum quintum medium antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo latiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vix attingentes; 12-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci brevius sinuatus, ad angulos incisus, angulis brevibus, rotundate obtusatis; latera annuli vix constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci late rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subdeclivia; terna priora longiuscula, angustiuscula, post paulum angustata, breviter rotundata; terna posteriora breviuscula, latiuscula vel lata, per paria sensim latitudine crescentia, post valde angustata, rotundate obtusata vel breviter rotundata, angulo postico per paria multo ampliore. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio minore non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes breviusculi, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim paulum curvati, manifesto divergentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa, angulo exteriore manifesto prominulo, margine postico perlata sinuato.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi liberis vel obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto curvatis atque convergentibus: convexiuscula, in medio magis convexa, multo latior quam longior (6:5),

quam truncus cum capite duplo brevior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quinque priorum medius subrectus, leviter flexuosus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti paulum prominuli, rotundate obtusati, annuli quinti breviter rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti vel prominuli, obtusati, per paria seu sim minus prominuli. Annulus analis subsemicirculus, ad basin impressus, quam annulus quintus caudalis multo angustior, plus sesqui latior quam longior (5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis vix duplo breviores (fere 5:9); remus interior quam exterior vix longior, at angustior, paulum angustatus, rotundate obtusatus; remus exterior angustatus, rotundate obtusatus.

Long. feminæ ovigeræ 36—43 m. m.

Long. virginis 20—42,5 m. m.

Color cereus vel flavus.

### Mas adultus.

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 11—12.

Producte subovata, convexiuscula, duplo longior quam latior. Caput parvum, subrhomboidale, ante impressum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius (fere 4:11), manifesto latius quam longius (7:6), profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi mediocres vel parvi, subpentagoni.

Antennæ primi paris (in exemplo examinato mutilatæ) compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vix attingentes.

Antennæ secundi paris (in exemplo examinato mutilatæ) compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes.

digestis confertus, linea media lœvi relicta. Pedes anales majusculi; remus interior quam exterior multo longior et latior, post in obliquum truncatus; remus uterque post crenulatus.

Long. feminæ 13 m. m. Long. maris 12—13, 5 m. m.

### Virgo.

(Specimen decapitatum).

Ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis sparsa, nodulisque obscuris, præsertim in margine postico segmentorum posteriorum obsita.

Epimera latinuscula; anguli postici epimerorum posteriorum obtusi, producti; epimerum ultimum annulum secundum caudalem explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora teretia, aculeis armata circiter senis, minutis, acutis; ungules primæ breves, graciles, paulum incurvæ, posteriores vix longiores.

Pedes gressorii breviusculi, spissius spinulosi.

Annulus primus caudalis minorem partem obtectus.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatus, post crenulatus, supra canaliculatus, ad basin bifovealatus, nodulis in series longitudinales digestis obsitus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior multo longior et latior, post truncatus; remus uterque post manifesto crenulatus.

Long. 18 m. m.

Hujus speciei tria exempla typica Milne Edwardsii, quorum duo mascula, tertiumque virginem, ante delineatum (?), at nunc decapitatum, Panormi captum, in Museo Parisiensi exstant. A Tergeste cel. Steindachner (Mus. Vindobon.) marem adul-tum, ab insula Crivizza feminam ovigeram cel. Grube (Mus. Vratislav.) retulerunt.

15. *Æga tenuipes* n.

Virgo.

Tab. -IX. (Cym. III.) Fig. 4—6.

Producte obovata, supra præter puncturam ordinariam læviuscula.

Frons bisinuata, acumine procumbente laminæ frontali contiguo. Lamina frontalis rhomboidalis.

Oculi magni, oblongi, seriebus ocellorum quaternis contigui.

Antennæ primi paris angulum posticum annuli primi truncii attingentes, scapo articulum quartum, flagello articulum decimum antennarum secundi paris explentes; flagellum 11-articulatum, articulo primo tenui, articulum sequentem longitudine æquante.

Antennæ primi paris epimerum quartum explentes; flagellum 24-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi truncii ante leviter bisinuatum.

Epimera angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, producti; epimerum ultimum dimidiam partem articuli primi caudalis exprens.

Pedes prensorii graciles, glabriuscui; femora angustiuscula; ungules primæ breviusculæ, admodum incurvæ, posteriores aliquanto majores.

Pedes gressorii producti, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis lingulatus, post obscure crenulatus, supra subæquatatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior multo longior et latior; remus uterque post attenuatus, obscure crenulatus.

Long. 11, 5 m. m.

Exempla duo a cel. Gundlach ad insulam Cubam capta et Museo Berolinensi tradita vidimus.

*II. A. a. β. \*\* Annulus analis post dentatus vel incisus.*

*16. Æga dentata n.*

Virgo.

Tab. X. (Cym. IV.) Fig. 11—12.

Ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, perraris sparsa.

Frons bisinuata, acumine procumbente dimidiā partem articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis rhomboidalis.

Oculi magni, oblongi, post acuminati, seriebus ternis ocellorum contigui.

Antennæ primi paris angulum posticum annuli primi trunci vix attingentes, scapo articulum quartum, flagello articulum decimum antennarum secundi paris explentes; flagellum 7—8-articulatum, articulo primo perlongo, tenui, articulos tres sequentes conjunctos longitudine æquante.

Antennæ secundi paris dimidiā partem epimeri quinti ex plentes; flagellum 21-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante late emarginatum; segmentum dorsale annuli septimi maximam partem obtectum.

Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, paulum producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem explens.

Pedes prensorii graciles, subglabri; femora angustiuscula; ungułæ primæ pusillæ, posteriores aliquanto majores magisque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, robustiores, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem obtectus.

Annulus analis producte lingulatus, supra subæquatus, ad basin obscure biformatus, margine terminali profunde crenulato, medio in dentes septem exeunte. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior multo longior et duplo latior, post in obliquum late rotundatus; remus uterque post in dentes plures obtusiusculos desinens.

Long. 7, 5 m. m.

Specimen a cel. Gundlach ad insulam Cubam simul cum  
*Æga tenuipede* captum in Museo Berolinensi asservatur.

17. *Æga incisa* n.

Virgo.

Tab. X. (Cym. IV.) Fig. 13—15.

Elliptica, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis,  
 perraris sparsa.

Frons profunde bisulca, acumine procumbente, acuto, laminæ  
 frontali contiguo.

Lamina frontalis minuta, rhomboidalis.

Oculi magni, ovales, seriebus ocellorum quinis ferme contigui.

Antennæ primi paris epimerum primum attingentes, scapo  
 articulum quartum, flagello articulum undecimum anten-  
 narum secundi paris explentes; flagellum 14-articulatum,  
 articulo primo brevi, quam secundo paulo longiore.

Antennæ secundi paris tres partes epimeri secundi explentes;  
 flagellum 18-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante late emarginatum.

Epimera latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum  
 acuti, paulum producti; epimerum ultimum dimidiam  
 partem annuli primi caudalis explens.

Pedes gressorii longiusculi, graciles; femora angustiuscula,  
 subglabra; ungułæ productæ, graciles, leviter incurvæ,  
 magnitudine subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, perparce spinulosi.

Annulus primus caudalis magnam partem obtectus.

Annulus analis subtriangularis, lateribus rotundatis, apice ob-  
 scure crenulato, medio inciso, supra ad basin bifoveo-  
 latus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam  
 exterior perpaulo longior et admodum latior, post valde  
 oblique truncatus; remus uterque post crenulatus.

Long. 12 m. m.

Specimen in mari mediterraneo captum, a cel. Otto Museo Vratislaviensi traditum, vidimus.

*II. A. b. Oculi distantes.*

18. *Æga arctica.*

*Æga arctica* Luetken, Vid. Medd. Nat. For. 1858. p. 71. t. I.  
A. f. 1—3.

Virgo. Mas adolescens.

Producte obovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis punctisque minutis crebris sparsa.

Frons profunde bisinuata, acumine procumbente, ampio, obtusiusculo, tres partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis compresse elevata, minuta, pentagona.

Oculi magni, producte ovati, decima parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris dimidiā partem annuli primi trunci explentes, scapo quattuor partes articuli quarti, flagello articulum decimum antennarum secundi paris explentes; flagellum 15-articulatum, articulo primo majusculo, quam secundo paulo longiore.

Antennæ secundi paris tertiam partem epimeri secundi explentes; flagellum 22-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante vix bisinuatum.

Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, paulum producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem vix explens.

Pedes prensorii graciles; femora latiuscula, brevia, aculeis tenuibus armata binis trinisve; ungułæ primæ longiusculæ, posteriores minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, crassiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis totus detectus.

Annulus analis lingulatus, apice crenulato, medio inciso, supra obsure canaliculatus, crebro punctatus, ad basin manifesto bifoveolatus. Pedes anales producti; remus interior quam exterior paulo brevior et latior, post oblique rotundatus; remus uterque crenulatus.

Long. virginis 20—43 m. m. Long. maris adolesc. 20—36 m. m.

Maria arctica habitat, Scymnum microcephalum infestans. Individua locis sequentibus capta examinavimus: Umanak, Grœnlandiæ  $70^{\circ} 41'$  lat. sept. (Fleischer, Mus. Haun.; Amondsen, Mus. Holm.); Hundeöerne, prope Egedesminde, Grœnlandiæ  $68^{\circ} 50'$  (in Scymno microcephalo, Levinsen, Mus. Haun.); Grœnlandia, sine loco certiore (in Scymno microcephalo, Olrik, Mus. Haun., Mus. Alfr. Benzon; Brandt, Mus. Berol.; Steenstrup, Mus. Berol.; Mus. Lugdun. Batav.); Islandia, ad caurum versus (in Scymno microcephalo, Vandell, Mus. Haun.); Islandiæ oris australibus (in Scymno microcephalo, Hallas, Mus. Haun.); Finmarkia (Mus. Christian.).

### 19. *Æga ventrosa.*

*Æga ventrosa* M. Sars, Forh. Vid. Selsk. Christ. 1858. p. 156.

Femina ovigera.

Tab. IX. (Cym. III.) Fig. 7—8.

Breviter ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, rarís sparsa.

Frons leviter bisinuata, acumine procumbente articulum primum antennarum primi paris totum discernente, laminae frontali contiguo.

Lamina frontalis pendula, margine priore profunde emarginato, ferme bilobo.

Oculi minuti, producte ovati, sexta parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris tertiam partem epimeri primi explentes, scapo quinque partes articuli quarti, flagello articulum

undecimum antennarum secundi paris explentes; flagellum  
**15-articulatum**, articulo primo producto, quam articulo  
 secundo aliquanto longiore.

Antennæ secundi paris epimerum secundum explentes; flagellum  
**17-articulatum**.

Segmentum dorsale annuli primi truncī ante excavatum,  
 margine priore transverso.

Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum acuti,  
 valde producti; epimerum ultimum annulum primum cau-  
 dalem superans.

Pedes prensorii graciles; femora angustiuscula, aculeis binis  
 trinisve pusillis armata; unguīe magnitudine subæquales,  
 paulum incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem obtectus.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, apice paululum  
 producto, manifesto crenulato, supra subæquatus, levissime  
 carinatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam  
 exterior vix longior, at paulo latior, post attenuatus, in  
 latere exteriore leviter sinuatus; remus uterque manifesto  
 crenulatus.

Long. 22 m. m.

### Virgo.

Tab. IX. (Cym. III.) Fig. 9—10.

Ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis,  
 rarís sparsa.

Frons leviter bisinuata, acumine procumbente, articulum primum  
 antennarum primi paris totum discernente, laminæ frontali  
 contiguo.

Lamina frontalis pendula, margine priore late rotundato, integro.  
 Oculi minuti, producte ovati, sexta parte latitudinis capitis  
 distantes.

Antennæ primi paris angulum posticum annuli primi truncī  
 attingentes, scapo articulum quartum, flagello articulum  
 undecimum antennarum secundi paris explentes; flagellum

18-articulatum, articulo primo producto, articulum secundum nonnihil superante.

Antennæ secundi paris duas partes epimeri secundi explentes; flagellum 20-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci late emarginatum.

Epimera lata; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum secundum caudalem non attingens.

Pedes prensorii graciles; femora angustiuscula, glabra; unguis primæ majusculæ, posteriores paulo minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis lingulatus, apice paululum producto, obscure crenulato, supra subæquatus, vix carinatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior paulo longior et latior, post attenuatus, in latere exteriore manifesto emarginatus; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. 27 m. m.

Oras scopulosas Norvegiæ, a Finmarkia usque ad sinum Christiauensem, habitat. Duodecim exempla, locis sequentibus capta vidimus: Komagfjord (Danielssen, Mus. Berg.); Skraaven, Lofoten (Krøyer, Mus. Haun.); Bergen (Mus. Haun.); Øxfjord, in altitud. 100 org. (M. Sars, specimen typicum, Mus. Christian.); Hardangerfjord, Utne, in altitud. 300 org. (v. Maltzan, teste cel. Luetken); sinu Christianensi (Mus. Christian.).

*II. B. Articulus tertius antennarum primi paris quam articuli priores conjuncti brevior.*

*20. Aega spongiophila.*

*Aega spongiophila* Semper, Arch. Naturg. XXXIII. p. 84; Ann. Mag. Nat. Hist. 4. ser. II. p. 29.  
Miers, Journ. Linn. Soc. XIII. p. 509. t. XXIV. f. 3—5.

*Femina ovigera.*

Tab. IX. (Cym. III.) Fig. 11—12.

Ovata, præter puncturam ordinariam punctis majusculis, rarissimis sparsa.

Frons ante anguste marginata, profunde bisinuata, acumine procumbente, tres quintas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis rhomboidalis, margine omni elevato.

Oculi majusculi, oblongi, quarta parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum posticum annuli primi trunci paulum superantes, scapo articulum tertium scapi, flagello articulum decimum flagelli antennarum secundi paris expletentes; flagellum 38 articulatum, articulis duobus prioribus minui, ejusdem longitudinis.

Antennæ secundi paris epimerum sextum expletentes; flagellum 55-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera magna; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum tertium caudalem ferme explens.

Pedes prensorii graciles; femora angustiuscula, subglabra; unguiae primæ majusculæ, posteriores paulo minores minusque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis lingulatus, post crenulatus, apice breviter mucronato, supra subæquatus, utrinque leviter excavatus. Pedes anales ampli; remus interior quam exterior vix longior, at multo latior, post truncatus; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. 36--40 m. m.

**Virgo. Mas adultus.**

Tab. IX. (Cym. III.) Fig. 13—16.

Producte ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis, crebris dispersa.

Frons ante anguste marginata, bisinuata, acumine tres quintas partes altitudinis articuli primi antennarum primi paris discernente.

Lamina frontalis rhomboidalis, lateribus elevatis.

Oculi majusculi, oblongi, quarta parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum posticum annuli primi trunci attingentes, scapo articulum tertium scapi, flagello articulum decimum flagelli antennarum secundi paris explentes; flagellum 35-articulatum, articulo primo brevi, articulum secundum æquante.

Antennæ secundi paris epimerum quintum explentes; flagellum 55-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum.

Epimera magna; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum secundum caudalem explens.

Pedes prensorii graciles; femora angustiuscula, subglabra; unguæ primæ longiusculæ, paulum incurvæ, posteriores paulo minores.

Pedes gressorii perlungi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis totus ferme detectus.

Annulus analis lingulatus, post crenulatus, apice breviter mucronato, supra subæquatus, utrinque leviter excavatus. Pedes anales ampli; remus interior quam exterior vix

longior, at multo latior, post truncatus; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. virginis 44 m. m. Long. maris adulti 43 m. m.

In Euplectella Aspergillo hæc species nidificat, nec ad insulas Philippinas, testibus Willemoës-Suhm (Zeitschr. f. wiss. Zool. XXVI, Append. p. LXXIV) et Miers (Linn. Soc. Journ. Zool. XIII, p. 510), rara esse videtur. Octo individua, omnia ad Cebu, ins. Philipp., capta, quorum duo in Mus. Cantabr., Mass., duo in Mus. Berol., duo in Mus. Bon., duo, nobis benevole a cel. Semper, qui hanc speciem primus divulgavit, donata, in Mus. Hauniensi asservata vidimus.

### ROCINELA.

*Rocinela* Leach, Dict. Sc. nat. XII. p. 349. — Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 304. — Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 289. (Nec Milne Edwards, nec Dana).

*Acherousia* Lucas, Explor. sc. Algér. Zool. I. p. 78.

*Corpus relaxatum, admodum deplanatum.*

*Frons prosiliens, declivis, scapum antennarum primi paris plus minusve obtengens.*

*Occiput æquatum.*

*Lamina frontalis minuta vel evanida.*

*Oculi magnitudinis variæ, subquadrati vel subrotundi, granulati, ocellis magnis.*

*Antennæ primi paris breves; scapus triarticulatus, articulis productis, teretibus; flagellum articulis 4—6 pusillis compositum.*

*Antennæ secundi paris productæ; flagellum multiarticulatum.*

*Segmenta dorsalia trunci subæquata, linea transversa, flexuosa in areas binas sejuncta; area prior in adultis obtecta.*

*Epimera pusilla, angusta, aquata aut fracta.*

*Pedes prensorii breviusculi vel longiusculi; femora brevia vel breviuscula, aculeis armata crassioribus, obtusis; tarsi rarius teretes, inermes, sèpissime compressi, aculeisque infra armati longis, acutis; ungulae secundum species variae.*

*Pedes gressorii longiusculi, graciles, spinulosi.*

*Cauda relaxata; annulus primus quam secundus multo minor, ad basin valde coarctatus; anguli postici segmenti dorsalis secundi, tertii quartique setas nonnullas gerentes.*

*Annulus analis lingulatus. Pedes anales longiusculi vel breviusculi; remus interior quam exterior plus minusve longior et latior.*

*Mas a femina differt:*

*forma nonnihil angustiore;*  
*annulo primo caudali minorem partem obtecto.*

*Junior ab adulto differt:*

*corpore longiore;*  
*fronte semper inermi, triangula, subaquata;*  
*annulis trunci magis extensis, area priore segmentorum dorsalium detecta;*  
*annulo primo caudæ særissime toto detecto.*

Ut jam diximus, Sp. Bate demum et Westwood genus *Rocinelæ*, quod Leach proposuerat, in integrum restituerunt, simulque imaginem exempli archetypi *R. Danmoniensis* hujus scriptoris ediderunt, quum Milne Edwards notionem generis ita difinxisset, ut præter speciem hic nominatam *Ægas* grandibus oculis præditas caperet. (Desmarest, l. c., tantum diagnosin generis et speciei, quam Leach confecit, exscribit). Lucas speciem *R. Danmoniensi* proximam, *R. Dumerilii*, proposuit, eique novam notionem generis formavit, quæ quamquam multo copiosior et melior est quam ea, quam Leach exposuit, tamen nomen *Lucae*, *Acherusiam*, nomini longe vetustiori, *Rocinelæ*, loco cedere ex usu vulgari necesse est, quum nova species *Lucae* in genere a *R. Danmonensi* diverso nullo modo collocari possit.

Habitu generi *Ægæ* similis, at forma minus compacta atque aliquanto magis depressa.

Frons declivis, articulos priores antennarum primi paris obvolvens, solito æquata, in angulum obtusum desinens, raro

supra excavata, bicarinata, ante tridens, ut in formis adultis R. Dammoniensis et R. Dumerilii.

Vertex æquatus, nulla linea obliqua pone oculos impressa.

Lamina frontalis semper minuta, pæne evanida.

Oculi magni, amplitudinem tamen tantam, quantam in *Ægis*, non attingentes, neque unquam plus quam ocello singulo anguli antici interioris inter se contingunt. Ocelli majores, at pauciores quam in *Ægis*, quamobrem oculi manifesto evadunt granulosi.

Antennæ primi paris breves, tenues; articuli scapi teretes, nullo acumine frontali discreti, neque dilatati neque ad frontem accommodati, marginem frontalem igitur non amplificantes. Numerus articulorum flagelli parvus, solito sex, raro modo quattuor vel quinque.

Antennæ secundi paris productæ, articulis et scapi et flagelli tenuibus; numerus articulorum flagelli solito quattuordecim vel sedecim, rarius minor vel modo decem. Scapi antennarum utriusque paris invicem liberi.

Annuli trunci supra æquati vel subæquati, linea transversa, sinuata in areas binas partiti, quarum prior in animali adulto area posteriore annuli præcedentis solito obtecta. Præterea area posterior in animali adolescente interdum rursus linea transversa, sinuata bifariam distribuitur (cfr. Tab. XI. [Cym. V.] Fig. 3); verisimile tamen est, hanc lineam, quæ fines membranae articulariæ annuli sequitur, exsiccatione post mortem ortam esse.

Pedes prensorii magnitudine variant. Femora brevia, aculeis ternis quaternisve brevibus, obtusis armata. Tarsi sæpiissime compressi, alti, serie aculeorum trium ad sex longiorum, acutorum, aliquantum incurvorum exornati. Ungulæ sæpiissime pertenues et valde incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, aculeis plus vel minus crebris armati.

Cauda multo minus compacta quam in *Ægis*, angulis posticis annulorum invicem liberis, in speciem pectinis vel serræ geminæ redactis. Annulus primus quam annuli ceteri multo brevior, annulo ultimo trunci ex parte obtectus, ad

basin valde constrictus. Anguli postici annulorum quinque priorum setis nonnullis longis, gracilibus semper instructi.

Annulus analis semper lingulatus. Pedes anales breviusculi; remi aliquantum magnitudine formaque variant.

Sexus differentia fere eadem ac in *Aegis*. Bene recordari debet, discriben, quod individua speciei unius ejusdemque quoad figuram frontis atque sculpturam partis prioris trunci praebent, non sexum, sed aetatem diversam notare.

### Conspectus specierum.

I. Flagellum antennarum secundi paris 14—16-articulatum.

A. Oculi valde propinqui vel ferme contigui.

1. *Danmoniensis*. 2. *Insularis*.

B. Oculi manifesto distantes.

a. Tarsi pedum prensiorum aculeis ternis quaternisve.

3. *Dumerilii*. 4. *Maculata*. 5. *Americana*.

6. *Orientalis*.

b. Tarsi pedum prensiorum aculeis quinis senisve.

7. *Australis*.

II. Flagellum antennarum secundi paris 10—11-articulatum.

8. *Signata*. 9. *Aries*.

*I. Flagellum antennarum primi paris 14—16-articulatum.*

A. Oculi valde propinqui vel ferme contigui.

#### 1. *Rocinela Danmoniensis*.

*Rocinela Danmoniensis* Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 349.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 304.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 244.

Sp. Bate & Westwood, Brit. Sessiley. Crust. II. p. 291.

*Acherusia rotundicauda* Lilljeborg, Öfvers. Vet. Akad. Förh. 1851. p. 23.

Luetken, Vid. Medd. Nat. For. 1860. p. 177.

Meinert, Naturh. Tidsskr. 3. R. 11. B. p. 90.

#### Femina ovigera.

Tab. XI. (Cym. V.) Fig. 1.

Breviter ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis, raris sparsa, ante rugulosa.

Frons medio excavata, ante rotundate producta, margine elevato, bicarinata.

Lamina frontalis minuta, anguste rhomboidalis.

Oculi magni, subquadrati, decima parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris articulis quaternis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo dimidiam partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo brevi, quam secundo minore, ultimo minuto.

Antennæ secundi paris dimidiam partem epimeri secundi ex plentes; flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante vix bisinuatum.

Epimera majuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, longe producti; epimerum ultimum annulum secundum caudalem paulum superans.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis armata ternis quaternis brevibus, obtusis; tarsi infra aculeis armati ternis, acutis; ungulæ productæ, graciles, quadricarinatae, leviter incurvæ, magnitudine subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, manifesto spinulosi.

Annulus primus caudalis totus ferme obtectus.

Annulus analis lingulatus, supra subæquatus, ad basin impressus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post rotundatus.

Long. 24—27 m. m.

### Mas adultus.

#### Tab. XI. (Cym. V.) Fig. 2.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis, rarís sparsa, ante rugulosa.

Frons medio excavata, ante rotundate producta, margine elevato, bicarinata.

Lamina frontalis minuta, anguste rhomboidalis.

Oculi magni, subquadrati, decima parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris articulis ternis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo brevi, quam secundo minore, ultimo minuto.

Antennæ secundi paris dimidiā partem epimeri secundi explentes; flagellum 15—16-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante vix bisinuatum.

Epimera majuscula; anguli postici epimerorum acuti, longe producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis armata ternis brevibus, obtusis; tarsi infra aculeis armati binis, acutis; ungulæ productæ, graciles, quadricarinatae, leviter incurvæ, magnitudine subæquales.

Pedes gressorii breviusculi, crassiusculi, manifesto spinulosi.

Annulus primus caudalis totus ferme obtectus.

Annulus analis lingulatus, supra subæquatus, ad basin impressus.

Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post rotundatus.

Long. 25, 5—27 m. m.

### Virgo.

Tab. IX. (Cym. V. Fig. 3.)

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis et minutis, raris sparsa; segmenta dorsalia annulorum posteriorum trunci linea transversa, arcuata partita.

Frons triangula, acumine obtuso, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, anguste rhomboidalis.

Oculi permagni, rotundati, serie singula ocellorum contigui vel valde propinqui, manifesto granulati.

Antennæ primi paris articulis binis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum

secundi paris superantes; flagellum 6-articulatum, articulo primo brevi, quam secundo breviore, articulo ultimo minuto. Antennæ secundi paris epimerum primum ægre explentes; flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante vix bisinuatum. Epimera majuscula, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, longe producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem ægre explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis armata ternis quaternis longis, obtusis; tarsi infra aculeis armati binis acutis; ungulæ productæ, graciles, quadri-carinatæ, incurvæ, magnitudine subæquales.

Pedes gressori longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin bis impressus, medio leviter carinatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post rotundatus; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. 22—30 m. m.

### Pullus stadii tertii.

Tab. IX. (Cym. V.) Fig. 4—5.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis, raris sparsa.

Frons triangula, acumine obtuso, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, linearis.

Oculi magni, subrotundati, ferme contigui.

Antennæ primi paris articulo ultimo vel articulis binis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo articulum quartum antennarum secundi paris paulum superantes, flagello articulum sextum antennarum earundem explentes; flagellum 5—6-articulatum.

Antennæ secundi paris dimidiam partem epimeri primi explentes; flagellum 15-articulatum.

segmentum dorsale annuli primi trunci ante vix bisinuatum.

Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producit; epimerum ultimum quam paenultimum multo minus, annulum primum caudalem explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis binis ternis obtusis armata; tarsi in acie aculeis binis acutis instructi; ungules productae, tenues, quadricarinatae, incurvae, inter se subaequales.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce hirsuti.

Annulus septimus trunci paulo angustior et multo brevior quam annulus sextus; epimera minuta; pedes breves, glabri, recta inclinati, apice tarsorum contigui.

Annulus primus caudalis maximam partem obtectus.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin bis impressus, in medio breviter, manifesto carinatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior vix longior atque paulo latior, post rotundatus; remus uterque manifesto crenulatus.

Long. 12 m. m.

### Pullus stadii secundi.

Tab. XI. (Cym. V.) Fig. 6—10.

Ovata, supra praeter puncturam ordinariam punctis crassiusculis, perraris sparsa.

Frons triangula, ante truncata, supra aequata.

Lamina frontalis minuta, linearis.

Oculi magni, subrotundati, sexta parte latitudinis capitis distantes.

Antennae primi paris angulum priorem annuli primi trunci ferme superantes, scapo articulum quartum, flagello articulum septimum antennarum secundi paris explentes; flagellum 5-articulatum, articulis sensim deminutis.

Antennae secundi paris epimerum primum vix completes; flagellum 14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci vix bisinuatum.

Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, longe producti; epimerum ultimum (quintum) annulum ultimum trunci paulum superans.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis ternis acutis armata; tarsi in acie aculeis binis acutis instructi; unguiae longae, graciles, quadricarinatæ, incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi; coxae rare ciliatae.

Annulus septimus trunci annulo sexto multo brevior et manifesto angustior, nec pedibus nec epimeris instructus.

Annulus primus caudalis totus ferme detectus.

Annulus analis lingulatus, supra æquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post rotundatus; remus uterque crenulatus.

Long. 7 m. m.

### Pullus stadii primi.

Tab. XI. (Cym. V.) Fig. 11—16.

Producte ovalis, glabra, laevis.

Frons triangula, truncata, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, anguste ovata.

Oculi magni, subrotundati, ferme contigui.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci paulum superantes, scapo dimidiam partem articuli quarti antennarum secundi paris expletentes, flagello articulum quintum antennarum earundem paulum superantes; flagellum 5-articulatum, articulis sensim deminutis.

Antennæ secundi paris epimerum primum expletentes; flagellum 12-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum.

Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, longe producti; epimerum ultimum (quintum) annulum ultimum trunci procul explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis binis parvis, acutis armata; tarsi crassi, aculeo singulo præditi; ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, fere rectæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, crassiusculi.

Annulus septimus trunci annulo sexto multo brevior et manifesto angustior, nec pedibus nec epimeris instructus.

Annulus primus caudalis totus detectus.

Annulus analis lingulatus, supra æquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, post rotundatus.

Long. 5, 5 m. m.

R. Danmoniensis, specierum hujus generis omnium vulgatissima, a freto Øresund usque ad mare insulas Færœenses alluens et ad fretum Britannicum degit, præsertim vero, ut videtur, scopulos litoris Scandinaviæ in occidentem vergentis præfert. Viginti examinavimus individua, locis sequentibus capta: in freto Øresund, ad Helsingør, Hellebæk, Hornbæk (Mus. Haun.; Lütken l. c., Meinert l. c.); Store Middelgrund in Kattegat, in Gado Morhua (Mus. Haun.; Luetken l. c.); in sinu Christianensi (Mus. Christian.); ad Bergen (Schilling, Mus. Berol.; Mus. Goting.; Koren, Mus. Berg.); prope Bergen, ad caurum versus, in altitud. 100 org. (Mus. Holm.); in Håkonsund, prope Bergen (Mus. Berg.); ad insulam Griep prope Christianssund (Mus. Christian.; Lilljeborg, Mus. Haun.); ad St. Væderøe, in altitud. 80 org. (Olsson, Mus. Haun.); ad Thorshavn, insul. Færœensium (Alfred Benzon, Mus. Haun.); ad insulas Færœenses, sine loco certiore (Müller, Mus. Haun.). Præterea abhinc sexaginta annos cel. Leach, l. c., hanc speciem in freto Plymouth captam esse, commemorat, et Sp. Bate et Westwood, l. c., locum Polperro indicant. Cel. O. G. Sars hanc speciem (»Acherusiam rotundicaudam«) inter expeditionem Norvegicam anno 1870 ad »Stat. 25« repertam esse, indicat, at »Stat. 25« in indice stationum non invenitur; verisimile tamen c. 63°, 50' lat. sept. et 5° 50' long. orient., in altitud. 90 org., capta est (Arch. Math. Naturv. II. p. 349 [249]).

2. *Rocinela insularis* n.

Mas adolescens.

Tab. XII. (Cym. VI.) Fig. 1—3.

Ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis,  
minutis, perraris sparsa.

Frons triangula, obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, angustata.

Oculi permagni, subrotundati, seriebus binis ternisve ocellorum  
fere contigui.

Antennæ primi paris articulis binis ultimis angulum priorem  
annuli primi trunci superantes, scapo dimidiā partem  
articuli quarti, flagello duas partes articuli quinti anten-  
narum secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum,  
articulo primo minuto, quam secundo multo breviore,  
articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum primum ægre explentes;  
flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.  
Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum  
acuti, longe producti; epimerum ultimum annulum primum  
caudalem explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora breviuscula, aculeis ternis  
crassioribns, obtusis armata; tarsi in acie aculeis ternis  
acutis instructi; unguæ longiusculæ, graciles, quadri-  
carinatæ, admodum incurvæ, intermediæ aliquantum lon-  
giores.

Pedes gressorii longiusculi, crassiusculi, parce spinnlosi.

Annulus primus caudalis maximam partem obtectus.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin bis impressus, in  
medio breviter, obscure carinatus. Pedes anales longiusculi;  
remus interior quam exterior vix longior, at aliquanto  
latior, post rotundatus.

Long. 22 m. m.

Specimen ad insulas Indiæ occidentalis a cel. Hornbeck  
captum in Museo Hauniensi asservatur.

*I. B. Oculi manifesto distantes.**a. Tarsi pedum prensiorum aculeis ternis quaternisve.**3. Rocinela Dumerilii.*

*Acherusia Dumerilii* Lucas, Explor. sc. Algér. Zool. I. p. 79.  
Crust. t. VIII. f. 3.

*Acherusia complanata* Grube, Ins. Lussin. Meeresf. p. 76.

Femina ovigera.

Tab. XII. (Cym. VI.) Fig 4—6.

Breviter elliptica, supra præter puncturam ordinariam punctis  
crassiusculis minutisque, perraris sparsa.

Frons medio excavata, bicarinata, ante tridens, dente medio  
magno, producto.

Lamina frontalis minuta, breviter rhomboidalis.

Oculi majusculi, subrotundati, quinta parte latitudinis capitis  
distantes.

Antennæ primi paris articulis binis ultimis angulum priorem  
annuli primi trunci superantes, scapo articulum tertium  
antennarum secundi paris paulum superantes, flagello tertiam  
partem articuli quinti antennarum earundem explentes;  
flagellum 6-articulatum, articulo primo minuto, quam  
secundo paulo breviore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris dimidiā partem epimeri secundi  
explentes; flagellum 14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera majuscula, angusta; anguli postici epimerorum poste-  
riorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum  
secundum cædalem pâne explens.

Pedes prensorii breves; femora brevia, aculeis ternis crassius-  
culis, obtusis armata; tarsi in acie aculeis ternis acutis  
prædicti; ungulæ majusculæ, graciles, quadricarinatæ, leviter  
incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, crassiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis fere totus, secundus minorem partem obtecti.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin impressus, in medio leviter canaliculatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior multo longior, at paulo latior, post rotundatus.

Long. 22, 5 m. m.

Virgo.

Tab. XI. (Cym. VI.) Fig. 7—9.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punetis minutis, perraris sparsa.

Frons triangula, apice obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, rhomboidalis. ·

Oculi majuseculi, subrotundati, octava parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci attingentes, scapo quartam partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris expletentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo minuto, quam secundo breviore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum primum expletentes; flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera majuscula, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem pæne explens.

Pedes prensorii breves; femora brevia, aculeis ternis crassiusculis armata; tarsi in acie aculeis quaternis acutis instructi; unguæ majusculæ, graciles, quadricarinatæ, paulum incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis maximam partem detectus.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin impressus, in medio levissime canaliculatus. Pedes anales longiusculi; remus

interior quam exterior multo longior, at paulo latior, post rotundatus.

Long. 16, 5—23, 5 m. m.

Mare mediterraneum et mare Atlanticum adjacens habitat. Tria exempla e mari Adriatico, in Museo Vratislaviensi asservata, vidimus, quorum unum ad insulam Lessinam inventum est, alterum, ad Crivizzam captum, specimen typicum Acherusiae complanatae Gr. est. Specimen ad Panormum captum in Museo Lugdunensi Batav. exstat, alterum, ad Ivizam inventum, in Museo Parisiensi asservatur. Trans fretum Gaditanum specimen ad oras Mauritanicas prope El Araish, 30—35 org., a Will. Sørensen (Mus. Haun.), et in mari Atlantico alterum,  $36^{\circ} 46' 7''$  lat. sept.  $14^{\circ} 7' 2''$  long. occ., a Kinberg per navigationem «Josephinæ» (Mus. Holm.) capta sunt. Praeterea Lucas hanc speciem ad Bonam, Numidiæ, captam esse, commemorat (l. c. p. 80).

Lucas quum mare tum feminam habuisse atque delineasse opinatur, at sine dubio femina ejus adulta non fuisset, quam ob rem incertum hæret, utrum virginem an marem adolescentem delineaverit; discriminus evolutionis sexum varium signare verisimile censuit.

#### 4. *Rocinela maculata* n.

Mas adultus.

Tab. XII. (Cym. VI.) Fig. 10—12.

Breviter ovata, supra præter puncturam ordinariam punetis minutis, perraris sparsa; segmentum dorsale annuli quarti trunci utrinque macula obscura, subocellata ornatum; annulus analis ad basin utrinque macula obscura notatus.

Frons triangula, apice late obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, anguste rhomboidalis.

Oculi minimi, pentagoni, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris articulis quaternis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo tertiam partem articuli quarti, flagello articulum quintum antennarum secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo quam secundo paulo longiore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum primum explentes; flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera majuscula, latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum duas partes annuli secundi caudalis explens.

Pedes prensorii breves; femora brevia, aculeis ternis quaternisve crassiusculis, obtusis armata; tarsi in acie aculeis quaternis longis, acutis instructi; ungułæ majusculæ, graciles, quadricarinatæ, admodum incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, crassiusculi, breviter spinulosi.

Annulus primus caudalis fere totus obtectus.

Annulus analis breviter lingulatus, supra subæquatus, ad basin bis impressus. Pedes anales longiusculi, magni; remus interior quam exterior paulo longior atque latior, post truncatus; remus uterque in latere exteriore crenulatus.

Long. 23 m. m.

Specimen a H. Koch ad Wladiwostock, Asiae orientalis, captum in Museo Hauniensi asservatur.

*See page 413 - Ser. III, Vol. XIV.*

### 5. *Rocinela Americana* n.

Virgo.

Tab. X. (Cym. IV.) Fig. 16—18.

Porrecte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis atque perminutis, rariss notata.

Frons triangula, apice obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis evanida.

Oculi majusculi, rotundati, vix quarta parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris articulis quaternis ultimis angulum priorem annuli prinni trunci superantes, scapo dimidiam partem articuli quarti, flagello quattuor partes articuli quinti antenorarum secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo maximo, ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum secundum paulum superantes; flagellum 16-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum obtusiusculi, valde producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem non explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora aculeis ternis longis, obtusis armata; tarsi in acie aculeis ternis tenuibus, acutis instructi; ungulae longæ, graciles, leviter incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis magnam partem obtectus.

Annulus analis lingulatus, supra subæquatus, ad basin in transversum impressus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior paulo longior atque latior, post oblique rotundatus; remus uterque in latere exteriore crenulatus.

Long. 26 m. m.

Specimen ex Ireston Americæ septentrionalis, in Museo Cantabrigiensi, Mass., asservatum, vidimus.

#### 6. *Rocinela orientalis* n.

Femina ovigera. Mas adultus.

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 1—2.

Breviter elliptica, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, perraris notata.

Frons rotundata, peranguste marginata, supra leviter excavata.  
Lamina frontalis minuta, rhomboidalis.

Oculi minusculi, oblongi, tertia parte latitudinis capitis distantes.  
Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci  
paulum superantes, scapo duas quintas partes articuli  
quarti, flagello tertiam partem articuli quinti antennarum  
secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum, articulo  
ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum primum aliquanto superantes;  
flagellum 14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum.  
Epimera angusta; anguli postici epimerorum posteriorum præter  
ultimum obtusiusculi, producti; epimerum ultimum angulo  
postico acuto, producto, annulum secundum caudalem  
fere explens.

Pedes prensorii breves; femora aculeis ternis crassis, obtusis  
armata; tarsi in acie aculeis ternis tenuibus, acutis  
instructi; ungulæ longæ, graciles, leviter incurvæ, inter  
se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis fere totus obtectus.

Annulus analis subtriangularis, lateribus rotundatis, supra subæ-  
quatus, ad basin in transversum impressus. Pedes anales  
brevisculi; remus interior quam exterior multo longior  
et paulo latior, post oblique rotundatus.

Long. feminæ 13 m. m.

Long. maris 11 m. m.

Duo exempla, a. cel Semper ad insulas Philippinas capta  
et in Museo Gotingensi asservata, vidimus: alterum, feminineum,  
ex Lapenig, 6 org., alterum, masculinum, ex Pandanin; tertiumque,  
e Calcutta, Museo Cantabrigiensi, Mass., a W. Theobald  
donatum, examinavimus.

*I. B. b. Tarsi pedum prensiorum aculeis quinis senisve.*

*7. Rocinela australis n.*

Mas adultus.

Tab. XII. (Cym. VI.) Fig. 13—15.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis minutisque, perraris sparsa.

Frons subtriangula, apice obtusa, paulum producta, supra æquata.

Lamina frontalis evanida.

Oculi magni, subrotundati, octava parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci attingentes, scapo quartam partem articuli quarti, flagello dimidiam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo quam secundo paulo longiore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum primum perpaulum superantes; flagellum 16-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera majuscula, latiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum secundum caudalem procul explens.

Pedes prensorii breves; femora perlata, aculeis ternis longis, acutis armata; tarsi perlati, in acie aculeis quinis senisve longis, acutis, pectinate dispositis exornati; ungulæ primæ perlongæ, crassiusculæ, quadricarinatæ, admodum incurvæ, posteriores paulo longiores magisque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis totus, secundus minorem partem obtecti.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin bis impressus, in medio manifesto carinatus. Pedes anales permagni; remus interior quam exterior paulo brevior atque multo angustior,

post rotundatus; remus exterior in latere exteriore manifesto crenulatus, aculeis longis armatus.

Long. 24, 5—28 m. m.

Virgo.

Tab. XII. (Cym. VI.) Fig. 16.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis crassiusculis minutisque, perraris sparsa.

Frons subtriangula, apice obtusa, aliquantum producta, supra æquata.

Lamina frontalis evanida.

Oculi magni, subrotundati, octava parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris articulo ultimo angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo quartam partem articuli quarti, flagello tres partes articuli quinti antennarum secundi paris expletentes; flagellum 6-articulatum, articulo primo quam secundo paulo longiore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris epimerum primum perpaulum superantes; flagellum 15-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto biniuatum.

Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora brevia, aculeis ternis acutis armata; tarsi perlati, compressi, in acie aculeis quinque sensive longis, acutis, pectinate dispositis exornati; unguæ perlongæ, graciles, quadricarinatæ, admodum incurvæ, posteriores paulo longiores magisque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis majorem partem obtectus.

Annulus analis lingulatus, supra ad basin bis impressus, in medio manifesto carinatus. Pedes anales permagni; remus interior quam exterior brevior atque fere duplo angustior,

post rotundatus; remus exterior in latere exteriore manifesto crenulatus, aculeis longis armatus.

Long. 22 m. m.

Tria exempla, in freto Magelhaënsi a Schythe capta, in Museo Hauniensi asservantur.

*II. Flagellum antennarum primi paris 10—11-articulatum.*

*8. Rocinela signata n.*

Femina ovigera.

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 3.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, perraris sparsa; annulus analis vittis tribus obscuris, abbreviatis ornatus, media recta, lateralibus transversis, lunatis.

Frons triangula, apice obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis evanida.

Oculi minuti, piriformes, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris articulis binis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo tres quintas partes articuli quarti, flagello dimidiam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 4-articulatum, articulo primo quam secundo paulo majore, articulo ultimo minuto.

Antennæ secundi paris epimerum primum explentes; flagellum 11-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum. Epimera majuscula, angustata, angulis posticis acutis, valde productis; epimerum ultimum dimidiam partem annuli secundi caudalis explens.

Pedes prensorii longiusculi; femora aculeis ternis brevibus,

obtusis armata; tarsi teretes, graciles, inermes; ungułæ minutæ, leviter incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, spinis longioribus ornati.

Annulus primus caudalis fere totus, secundus minorem partem obtecti.

Annulus analis lingulatus, post obscure crenulatus, supra subæquatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior paulo longior, at multo latior, post oblique rotundatus; remus uterque manifestius crenulatus.

Long. 12 m. m.

### Virgo.

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 4—6.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, perraris sparsa; annulus analis vittis tribus obscuris, de- curtatis pictus, media recta, lateralibus transversis, lunatis.

Frons triangula, apice late obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis evanida.

Oculi minuti, piriformes, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris articulo ultimo angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo duas partes articuli quarti, flagello tres partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 4—5-articulatum, articulo primo quam secundo paulo majore, articulo ultimo minuto.

Antennæ secundi paris epimerum primum explentes; flagellum 11-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatnm.

Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posticorum acuti, longe producti; epimerum ultimum annulum primum caudalem explens.

Pedes prensorii longiusculi; femora aculeis ternis perbrevibus, obtusis armata; tarsi teretes, tenues, inermes; ungułæ minutæ, simplices, leviter incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis magnam partem obtectus.

Annulus analis lingulatus, post obscure crenulatus, supra subæquatus. Pedes anales breviusculi; remus interior quam exterior paulo longior et duplo latior, post oblique rotundatus; remus uterque obscure crenulatus.

Long. 8—15 m. m.

Ad insulas Indiae occidentalis et ad oras Americæ centralis in cavitate branchiali piscium degit. Viginti examinavimus exempla, locis sequentibus capta: ad ins. Setæ Crucis, in Pomacantho Paru (Ærsted, Grænsund, Mus. Haun.); ad ins. St. Barthelemy, in Hæmulone vel Sciæna (Goës, Mus. Holm.); in India occid., sine loco certiore, in branchiis Scari (Mus. Haun.), in Holacantho (Mus. Haun.); ad oras Americæ centralis, in branchiis Thynnii Alalongæ (?), caterva parva (Ærsted, Mus. Haun.); prope Pernambuco, 16—20 org., femina ovigera (Verngren, Mus. Holm.).

### 9. *Rocinela Aries n.*

#### *Femina ovigera.*

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 7—8.

Breviter ovata, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis in margine postico segmentorum dorsalium trunci, punctisque crassiusculis in media cauda sculpta; annulus analis lituris obscuris ornatus tribus, connexis, media recta, lateralibus transversis, angulate fractis.

Frons triangula, ante rotundate truncata, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, lanceolata, post obscure definita.

Oculi minimi, oblongi, ante acuminati, duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris binis vel ternis ultimis articulis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo dimidiā partem articuli quarti, flagello tertiam partem articuli quinti antennarum secundi paris expletentes; flagellum

4—5-articulatum, articulo primo quam secundo paulo majore, articulo ultimo duobusve ultimis minimis.

Antennæ secundi paris duas partes epimeri primi explentes; flagellum 10-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante levissime bise-  
nuatum.

Epimera majuscula, angusta; anguli postici epimerorum poste-  
riorum acuti, valde producti; epimerum ultimum tres  
partes annuli secundi caudalis explens.

Pedes prensorii longiusculi; femora aculeis ternis validis, ob-  
tusis armata; tarsi teretes, graciles, inermes; ungułæ  
primæ minutæ, leviter incurvæ, posteriores paulo maiores  
magisque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, parce spinulosi.

Annulus primus caudalis fere totus, secundus minorem partem  
obtecti.

Annulus analis lingulatus, supra subæquatus, ad basin im-  
pressus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam  
exterior multo longior atque duplo latior, post oblique  
truncatus.

Long. 14, 5 m. m.

### Pullus primi stadii.

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 9.

Ovalis, glabra, lœvis.

Frons triangula, ante truncata, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, lanceolata, post obscure definita.

Oculi minuti, oblongi, ante leviter acuminati, duabus quintis  
partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci vix  
attингentes, scapo tres quintas partes articuli quarti, fla-  
gello dimidiam partem articuli quinti antennarum secundi  
paris explentes; flagellum 4-articulatum, articulis sensim  
deminutis.

Antennæ secundi paris epimerum secundum explentes; flagellum  
12-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante vix bisinuatum.  
 Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum acuti, valde producti; epimerum ultimum (quintum) annulum ultimum trunci ferme explens.

Pedes prensorii breviusculi, crassiusculi; unguiae breviusculae, subrectae.

Pedes gressorii breviusculi, crassiusculi.

Annulus septimus trunci annulo sexto multo brevior eoque manifesto angustior, nec pedibus nec epimeris instructus.

Annulus primus caudalis totus ferme, secundus minorem partem obiecti.

Annulus analis lingulatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior multo longior et duplo latior, post oblique truncatus.

Long, 3, 5 m. m.

Ad Mazatlan inventa esse a Salmin, mercatore Hamburgensi, indicatur, et nunc in Museo Holmiensi asservatur.

### ALITROPUS.

*Alitropus* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 245.

*Corpus minus compactum, deplanatum.*

*Frons simplex, acumine procumbente, minorem partem articuli primi antennarum primi paris discernente.*

*Occiput aequalatum.*

*Lamina frontalis evanida.*

*Oculi minuti, leviter granulosi; ocelli magni.*

*Antennae primi paris breves; scapus articulis tribus brevibus, fornicatis, flagellum articulis quattuor vel quinque brevibus composita.*

*Antennae secundi paris breves, scapo recto, flagello articulis paucioribus composito.*

*Segmenta dorsalia annularum posteriorum trunci aut integra, aut linea transversa, flexuosa in areas binas manifestas partita.*

*Epimera permixta, angusta, fornicata.*

*Pedes prensorii longiusculi vel breviusculi; articuli tenues, subglabri; ungules minusculæ, tenues, leviter incurvæ.*

*Pedes gressorii longiusculi, graciles; ungules majusculæ, incurvæ.*

*Cauda admodum relaxata, annulo primo quam sequente multo et abrupte angustiore, segmento dorsali ante emarginato; anguli posteriores segmentorum dorsalium glabri.*

*Annulus analis lingulatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior paulo longior et multo latior.*

Virgo solummodo cognita.

Genus Alitropi medium inter genera *Æga* et *Rocinelæ* tenet, illi acumine frontis articulum primum antennarum primi paris discernente, scapo antennarum primi paris dilatato, angulis posticis segmentorum dorsalium caudæ setis carentibus, huic lamina frontali evanida, oculis granulosis, flagello antennarum primi paris articulis paucis composito, epimeris minutis, imprimis affine.

### 1. *Alitropus Typus.*

*Alitropus Typus* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 247. t. XXXIII. f. 1—7.

*Æga interrupta* Martens, Arch. Naturg. XXXIV. p. 58. t. I. f. 3. a—c.

Virgo.

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 10—12.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, perraris sparsa; segmenta dorsalia annuli quinti, sexti, septimi trunci linea transversa, flexuosa, in binas areas partita.

Frons perbrevis, bisinuata, acumine minuto, procumbente.

Lamina frontalis ferme evanida.

Oculi minimi, subrotundati, quarta parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris articulis binis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo tres quintas partes articuli quarti, flagello tres partes articuli quinti antennarum secundi paris explentes; flagellum 5-articulatum, articulo primo quam secundo paulo longiore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris dimidiam partem epimeri primi ex-plentes; flagellum 12-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante leviter bisinuatum.

Epimera perminuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum præter ultimum acuti, leviter producti; epimerum ultimum breve, angulo obtuso annulum ultimum truncis vix explens.

Pedes prensorii longiusculi, tenues, subglabri; ungulæ primæ minusculæ, tenues, leviter incurvæ, posteriores paulo maiores magisque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, longius pilosi.

Annulus primus caudalis minorem partem obtectus; segmentum dorsale ante late emarginatum.

Annulus analis lingulatus, supra subæquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior paulo longior et duplo pæne latior, post oblique rotundatus.

Long. 12—19 m. m.

Septem exempla typica Milne Edwardsii, ad Bengalam a cel. Dussumier lecta et in Museo Parisiensi asservata, vidimus. Specimen typicum Martensii, in flumine Kapuas ad Sintang insulæ Borneo captum, e Museo Berolinensi nobis examinationis causa transmissum est.

Exemplis typicis quum Milne Edwardsii tum Martensii comparatis non licet dubitare, quin illi autores celeberrimi eandam hanc speciem descripserint atque delineaverint. Præ-terea jam Martens suspicatus est (l. c. p. 61), speciem suam quodammodo artefactam esse, annulis tribus posterioribus truncis contra naturam relaxatis.

Color irroratus, guttatus, granulis obscuris in disco segmentorum dorsalium circulos, maculam dilutam includentes, formantibus: granula post majora magisque racemosa, maculæ post majores dilutioresque; margines omnes segmentorum dorsalium, præsertim posteriores, granulis confertis obscuri.

2. *Alitropus foveolatus n.*

Virgo.

Tab. XIII. (Cym. VII.) Fig. 13—16.

Ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, perraris sparsa; segmenta dorsalia annulorum ultimorum caudalium foveolis notata; segmenta dorsalia annulorum trunci integra, subæquata.

Frons perbrevis, bisinuata, acumine magno, procumbente.

Lamina frontalis evanida.

Oculi minimi, oblongi, tertia ferme parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris angulum priorem annuli primi trunci vix attingentes, scapo duas partes articuli quarti, flagello tres partes articuli quinti antennarum secundi paris expletentes; flagellum 4-articulatum, articulo primo quam secundo paulo longiore, articulo ultimo minimo.

Antennæ secundi paris articulo octavo flagelli epimerum primum attingentes (flagellum in exemplo examinato mutilatum).

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante manifesto bisinuatum.

Epimera minuta, angusta; anguli postici epimerorum posteriorum præter ultimum acuti, longe producti; epimerum ultimum breviusculum, angulo postico obtuso dimidiam partem annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii breviusculi, tenues, subglabri; unguæ primæ majusculæ, tenues, incurvæ, posteriores paulo majores magisque incurvæ.

Pedes gressorii longiusculi, graciles, longe spinulosi.

Annulus primus caudalis totus detectus; segmentum dorsale ante profunde emarginatum.

Annulus analis lingulatus, supra subæquatus. Pedes anales longiusculi; remus interior quam exterior paulo longior et multo latior, post late rotundatus.

Long. 13 m. m.

Specimen descriptum in Museo Hauniensi asservatur.

Patria ignota.

Ab A. Typo facile segmentis dorsalibus annulorum truncis subæquatis sculpturaque caudæ dignoscitur. Segmentum dorsale annuli primi caudalis ante artius sed multo profundius emarginatum, ut membrana articularia latius appareat. Segmenta dorsalia annuli caudalis secundi, tertii, quarti, quinti in margine postico ad latera, segmenta dorsalia annuli quinti sextique in medio seriebus binis transversis, brevibus foveolarum levium notata sunt. De colore nihil constat.

## EXPLICATIO FIGURARUM.

## Tab. VII. (Cym. I.)

Fig. 1—2. *Æga tridens* Leach. Virgo.

- 1. Virgo, prona. Magn. nat.
- 2. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum secundi paris omissis.  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 3—5. *Æga hirsuta* n. Virgo.

- 3. Virgo, prona. Magn. nat.
- 4. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum secundi paris omissis.  $\frac{6}{1}$ .
- 5. Pes sinister paris secundi.  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 6—8. *Æga crenulata* Ltk. Pullus stadii tertii.

- 6. Pullus, pronus.  $\frac{5}{3}$ .
- 7. Pes dexter paris secundi.  $\frac{7}{1}$ .
- 8. Pars dextra annuli sexti et septimi trunci cum pedibus, supina.  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 9. *Æga crenulata* Ltk. Pullus stadii secundi.

- 9. Pullus, pronus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 10—12. *Æga Strœmii* Ltk. Pullus stadii tertii.

- 10. Pullus, pronus.  $\frac{3}{1}$ .
- 11. Pes dexter paris primi.  $\frac{10}{1}$ .
- 12. Pars dextra annuli sexti et septimi trunci cum pedibus, supina.  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 13—15. *Æga Stromii* Ltk. Pullus stadii secundi.

- 13. Pullus, pronus.  $^{10/3}$ .
- 14. Pes dexter paris primi.  $^{15/1}$ .
- 15. Pes sinister paris sexti.  $^{15/1}$ .

*Tab. VIII. (Cym. II.)*

Fig. 1—4. *Æga serripes* Milne Edw. Virgo.

- 1. Virgo, prona. Magn. nat.
- 2. Margo frontalis cum antennis, supinus.  $^{6/1}$ .
- 3. Pes dexter paris secundi.  $^{4/1}$ .
- 4. Pes dexter paris septimi.  $^{4/1}$ .

Fig. 5—6. *Æga Psora* Linn. Pullus stadii tertii.

- 5. Pullus, pronus.  $^{2/1}$ .
- 6. Pars dextra annuli sexti et septimi trunci cum pedibus, supina.  $^{6/1}$ .

Fig. 7—9. *Æga Deshayesiana* Milne Edw. Mas.

- 7. Mas, pronus.  $^{7/5}$ .
- 8. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum secundi paris maximam partem omissis.  $^{8/1}$ .
- 9. Pes dexter paris secundi.  $^{8/1}$ .

Fig. 10—13. *Æga Antillensis* n. Virgo.

- 10. Virgo, prona. Magn. nat.
- 11. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum secundi paris maximam partem omissis.  $^{7/1}$ .
- 12. Pes dexter paris secundi.  $^{4/1}$ .
- 13. Pes dexter paris sexti.  $^{4/1}$ .

Fig. 14—16. *Æga magnifica* Dana. Femina ovigera.

- 14. Femina ovigera, prona.  $^{4/3}$ .
- 15. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum utriusque paris et articulo ultimo scapi utriusque secundi paris omissis.  $^{7/1}$ .
- 16. Truncus, obliquus.  $^{5/2}$ .

Fig. 17—19. *Æga magnifica* Dana. Virgo.

- 17. Virgo, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- 18. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum paris utriusque omissis.  $\frac{7}{1}$ .
- 19. Pes dexter paris tertii.  $\frac{5}{1}$ .

*Tab. IX. (Cym. III.)*

Fig. 1—3. *Æga nodosa* n. Mas adolescens.

- 1. Mas adolescens, pronus.  $\frac{3}{1}$ .
- 2. Caput cum antennis, supinum.  $\frac{14}{1}$ .
- 3. Truncus, obliquus.  $\frac{3}{1}$ .

Fig. 4—6. *Æga tenuipes* n. Virgo.

- 4. Virgo, prona.  $\frac{7}{2}$ .
- 5. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum utriusque paris omissis.  $\frac{15}{1}$ .
- 6. Pes dexter paris secundi.  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 7—8. *Æga ventrosa* M. Sars. Femina ovigera.

- 7. Femina ovigera, prona.  $\frac{3}{2}$ .
- 8. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum utriusque paris omissis.  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 9—10. *Æga ventrosa* M. Sars. Virgo.

- 9. Virgo, prona.  $\frac{3}{2}$ .
- 10. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum utriusque paris omissis.  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 11—12. *Æga spongiophila* Semp. Femina ovigera.

- 11. Femina ovigera, prona.  $\frac{9}{8}$ .
- 12. Caput cum parte priore antennarum, supinum, ore lamellis prioribus bursæ incubatricis obtecto.  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 13—16. *Æga spongiophila* Semp. Mas.

- 13. Mas, pronus. Mag. nat.
- 14. Caput cum antennis, pronum.  $\frac{5}{2}$ .
- 15. Caput cum parte priore antennarum, supinum.  $\frac{6}{1}$ .
- 16. Pes sinister paris tertii.  $\frac{5}{1}$ .

## Tab. X. (Cym. IV.)

Fig. 1—4. *Æga Webbii* Guér. Mas adolescens.

- 1. Mas adolescens, pronus.  $2/1$ .
- 2. Margo frontalis cum antennis, supinus, antenna altera secundi paris omissa.  $7/1$ .
- 3. Pes dexter paris primi.  $7/1$ .
- 4. Pes dexter paris tertii.  $7/1$ .

Fig. 5—7. *Æga rosacea* Risso. Virgo.

- 5. Virgo, prona.  $4/3$ .
- 6. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antenarum secundi paris omissis.  $5/1$ .
- 7. Pes sinister paris tertii.  $5/1$ .

Fig. 8—10. *Æga ophthalmica* Milne Edw. Mas adultus.

- 8. Mas adultus, pronus.  $3/1$ .
- 9. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis præter alterum primi paris omissis.  $10/1$ .
- 10. Pes dexter paris tertii.  $8/1$ .

Fig. 11—12. *Æga dentata* n. Virgo.

- 11. Virgo, prona.  $16/3$ .
- 12. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis præter alterum primi paris omissis.  $18/1$ .

Fig. 13—15. *Æga incisa* n. Virgo.

- 13. Virgo, prona.  $10/3$ .
- 14. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis præter alterum primi paris omissis.  $15/1$ .
- 15. Pes sinister paris tertii.  $15/1$ .

Fig. 16—18. *Rocinela Americana* n. Virgo.

- 16. Virgo, prona.  $3/2$ .
- 17. Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis præter alterum primi paris omissis.  $8/1$ .
- 18. Pes dexter paris tertii.  $8/1$ .

*Tab. XI. (Cym. V.)*

- Fig. 1. *Rocinela Danmoniensis* Leach. *Femina ovigera.*  
 — 1. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{4}{3}$ .
- Fig. 2. *Rocinela Danmoniensis* Leach. *Mas adultus.*  
 — 2. *Mas adultus, pronus.*  $\frac{4}{3}$ .
- Fig. 3. *Rocinela Danmoniensis* Leach. *Virgo.*  
 — 3. *Virgo, prona.*  $\frac{10}{7}$ .
- Fig. 4—5. *Rocinela Danmoniensis* Leach. *Pullus stadii tertii.*  
 — 4. *Pullus, pronus.*  $\frac{3}{1}$ .  
 — 5. *Pars dextra annuli sexti et septimi truncum cum pedibus, supina.*  $\frac{8}{1}$ .
- Fig. 6—10. *Rocinela Danmoniensis* Leach. *Pullus stadii secundi.*  
 — 6. *Pullus, pronus.*  $\frac{7}{1}$ .  
 — 7. *Palpus mandibularis dexter.*  $\frac{30}{1}$ .  
 — 8. *Pes dexter paris primi.*  $\frac{25}{1}$ .  
 — 9. *Pes dexter paris quinti.*  $\frac{25}{1}$ .  
 — 10. *Particula remi exterioris pedum analium.*  $\frac{90}{1}$ .
- Fig. 11—16. *Rocinela Danmoniensis* Leach. *Pullus stadii primi.*  
 — 11. *Pullus, pronus.*  $\frac{8}{1}$ .  
 — 12. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis antennarum secundi paris ex parte omissis.*  $\frac{30}{1}$ .  
 — 13. *Palpus mandibularis sinister.*  $\frac{30}{1}$ .  
 — 14. *Pes sinister paris primi.*  $\frac{25}{1}$ .  
 — 15. *Pes sinister paris quinti.*  $\frac{25}{1}$ .  
 — 16. *Pars ultima remi exterioris pedum analium.*  $\frac{90}{1}$ .

*Tab. XII. (Cym. VI.)*

- Fig. 1—3. *Rocinela insularis* n. *Mas adolescens.*  
 — 1. *Mas adolescens, pronus.*  $\frac{3}{2}$ .  
 — 2. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis secundi paris maximam partem omissis.*  $\frac{7}{1}$ .  
 — 3. *Pes sinister paris secundi.*  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 4—6. *Rocinela Dumerilii* Luc. *Femina ovigera.*

- 4. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{4}{3}$ .
- 5. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis anten-*  
*narum secundi paris maximam partem omissis.*  $\frac{7}{1}$ .
- 6. *Pes dexter paris secundi.*  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 7—9. *Rocinela Dumerilii* Luc. *Virgo.*

- 7. *Virgo, prona.*  $\frac{2}{1}$ .
- 8. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis anten-*  
*narum utriusque paris omissis.*  $\frac{10}{1}$ .
- 9. *Pes sinister paris secundi.*  $\frac{12}{1}$ .

Fig. 10—12. *Rocinela maculata* n. *Mas adultus.*

- 10. *Mas adultus, pronus.*  $\frac{3}{2}$ .
- 11. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis an-*  
*tennarum secundi paris omissis.*  $\frac{6}{1}$ .
- 12. *Pes dexter paris secundi.*  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 13—15. *Rocinela australis* n. *Mas adultus.*

- 13. *Mas adultus, pronus.*  $\frac{3}{2}$ .
- 14. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis anten-*  
*narum secundi paris omissis.*  $\frac{6}{1}$ .
- 15. *Pes sinister paris secundi.*  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 16. *Rocinela australis* n. *Virgo adulta.*

- 16. *Virgo adulta, prona.*  $\frac{3}{2}$ .

### *Tab. XIII. (Cym. VII.)*

Fig. 1—2. *Rocinela orientalis* n. *Femina ovigera.*

- 1. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{4}{1}$ .
- 2. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis anten-*  
*narum secundi paris cum parte flagelli sinistri primi*  
*paris omissis.*  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 3. *Rocinela signata* n. *Femina ovigera.*

- 3. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{15}{4}$ .

Fig. 4—6. *Rocinela signata* n. *Virgo.*

- 4. *Virgo, prona.*  $\frac{3}{1}$ .
- 5. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis vel obtectis vel omissis.*  $\frac{15}{1}$ .
- 6. *Pes sinister paris secundi.*  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 7—8. *Rocinela Aries* n. *Femina ovigera.*

- 7. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{3}{1}$ .
- 8. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis præter alterum antennarum primi paris omissis.*  $\frac{12}{1}$ .

Fig. 9. *Rocinela Aries* n. *Pullus stadii primi.*

- 9. *Pullus, pronus.*  $\frac{12}{1}$ .

Fig. 10—12. *Alitropus Typus* Milne Edw. *Virgo.*

- 10. *Virgo, prona.*  $\frac{5}{2}$ .
- 11. *Margo frontalis cum antennis, supinus.*  $\frac{15}{1}$ .
- 12. *Pes dexter paris septimi.*  $\frac{10}{1}$ .

Fig. 13—16. *Alitropus foveolatus* n. *Virgo.*

- 13. *Virgo, prona.*  $\frac{3}{1}$ .
- 14. *Margo frontalis cum antennis, supinus, flagellis vel obtectis vel omissis.*  $\frac{15}{1}$ .
- 15. *Pes dexter paris secundi.*  $\frac{15}{1}$ .
- 16. *Pes dexter paris septimi.*  $\frac{15}{1}$ .







2.




6.



1.




9.




5.




15.



3.



10.



7.




8.



11.



13.



14.





2.






Fig.: 1-4. *serripes*. 5-6. *Psora*. 7-9. *Deshayesiana*. 10-13. *Antillensis*.  
14-19. *magnifica*.





Ega: 1-3. nodosa. 4-6. tenuipes. 7-10. ventrosa. 11-16. spongiphila.  
J. Lovendal sc.






Ega: 1-4. Webbii. 5-7. rosacea. 8-10. ophthalmica.  
11-12. dentata. 13-15. incisa. Rocinela: 16-18. Americana.


Lovendal.






Rocinela : 1-16. Danmontensis.





Rocineta 1-3 insularis. 4-9 Dumerilia. 10-12 maculata. 13-16. australis.  
J. Kopendal sc.





Rocinela: 1-2. orientalis. 3-6. signata. 7-9. Aries.

Altropus: 10-12. Typus 13-16. loveolatus.



*Cymothoæ*

II *Anilooridae*



Naturhistorisk Tidsskrift Ser. III. Vol. XIII.

---

# SYMBOLÆ

AD

## MONOGRAPHIAM

# CYMO THOARUM

## CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIP SERUNT

J. C. SCHIØDTE ET FR. MEINERT

## II. ANILOCRIDÆ

---

ACCEDUNT TABULÆ ÆNEÆ DECEM


---

HAUNIÆ

TYPIS H. H. THIELE

MDCCLXXXI

1881





SYMBOLÆ AD MONOGRAPHIAM CYMOTHOARUM  
CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIPSERUNT

J. C. SCHICEDTE ET FR. MEINERT

(Continuatio)

---

II. ANILOCRIDÆ

*Oculi manifesti vel obscuri, sapius evanidi.*

*Antennæ primi paris breves vel breviusculæ vel mediocres, scapo  
plus vel minus manifesto definito, flagello sapius crassiusculo.*

*Antennæ secundi paris breves vel breviusculæ, sensim attenuatae.*

*Pedes prensorii breves vel breriusculi; ungulæ səpissime longæ  
vel perlongæ, incurvæ.*

*Pedes gressorii breviusculi vel longiusculi, səpe per paria longi-  
tudine crescentes; ungulæ longæ vel perlongæ, səpe per paria  
longitudine decrescentes.*

*Cauda manifesto articulata, sexannulata; annulus primus magnam  
partem, interdum totus, obtectus; annulus analis maximus,  
ad apicem versus attenuatus, margine glabro.*

*Articulus basalis pedum analium in spinam longam interiorem  
desinens. Remi pedum analium aut breves aut producti,  
aut stiliformes aut foliacei, səpissime toti glabri; remus  
interior quam exterior səpissime brevior.*

*Mas: Remus interior pedum branchialium secundi paris proces-  
sum interiorem angustum, longum semper emittens.*

*Femina: Remus interior pedum branchialium secundi paris  
processum interiorem angustum, longiorem vel brevi-  
orem, sapius emittens.*

*Lamellæ oviseræ sapius permagnæ, glabrae.*

*Larva: Parva.*

*Antennæ articulis ejusdem numeri quam in adultis constantes, pauciarticulatae.*

*Pedes prensorii sæpiissime breviusculi, tenues; unguæ quam in adultis sæpiissime minores, inermes.*

*Pedes gressorii breviusculi, vix spinulosi, paris ultimi nascentes glabri.*

Frons sæpiissime plus vel minus producta, fornicata, scapos antennarum majorem vel minorem partem obtegens, Olenciræ ante in transversum tumida, vix fornicata, Anilocræ media in cuneum crassiusculum, acutum, antennas seceruentem tumefacta. Margo anticus frontis rotundatus vel ferme truncatus, Asotanæ profunde bisinuatus. Lamina frontalis nulla discreta.

Oculi parvi vel mediocres, plerisque manifesti, Nerocilis plurimis multisque Anilocris plus vel minus obscuri vel omnino evanidi, æquati vel tumidi, præsertim in posteriore parte, raro manifesto compositi.

Antennæ primi paris rectæ, soli Anilocræ sæpe fractæ. Scapus fronte sæpiissime obtectus, soli Plotori vix obtectus; articulus primus interdum inflatus (Nerocilæ Sundaicæ); articulus ultimus interdum (Anilocræ giganteæ, A. leptosomati) in dentem desinens. Flagellum obscure discretum, octo-articulatum, soli Plotori septem-articulatum; articuli sæpius teretes vel tertiusculi, Plotori, Anilocræ, Olenciræ, plerisque Nerocilis compressiusculi vel compressi.

Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris sæpiissime tenuiores et longiores, soli Roscæ breviores, sex — undecim-articulatæ, sæpiissime articulis decem vel undecim, soli Roscæ articulis septim constantes.

Pedes parium trium priorum trunci breves vel breviusculi, sæpius per paria sensim longitudine crescentes. Ungulæ sæpiissime longæ vel perlongæ, primæ interdum, tertiae sæpe, ceteris manifesto vel multo breviores.

Pedes parium quattuor posteriorum trunci sæpius longiusculi, pedes priores interdum longitudine subæquautes, sæpi-

sime per paria plus vel minus manifesto longitudine crescentes; pedes septimi paris quam ceteri fere semper longiores, saepius abrupte multo longiores. Coxæ interdum carinatæ. Ungulæ priores longæ vel perlóngæ, posteriores longæ vel breviusculæ, prioribus saepe multo breviores.

Cauda acute expressa, trunco paulo angustior, sexannulata, annulis argute discretis; annulus primus vel etiam primus et secundus saepe plus vel minus obtecti. Annulus analis amplius, cordatus vel subcordatus, caudam reliquam særissime longitudine æquans vel superans.

### Conspectus systematicus generum.

#### I. Frons rotundata vel subtruncata.

##### A. Occiput rotundatum.

###### a. Frons fornicata.

###### α. Corpus relaxum.

\* Latera annulorum caudalium quinque priorum plura vel pauciora incisa.

###### 1. Nerocila.

\*\* Latera annulorum caudalium quinque priorum omnia integra.

† Antennæ primi paris teretiusculæ.

###### 2. Rosca.

†† Antennæ primi paris compressæ.

###### 3. Plotor.

###### β. Corpus compactum.

\* Latera annulorum caudalium quinque priorum omnia integra.

###### 4. Braga.

\*\* Latera annulorum caudalium quinque priorum plura incisa.

###### 5. Lathræna.

###### b. Frons cuneiformis.

## 6. Anilocra.

B. Occiput constrictum.

## 7. Oleocira.

II. Frons profunde bisinuata.

## 8. Asotana.

I. Frons rotundata vel subtruncata.

A. Occiput rotundatum.

a. Frons fornicata.

a. Corpus relaxum.

\* *Latera annularum caudalium quinque priorum plura vel pauciora incisa.*

## NEROCILA Leach.

Nerocila Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 351.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 307.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 250.

Dana, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 747.

Ichthyophilus Latreille, Règn. an. éd. 2. IV. p. 133 p. p.

Emphyllia Koelbel, Neu. Cym. p. 13.

Anilocra Miers, Proc. Zool. Soc. 1877. p. 677 p. p.

*Corpus relaxum, sapissime deplanatum.**Frons prosiliens, declivis, fornicata, scapos antennarum magnam partem obtegens.**Oculi parvi vel mediocres, sapientius obscure definiti.**Antennæ primi paris rectæ, mediocres, interdum ferme contiguæ, octo-articulatæ; scapus obscure definitus.**Antennæ secundi paris mediocres vel longiusculæ, sapissime teretes vel teretiusculæ, plerisque undecim-articulatæ.**Margo anticus annuli primi trunci profunde, rarissime minus profunde vel solummodo leviter trisinuatus.**Anguli postici annuli primi trunci prominuli vel producti, saepe acutiusculi vel acuti, quam anguli postici annuli secundi sapientius magis producti; anguli postici annularum sequentium per paria longitudine crescentes, priores corundem sapientius*

*vix vel paulum prominuli, posteriores sæpiissime producti,  
prioribus saepe abrupte longiores.*

*Epimera priora sæpius involuta, angulum posteriorem annuli  
sæpius vel sæpiissime superantia, posteriora subpendula,  
producta, acuta, angulum posteriorem onnuli non attingentia.*

*Pedes longiusculi, ultimi ceteris sapissime plus vel minus longi-  
ores gracilioresque; articuli ultimi sæpius aculeis minutis  
armati. Ungulæ perlóngæ vel longæ, posteriores priorib[us]  
breviores, tertia confinibus saepe breviores, septima sæpis-  
sime omnium brerissima; ungu[li]æ priores, sæpiissime præter  
tertias, plurimis basi constrictæ.*

Cauda ferme libera, rarius basi et lateribus obiecta. Latera  
annularum quinque priorum plus vel minus profunde in-  
cisa, angulis superioribus longitudine per paria crescenti-  
bus. inferioribus per paria decrescentibus. Articulus  
basalis pedum caudalium præter remos lamella foliacea  
exteriore instructus. Remus interior pedum paris secundi  
in latere interiore processu stiliformi armatus.

Annulus analis sæpiissime cordatus vel subcordatus. Pedes  
anales annulo anali sæpius longiores; remus interior  
quam exterior sæpiissime plus vel minus brevior.

Color plerisque flavus vel olivaceus; corpus superne sæpiissime  
vittis tribus obscuris, plus vel minus latis ornatum.

Mas a femina differt:

forma nonnihil angustiore;  
angulis lateralibus annularum caudalium quinque priorum  
multo minus productis.

Junior ab adulto differt:

forma magis producta;  
oculis manifestis;  
angulis annularum quum trunci tum caudæ multo minus  
productis;  
epimeris minus productis;  
cauda libera.

Oculi, in larvis atque juvenibus manifesti, ætate provecta sensim evanescunt; in adultis infra descriptis eos solummodo in N. Sundaica, N. phæopleura, N. Neapolitana, N. Orbignyi ♂, N. fluviatili manifestos sive bene definitos comprehendas.

Antennæ primi paris rectæ, sæpius teretes vel subteretes, rarius compressiusculæ vel etiam compressæ (N. recurvispinæ). Scapus obscure definitus, at articulus primus interdum valde inflatus (N. Sundaicæ), ut antennæ ferme contiguae tiant. Numerus articulorum forsitan semper octo; attamen in N. laticauda solummodo sex articuli inventi sunt (an contra naturam?).

Antennæ secundi paris quam antennæ alterius paris tenuiores. Numerus articulorum plerisque undecim, at in N. depressa, N. brevicipite, N. Australasiæ decem, in N. aculeata decem vel novem, in N. Iaponica novem vel octo, in N. laticauda quin etiam tantum septem invenimus.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus; rarius leviter vel levissime trisinuatus. Sinus laterales quam sinus medius plerisque profundiores.

Anguli postici annuli primi trunci in N. lata, N. Blainvillei, N. laticauda minus quam anguli annuli secundi producti; in N. trichiura anguli annulorum trunci omnes vix vel non prominuli, ferme obtusi.

Epimera sæpissime producta, acuta vel acutiuscula, in N. trichiura minus producta, obtusa. Priora plerisque involuta, posteriora subpendula, in N. Sundaica, N. Iaponica, N. lata, N. rhabdota tamen pendula, in N. Serra declivia, in N. recurvispina æqua. Angulum annuli interdum omnia explet (N. Serræ, N. trichiuræ) vel non attingunt (N. recurvispinæ, N. Iaponicæ, N. latæ, N. aculeatæ, N. brevicipiti, N. Blainvillei, N. laticaudæ), sæpius autem vel omnia angulum superant (N. Sundaicæ, N. Cebuanæ, N. phæopleuræ, N. depressæ, N. acuminatæ) vel solummodo priora angulum superant, posteriora eundem contra non attingunt.

Pedes parium sex priorum sæpissime longitudine subæquales; pedes paris ultimi seu septimi solummodo ceteris plus

minusve manifesto longiores, in *N. Cebuana*, *N. phæopleura*, *N. depressa* tamen ceteris subæquales; pedes paris primi in *N. Blainvillei* ceteris paulo breviores; pedes parium quattuor posteriorum *N. Sundaicæ* sensim longitudine crescunt. Ungulæ parium sex priorum, præter ungulas paris tertii, sæpiissime longæ vel perlongæ, longitudine subæquales, paris tertii fere semper confinibus abrupte breviores, ungulas paris sexti vel septimi longitudine subæquantes; ungulæ paris septimi breviusculæ vel breves, quam ceteræ sæpius multo breviores vel ungulis paris sexti vel tertii longitudine subæquales; ungulæ paris tertii *N. aculeatæ* ungulas præcedentes, *N. Adriaticæ*, *N. Blainvillei*, *N. trichiuræ* ungulas confines longitudine ferme æquant. Ungulæ *N. aculeatæ* et *N. Neapolitanæ* longæ vel perlongæ, per paria et ad caput et ad caudam versus longitudine decrescentes. Forma angularum sæpiissime simplex, in nonnullis autem cunctis vel pluribus parium quinque vel sex priorum ad basin constricta et pone medium inflata, sicut in *N. Cebuana* et *N. phæopleura* paribus quinque prioribus, in *N. Sundaica* et *N. Serra* paribus iisdem præter tertium, in *N. Iaponica* paribus sex prioribus præter tertium. Coxæ sæpissime simplices, in *N. Blainvillei* et *N. laticauda* carina instructæ lateris interioris, in dentem vel angulum acutum desinente.

Latera annulorum caudalium quinque priorum aut profunde incisa, angulo utroque plus minusve producto, aut supra infrave in angulum acutum producta, angulo alterutro plus minusve evanido. Angularum superiorum bini priores sæpe vix vel paulum prominuli, subrectanguli vel obtusi, bini posteriores semper longe producti. Angularum inferiorum bini priores semper longe producti, terni posteriores sæpiissime per paria valde decrescentes, postici sæpe plane evanidi; in *N. Blainvillei* tamen anguli inferiores cuncti producti ejusdemque ferme longitudinis.

Annulus analis sæpiissime cordatus vel subcordatus, interdum tamen potius subrectangulus (*N. bivittatæ* et *N. laticaudæ*) vel subtriangulus (*N. aculeatæ* et *N. trichiuræ*). Pedes anales in plerisque annulum analem plus minusve superant, in aliis tamen eundem subæquant vel longitudine non attingunt,

in *N. Blainvillei* et *N. laticauda* etiam annulo multo breviores. Remus interior quam exterior plerisque plus minusve brevior; in *N. lata* et *N. laticauda* remus interior remum exteriorem longitudine ferme æquat, in *N. cephaloti* et *N. fluviatili* eundem etiam longitudine ferme superat.

Color in plerisque fuscus, vittis duabus dorsi latioribus angustioribusve, limboque corporis omni plus minusve manifesto dilutioribus. In *N. Cebuana* et *N. trichiura* color flavus, maculis minutis obscuris sparsus (ut in genere *Anilocræ*); in *N. Sundaica* et *N. Neapolitana* color flavus vel cereus, immaculatus.

### Conspectus systematicus specierum.

I. Articulus primus antennarum primi paris valde inflatus.

#### 1. Sundaica.

II. Articulus primus antennarum primi paris simplex.

A. Anguli inferiores annulorum caudalium priorum in æquum distorti.

#### 2. Cebuana. 3. Phæopleura.

B. Anguli inferiores annulorum caudalium priorum obliquati.

a. Anguli postici annuli ultimi trunci producti.

α. Coxæ omnes æquatæ.

\* Anguli postici annuli secundi trunci valde prominuli vel producti.

1. Epimera angulum annuli superantia.

#### 4. Depressa.

2. Epimera angulum annuli ferme explentia.

#### 5. Serra.

3. Epimera angulum annuli non attingentia.

#### 6. Iaponica. 7. Lata.

8. Recurvispina. 9. Breviceps.

4. Epimera priora angulum annuli superantia, posteriora eundem ferme explentia.

## 10. Bivittata.

5. Epimera priora angulum annuli superantia,  
posteriora eundem non attingentia.

## 11. Australasiæ.

\*\* Anguli postiei annuli secundi trunci vix vel  
non prominuli.

1. Epimera angulum annuli non attingentia.

## 12. Aculeata.

2. Epimera priora angulum annuli superantia,  
posteriora eundem non attingentia.

13. Rhabdota. 14. Neapolitana.

15. Adriatica. 16. Acuminata.

17. Maculata. 18. Orbignyi.

19. Cephalotes. 20. Tenuipes.

21. Fluviatilis. 22. Novæ-Zelandiæ.

23. Californica. 24. Latiuscula.

$\beta$ . Coxæ posteriores carinatæ.

25. Blainvillei. 26. Laticauda.

b. Anguli postici annuli ultimi trunci vix vel non pro-  
minuli.

## 27. Trichiura.

I. *Articulus primus antennarum primi paris valde inflatus.*

1. *Nerocila Sundaica.*

*Nerocila sundaica* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 26. t. I. f. 4,  
4a—4b.

*Emphyllia ctenophora* Koelbel, Neu. Cym. p. 14. t. II. f. 4a—4d.

Femina ovigera.

Tab. I. (Cym. VIII.) Fig. 1—3.

Elliptica vel producte elliptica, duplo longior quam longior.  
Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci ter  
angustius, paulo latius quam longius (47: 43), leviter  
immersum, fronte acutius rotundata.

Oculi mediocre, subpentagoni, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris teretes, dimidiā partem lateris annuli primi trunci explentes, articulū pænultimum antennarū secundi paris non explentes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, duas partes lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci paulum producti, acutiusculi; annuli secundi et tertii non prominuli, rotundati; annuli quarti prominuli, rotundati; annuli quinti paulum producti, acuti; annuli sexti et septimi in obliquum valde producti, mueronati. Anguli annuli septimi angulum superiorem (fere evanidum) annuli primi caudalis vix explentes.

Epimera pendula, angusta, acuta, per paria sensim longitudine crescentia. Epimera omnia angulum annuli spatio magno, per paria sensim crescente, superantia.

Pedes parium quattuor ultimorum per paria longitudine crescentes; articulus ultimus pedum paris tertii atque articuli bini vel terni ultimi pedum paris sexti et septimi longe et dense pectinati. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguulas paris tertii, ad basin constrictæ, longæ vel perlongæ, paris tertii, sexti, septimi simplices, breviusculæ, ceteris multo minores.

Cauda sublibera, per paulo longior quam latior (17,5 : 16), quam truncus cum capite multo brevior (7 : 10). Annulus primus quam annulus secundus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulum primum longitudine subæquans. Anguli superiores annuli primi et secundi fere evanidi; annuli tertii paulum prominuli, rotundati; annuli quarti et quinti producti, paulum sursum curvati, per paria longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli quinti vix explentes; annuli secundi angulum annuli quinti paulum superantes; annuli

tertii, quarti, quinti producti, acuti, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin obscure impressus, subaequatus, per paulo longior quam latior (16 : 15), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (4 : 3). Pedes anales annulo anali multo longiores (5 : 4); remus interior quam exterior plus sequi brevior (3 : 5) atque latior, oblique truncatus, attenuatus, margine interiore dente armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustatus, attenuatus, talcatus.

Long. 24—36 m. m.

Color cereus, immaculatus.

Specimine typico Emphyliæ ctenophoræ cum exemplis tribus Nerocilæ Sundaicæ a celeberrimo Bleeker captis et in Museo Lugdun. Batav. asservatis comparato, non licuit nobis dubitare, quin haec duo nomina eandem speciem significarent.

Mare Indicum habitat, nec inter rarissimas species hujus generis esse videtur. Sex exempla e variis locis, nempe ad Pulo Pinang, inter navigationem Galateæ (Mus. Haun.), ad Pulo Cant, inter navigationem La Zélée (Mus. Paris.), ad Akyab, cf. Koelbel l. c. p. 14 (Mus. Vindobon.), atque demum tria exempla in mare Indico capta (Bleeker, Mus. Lugdun. Batav.) vidimus. Præterea Bleeker quattuor alia exempla examinasse videtur, cf. l. c. p. 26.

## *II. Articulus primus antennarum primi paris simplex.*

A. *Anguli inferiores annularum caudalium priorum in aquum distorti.*

2. *Nerocila Cebuana n.*

Femina ovigera.

Tab. I. (Cym. VIII.) Fig. 4—5.

Producte ovata, vix ter longior quam latior.

Caput permagnum, suborbiculatum, quam annulus quartus

trunci plus duplo angustius, multo latius quam longius (5: 4), leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris vix tenuiores, tertiam partem lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio vix profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci paulum producti, acutiusculi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non vel vix prominuli, rotundati; annuli septimi paulum producti, obtusi. Anguli annuli septimi latera annuli primi caudalis minorem partem explentes.

Epimera quaterna priora involuta, angustiuscula, acuminata; bina posteriora in æquum protensa, in longitudinem excavata, acuminata. Epimera priora angulum annuli vix, posteriora angulum annuli paulum superantia.

Pedes longitudine subæquales, simplices. Ungulæ parium quinque priorum ad basin constrictæ, perlóngæ, subæquales, parium duorum posteriorum ad basin vix vel non constrictæ, ceteris multo minores, inter se subæquales.

Cauda libera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus quam annulus secundus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulum primum longitudine subæquans. Anguli superiores annularum trium priorum non prominuli, rotundati; annuli quarti et quinti producti, acutiusculi. Anguli inferiores annuli primi angulum inferiorem annuli quinti; annuli secundi duas partes articuli basalis pedum analium; annuli tertii angulum inferiorem annuli quinti explentes; annuli quarti et quinti producti, per paria longitudine decrescentes.

Annulus analis cordatus, in apice emarginatus, ad basin impressus, obscure carinatus, æque longus ac latus, ceteris

annulis caudalibus conjunctis paulo longior (14: 13). Pedes anales annulo anali multo longiores (10: 7); remus interior quam exterior fere duplo brevior eoque multo latior, in longitudinem excavatus, pone medium angustatus, apice producto, obtuso, apicem annuli longe superans; remus exterior angustatus, sensim attenuatus, in longitudinem excavatus, marginatus.

Long. 33,5 m. m.

Color flavus, maculis parcis, minutis, obscuris, in series transversas digestis sparsus, lateri alteri (dextro) toto, alteri pro parte obscurior.

Specimen, a celeberrimo Semper ad insulam Cebu, Ins. Philippin., captum, in Museo Gottingensi asservatum, vidimus.

### 3. *Nerocila phaeopleura.*

*Nerocila phaeopleura* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 25. t. I. f. 3.

Femina ovigera.

Tab. I. (Cym. VIII.) Fig. 6—7.

Producte elliptica, longior quam latior plus duplo (12: 5).

Caput magnum, semiorbiculatum, articulo quarto trunci plus duplo angustius (5: 12), multo latius quam longius (6: 5), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi mediocres, piriformes, tertia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris teretes, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes, articulum nonum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio manifesto profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci producti, acutiusculi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti, septimi prominuli vel producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim magis producti magisque acenti. Anguli annuli septimi dimidiam partem lateris annuli primi caudalis explentes.

Epimera involuta, posteriora paulum declivia, angusta, acuminate. Epimera omnia angulum annuli spatio, majore vel minore, per paria sensim decrescente, superantia.

Pedes longitudine subæquales, simplices, solito tenuiores, breviores. Ungulæ parium quinque priorum ad basin constrictæ, longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, paris tertii ceteris paulo longiores, parium duorum posteriorum simplices, præcedentibus multo minores tenuioresque, inter se subæquales.

Cauda libera, vix longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus secundus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulum primum longitudine subæquans. Anguli superiores annuli primi et secundi prominuli, rotundati; annuli, tertii, quarti, quinti producti, obtusi, per paria sensim magis producti magisque angustati. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli quarti explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti superantes; annuli tertii, quarti, quinti minutus vel sensim fere evanidi.

Annulus analis cordatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, æque longus ac latus, ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior (5: 4). Pedes anales annulo anali sesqui longiores; remus interior quam exterior plus sesqui brevior (7: 12) et paulo latior, pone medium angustatus, apice obtuso, apicem annuli valde superans; remus exterior fere stiliformis, sensim angustatus, apice obtuso, paulum flexuoso.

Long. 18—23,5 m. m.

Color flavus, vittis duabus, lateralibus, a capite ad apicem remi exterioris pedum analium extensis, fuscis signatus.

Tria exempla, in India orientali a celeberrimo Bleeker capta, ex Museo Lugdun. Batav. nobis examinationi tradita sunt. Præterea duo exempla, nullo loco signata, ab eodem Museo nobis missa.

*II. B. Anguli inferiores annulorum caudalium priorum obliquati.*

*a. Anguli postici anniuli ultimi trunci producti.*

*α. Coxæ omnes aquatæ.*

\* *Anguli postici anniuli secundi trunci valde prominuti vel producti.*

*I. Epimera angulum anniuli superantia.*

*4. Nerocila deppressa.*

*Nerocila deppressa* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 254  
t. XXXI. f. 17—21.

*Nerocila dolichostylis* Koelbel, Neu. Cym. p. 11. t. II. f.  
3 a—3 b.

*Femina ovigera. Virgo.*

Tab. I. (Cym. VIII.) Fig. 10—11.

Breviter ovata, multo longior quam latior (10 : 7).

Caput mediocre, semiorbiculatum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius, sesqui latius quam longius, mediocriter vel leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi mediocres, obscure definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, quintam partem lateris annuli primi trunci explentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio manifesto vel multo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci perlonge producti, acuti; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti, septimi longe vel perlonge producti, acuti, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis fere explentes vel paulum superantes. Epimera paulum declivia vel in æquum protensa, angusta, perlonge producta, attenuata, acuta, falcata, per paria longitudine crescentia. Epimera omnia angulum annuli longe superantia.

Pedes longitudine subæquales, simplices. Ungulæ simplices, parium quinque priorum perlongæ, paris tertii ceteris paulo minores, paris sexti et septimi longæ vel mediocres, unæulis paris septimi manifesto minoribus.

Cauda subimmersa, multo latior quam longior (4: 3), quam truncus cum capite duplo fere brevior (5: 9). Annulus primus quam annulus secundus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulum primum longitudine subæquans. Anguli superiores annularum quinque priorum longe producti, acuti, per paria longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli quarti explentes vel paulum superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti explentes vel paulum superantes; annuli tertii et quarti minimi, acuti; annuli quinti evanidi.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (8: 7), ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior. Pedes anales annulo anali sesqui longiores; remus interior quam exterior fere duplo brevior eoque ad basin paulo latior, subulatus, apicem annuli longe superans; remus exterior stiliformis, paulum flexuosus.

Long. feminæ ovigeræ 11—23 m. m.

Long. virginis 12 m. m.

Color flavus, vittis duabus lateralibus obscuris, ante sæpiissime evanidis signatus, punctis minimis, atris, parcis, in lineas transversas digestis præterea sparsus.

Exemplis typicis N. depressa et N. dolichostylis comparatis speciem Koelbeli sine dubio in speciem veterem Milne Edwardsii redegimus.

Mare Indicum et mare Chinense habitat. Duo exempla ad Pulo Pinang (Putnam, Mus. Cantabrig., Mass.), tertium ad Zamboango, ins. Philippin.? (Semper, Mus. Goting.), quartum ad Amoy (Mus. Vindobon., cf. Koelbel, l. c. p. 12) capta vidi-  
mus. Præterea tria exempla sine ulla loci significatione (quorum unum, typicum, in Mus. Parisiensi asservatur) a nobis examinata sunt.

*II. B. a. a. \* 2. Epimera angulum annuli ferme expletia.*

### 5. *Nerocila Serra n.*

Femina ovigera.

Tab. I. (Cym. VIII.) Fig. 12—13.

Subovalis, sesqui longior quam latior.

Caput mediocre, obcordatum, quam annulus quartus trunciter angustius, multo latius quam longius (4 : 3), leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi mediocres, obscure definiti.

Antennæ primi paris subteretes, duas quintas partes lateris annuli primi trunci completes, articulum nonum antenarum secundi paris expletæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, tres quintas partes lateris annuli primi trunci expletæ; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio multo profundioribus.

Anguli postiei annuli primi trunci perlonge producti, acuti; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti longe vel perlonge producti, acuti vel peracuti, falcati, paulum sursum recurvi, per paria sensim longitudine crescentes; annuli XIII.

septimi perlunge producti, peracuti, recti vel subrecti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli tertii caudalis superantes.

Epimera paulum declivia vel in æquum protensa, angusta, perlunge producta, attenuata, peracuta, falcata, per paria longitudine sensim crescentia. Epimera omnia angulum annuli fere explentia.

Pedes paris sexti et septimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis in series binas redactis armatis, per paria longitudine paulum crescentes. Ungulae parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, ad basin constrictæ vel pone medium paulum inflatæ, longæ vel perlunge; paris tertii et sexti mediocres, simplices, inter se subæquales; paris septimi unguis paris sexti paulo breviores.

Cauda sublibera, paulo latior quam longior (22: 19), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus quam annulus secundus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulum primum longitudine subæquans. Anguli superiores annulorum quinque priorum longe producti, acutiusculi, sursum recurvi, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli quinti explentes; annuli secundi articulum basalem pedum analium explentes; annuli tertii, quarti, quinti producti vel prominuli, acutiusculi vel obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes minusque acuti.

Annulus analis cordatus, ad basin et latera obscure impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (14: 13), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (13: 10). Pedes anales annulo anali multo longiores (9: 7); remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium abrupte attenuatus, in latere interiore dente valido armatus, in latere exteriore emarginatus, manifesto dense serratus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustus, attenuatus, falcatus.

Long. 19—22 m. m.

Color flavus, vittis duabus lateralibus latis vittaque media angusta obscuris notatus.

**Pullus stadii primi.**

Tab. I. (Cym. VIII,) Fig. 14.

Producte obovata, procul ter longior quam latior (8: 3).

Caput permagnum, semiorbiculatum, quam annulus quartus trunci sesqui angustius, multo latius quam longius (4: 3), vix immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi mediocres, plus dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennae primi paris compressæ, angulum posticum annuli primi trunci attingentes, antennas secundi paris longitudo subæquantes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum posticum annuli primi trunci attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus.

Anguli postici annularum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, bina priora latiora, margine postico rotundate truncato, terna posteriora angustiora, margine postico rotundato; epimera tertii paris omnium minima. Epimera omnia angulum annuli fere attingentia.

Pedes per paria sensim paulo longiores atque tenuiores. Unghæ crassiusculæ, paris sexti (ultimi) ceteris perpaulo minores.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (fere 3: 4). Annulus primus annulum ultimum trunci longitudine subæquans; annuli quinque priores longitudine paulum crescentes. Latera annularum integra, rotundata.

Annulus analis lingulatus, subæquatus, paulo latior quam longior (8: 7), annulos quattuor præcedentes conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali manifesto longiores (10: 9); remus interior quam exterior manifesto

brevior et multo latior, subovalis, apicem annuli longe superans; remus exterior laminatus.

Long. 2,6 m. m.

Color albidus, maculis minimis atris in vittas tres digestis sparsus.

Exemplum delineatum femineum, pullos in bursa copulatrice amplectens, in freto Banka (Salmin, mercat., Mus. Holm.) captum est. Exemplum alterum, sine ulla significatione patriæ, in Museo Hauniensi asservatur.

*H. B. a. a. \*. 3. Epimera angulum annuli non attingentia.*

### 6. *Nerocila Iaponica n.*

Virgo.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 1—2.

Ovata, duplo ferme longior quam latior (11: 20).

Caput magnum, subquadratum, quam annulus quartus trunciter angustius, vix latius quam longius, leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris subteretes, dimidiam partem lateris annuli primi trunci superantes, antennas secundi paris longitudo subæquantes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci superantes; 9 (8)-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci solito minus profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci producti, acuti; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti, septimi producti, obtusi, acutiusculi vel acuti, falcati, paulum sursum recurvi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti.

Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli quarti caudalis explentes.

Epimera pendula, paris primi et secundi angusta, producta, acuminata, paulum sursum recurva, subæqualia; paris tertii minus producta, latiora, angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti angusta, producta, acuminata, per paria sensim longitudine crescentia magisque acuta, excavata, carinata, præsertim posteriora. Epimera paris primi angulum annuli explentia; paris secundi, tertii, quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio parvo vel magno, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis sparsis armatis. Ungulæ parium sex priorum, præter ungulas paris tertii, ad basin obscure constrictæ, longæ vel perlóngæ; paris tertii et septimi simplices, ceteris multo breviores atque tenuiores, per paria longitudine valde decrescentes.

Cauda lateribus ante obiecta, vix longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (17: 24). Annulus primus quam annulus secundus duplo ferme brevior (semi-obtectus); annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus quam annulus quartus manifesto longior. Anguli superiores annulorum quinque priorum prominuli vel producti, obtusi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti explentes; annuli tertii et quarti paulum vel vix prominuli, obtusi vel rotundati, post evanescentes; annuli quinti evanidi.

Annulus analis subcordatus, ad basin et latera obscure impressus, subæquatus, multo latior quam longior (5: 4), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (10: 7). Pedes anales quam annulus analis vix longiores; remus interior quam exterior multo brevior (5: 7) et paulo latior, attenuatus, apicem annuli paulum superans; remus exterior angustatus, paulum falcatus.

Long. 21 m. m.

Color flavus, lateribus late vittaque media angusta obscuris.

Specimen in mare Iaponico captum (Salmin, mercat., Mus. Holm.) examinavimus.

### 7. *Nerocila lata.*

*Nerocila lata* Dana, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 757. t. 50.  
f. 6,a—6,d'.

Femina ovigera.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 3—4.

Breviter ovata, multo, longior quam latior (19: 13).

Caput mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus quaterve angustius (7: 25), multo latius quam longius (5: 4), mediocriter immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscurè definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ, scapo dilatato, quartam partem lateris annuli primi truncus explentes, antennis secundi paris manifesto longiores.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, sextam partem lateris annuli primi truncus explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinu medio peralto, sinibus lateralibus solito multo minus profundis.

Anguli postici annularum truncorum perlonge producti, acutissimi, falcati, per paria sensim longitudine aulum crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli tertii caudalis explentes.

Epimera pendula, perlonga, angusta, acuminata, priora subæquata, posteriora excavata, per paria sensim longitudine paulum crescentia magisque acuta. Epimera paris primi angulum annuli explentia vel fere explentia; parium

quinque ultimorum angulum annuli spatio magno non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, simplices. Ungulæ parium sex priorum, præter unguas paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii longæ, quam præcedentes multo tenuiores; paris septimi mediores, ceteris valde minores atque tenuiores.

Cauda lateribus ante obiecta, multo latior quam longior (4: 3), quam truncus cum capite duplo ferme brevior (7: 12). Annulus primus maximam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum decrescentes; annulus quintus annulum tertium longitudine subæquans. Anguli superiores annuli primi vix prominuli, rotundati; annuli secundi prominuli, obtusi; annuli tertii, quarti, quinti plus minusve producti, obtusi vel acuti, per paria sensim magis producti magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi procul attingentes; annuli secundi angulum superiorem annuli tertii fere explentes; annuli tertii, quarti, quinti evanidi.

Annulus analis breviter cordatus, ad basin impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (8: 7), ceteris annulis caudalibus conjunctis plus quam sesqui longior (8: 5). Pedes anales annulo anali paulo breviores; remus interior quam exterior vix brevior, sed paulo latior, angustatus, obtusus, apicem annuli paulum superans; remus exterior paulum angustatus, obtusus.

Long. 18,5 m. m.

Color obscure expressus (annulo anali vittis duabus angustis, dilutis ornato).

Specimen, a Salmin mercatore emptum, at sine ulla patriæ significatione, in Museo Hauniensi asservatur. Præterea Dana, l. c., hanc speciem ad Rio de Janeiro captam esse, commemorat.

8. *Nerocila recurvispina* n.

Virgo.

Tab. I. (Cym. VIII.) Fig. 8–9.

Producte ovalis, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subpentagonum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius, multo latius quam longius (4:3), leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressæ, subserratæ, quinque partes lateris annuli primi trunci explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris triplo tenuiores, articulo septimo dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes (in specimine examinato mutilatae).

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus manifesto profundiore

Anguli postici annuli primi trunci producti, acutiusculi: annulorum sex ultimorum producti, in transversum protensi, sursum recurvi, mucronati, per paria longitudine paulum (priores) vel vix (posteriores) crescentes. Anguli annuli septimi marginem posticum ejusdem annuli vix superantes.

Epimera in æquum protensa, angulis posticis longe in transversum productis, per paria sensim longitudine crescentibus, apice paulum recurvis. Epimera priora angulum annuli vix attingentia; posteriora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente. non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis longe, dense pectinatis. Ungulæ simplices, parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlängæ; paris tertii et sexti ceteris multo breviores, inter se subæquales; paris septimi unguis paris sexti paulo minores.

Cauda libera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus ceteris manifesto longior.

Anguli superiores annulorum quinque priorum producti, acuti, annulorum quattuor priorum paululum recurvi. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi paulum superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti vix explentes; annuli tertii, quarti, quinti producti vel prominuli, per paria sensim minus acuti, longitudineque valde decrescentes.

Annulus analis subcordatus, ad basin obscure impressus, subaequatus, paulo latior quam longior (10: 9), ceteris annulis candalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales praeter articulum basalem exemplo examinato desunt.

Long. 15,5 m. m.

Color flavus, vittis tribus obscuris, media quam lateralibus multo angustiore, signatus.

Specimen ad Calcuttam captum (Halleur, Mus Berol.) vidimus; jam in museo Berolinensi ei nom n N. recurvispinæ datum erat.

### 9. *Nerocila breviceps* n.

Femina ovigera.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 3 - 4.

Breviter ovalis, longior quam latior plus sesqui (fere 5: 3). Caput mediocre, subpentagonum, quam annulus quartus trunciter angustius, multo latius quam longius (4: 3), profunde immersum, fronte rotundate truncata vel late truncata. Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel teretiusculæ, quintam partem lateris annuli primi trunci fere explentes, quam antennæ secundi paris paulo longiores.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, sextam partem lateris annuli primi trunci fere explentes; 10-articulatae (?).

Margo anticus annuli primi trunci solito minus profunde trisinnatus, sinu medio quam sinubus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annularum omnium trunci producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli quinti caudalis explentes.

Epimera involuta, posteriora obtecta; paris primi et secundi angustiuscula, angustata, acutiuscula; paris tertii latiuscula, pone medium angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti latiuscula vel angustiuscula, angustata vel acuminata, acutiuscula vel acuta, obscure vel manifesto carinata atque excavata, per paria sensim magis acuminata atque acuta, manifestius carinata atque excavata. Epimera omnia angulum annuli spatio magno vel permagno, per paria crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulae parium quinque priorum, praeter unguulas paris tertii, perlongae, crassiusculae; paris tertii et sexti longae, inter se subæquales; paris septimi parvae vel mediocres, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda lateribus ex parte obtecta, per paulo latior quam longior (18 : 17), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus quam annulus tertius paulo longior; annulus tertius et quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Anguli superiores annularum quinque priorum acutiusculi vel acuti, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi vix attingentes; annuli secundi angulum superiorem annuli tertii plus vel minus superantes; annuli tertii, quarti, quinti paulum prominuli, obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis breviter cordatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, sesqui latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos cum annulo ultimo trunci paulum

superans. Pedes anguales annulo anali paulo breviores (9: 10); remus interior quam exterior multo brevior et vix latior, acuminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior angustatus, obtusus.

Long. 23 m. m.

Color ex griseo olivaceus, limbo cereo, vittis duabus ante evanescentibus, dilutis, in annulo anali notatus.

### Mas adolescens.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 5—6.

Producte ovalis, duplo longior quam latior.

Caput magnum, subpentagonum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius (8: 17), multo latius quam longius (4: 3). profunde immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi obscure definiti.

Antennae primi paris teretiusculæ, tertiam partem lateris annuli primi truncii vix explentes, articulum octavum antennarum secundi paris vix superantes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, tertiam partem lateris annuli primi truncii paulum superantes; 10-articulatæ (articulo ultimo obscure bipartito).

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus. sinu medio quam sinibus iateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annuli primi truncii longe prominuli, rotundate obtusi; annuli secundi, tertii, quarti paulum prominuli, obtusi, per paria sensim longitudine paulum crescentes; annuli quinti, sexti, septimi producti, obtusiusculi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli tertii caudalis vix attingentes.

Epimera involuta, posteriora obtecta; paris primi et secundi angustiuscula, angustata, obtusa; paris tertii latiuscula, pone medium angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti latiuscula vel angustiuscula, angustata vel acuminata,

acutiuscula, obscure vel manifesto carinata atque excavata, per paria sensim magis acuminata atque acuta, manifestius carinata atque excavata. Epimera bina priora angulum annuli fere explentia; quaterna posteriora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim valde crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris per paulo longiores atque tenuiores, a tunc ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulae parium quinque priorum perlängae, crassiusculae, paris tertii ceteris paulo minores; paris sexti longae, præcedentibus manifesto breviores; paris septimi mediocres, reliquis multo breviores atque tenuiores.

Cauda sublibera, multo longior quam latior (5: 4), quam truncus cum capite multo brevior (5: 7). Annulus primus quam annulus secundus per paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Anguli superiores annularum quinque priorum producti, obtusiusculi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi vix explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli tertii vix explentes; annuli tertii, quarti, quinti vix prominuli, subrecti.

Annulus analis breviter cordatus, ad basin obscure impressus, in medio post obscure carinatus, paulo latior quam longior (9: 10), annulos ceteros caudales conjunctos cum annulo ultimo trunci longitudine paulum superans. Pedes anales annulo anali paulo breviores (9: 10); remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, acuminatus, apicem annuli manifesto non attingens; remus exterior sublaminatus, angustatus, paulum falcatus.

Long. 15,5 m. m.

Color eburneus, in trunco vittis duabus fusca, in cauda vittis tribus fuscis levissimis notatus.

Exempla duo ad insulas Sandwich (Barnard, Mus. Cantabr., Mass.) capta vidimus.

*II. B. a. a. \* 4. Epimera priora angulum annuli superantia,  
posteriora eundem ferme expletia.*

10. *Nerocila bivittata.*

*Cymothoa bivittata* Risso, Hist. Crust. Nic. p. 143.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 310.

*Anilocra bivittata* Risso, Hist. Nat. Crust. Eur. mer. V. p. 124.

*Nerocila bivittata* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 252.

& Cuv. Règn. an. ill. t. 66. f. 5. 5a—5m.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. IV. (Cym. XI.) Fig. 1—2.

Ovalis, vix duplo longior quam latior.

Caput parvum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus quaterve angustius (5:18), multo latius quam longius (4:3), profunde immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ, quartam partem lateris annuli primi trunci expletæ, articulum decimum antennarum secundi paris expletæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, quartam partem lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus manifesto profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci longe producti, acuti; annuli secundi, tertii, quarti prominuli vel producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti; annuli quinti, sexti, septimi longe producti, acuti, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli secundi caudalis fere expletæ vel paulum superantes.

Epimera subpendula, longa, angusta, attenuata, per paria sensim longitudine crescentia magisque acuta, posteriora profunde excavata vel sulcata. Epimera terna priora

angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, superantia; terna posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes paris tertii præcedentibus paulo tenuiores; paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis perpaucis, minutis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter ungulas paris tertii, perlóngæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, præcedentibus manifesto minores; paris septimi mediocres, reliquis multo minores atque tenuiores.

Canda sublibera vel lateribus ante paulum obiecta, æque longa ac lata, quam truncus cum capite multo brevior (9:11). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores. Anguli superiores annuli primi, secundi, tertii producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti; annuli quarti et quinti longe producti, obtusi vel rotundati, per paria longitudine crescentes et ad apicem paulum dilatati. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti plus vel minus superantes; annuli tertii, quarti, quinti minuti, sensim fere evanidi.

Annulus analis subrectangulus, margine postiqe bisinnato, in medio manifesto producto, ad basin et latera impressus, in medio ante obscure sulcatus, multo latior quam longior (fere 5:4), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (fere 6:5). Pedes anales annulo anali paulo breviores; remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, pone medium angustatus, obtusus, apicem annuli non attingens; remus exterior angustatus, obtusus, falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 21—32 m. m.

Long. virginis 17, 5—27 m. m.

Color vel flavus, vittis tribus (media angustiore) fuscis, vel fuscus, vittis duabus (plus vel minus evanidis) flavis ornatus.

## Junior.

Tab. IV. (Cym. XI.) Fig. 3—4.

Producte ovalis, vix duplo longior quam latior.

Caput magnum, subtrapezoideum, quam annulus quartus truncus bis vel ter angustius (7:17), multo latius quam longius (7:5), medio criter immersum, fronte late rotundata

Oculi obscure definiti.

Antennae primi paris teretiuseulae, dimidiam partem lateris annuli primi trunci vix attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris explentes.

Antennae secundi paris teretes, quam antennae primi paris multo tenuiores, tres quintas partes lateris annuli primi trunci explentes.

Margo anticus annuli primi trunci solito minus profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci paulum producti, acutiusculi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti, septimi prominuli vel producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli secundi caudalis paulum superantes.

Epimera subpendula, longa, angusta, attenuata, per paria sensim longitudine crescentia magisque acuta, posteriora profunde excavata. Epimera terna priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, superantia; terna posteriora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris per paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium sex priorum longæ, paris tertii et sexti ceteris paulo minores; paris septimi mediocres, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda sublibera, ante paulum obtecta, fere sesqui longior quam latior, quam trunus cum capite multo brevior (5:4). Annulus primus semiobtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine a quales; annulus quintus ceteris manifesto longior. Anguli superiores annuli primi et secundi non prominuli, rotundati; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel produeti, obtusi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi vix superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli tertii paulum superantes; annuli tertii, quarti, quinti minuti, inter se subæquales.

Annulus analis cordatus, ad basin et latera impressus, in medio obscure sulcatus, multo latior quam longior (6:5), ceteris annulis caudalibus conjunctis vix longior. Pedes anales annulo anali per paulo longiores; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, subovalis, apicem annuli explens; remus exterior angustatus, obtusus, paulum falcatus.

Long. 11,5.

Color flavus vel cereus, vittis tribus fuscis, media angustiore, ornatus.

### Pullus stadii secundi.

Tab. IV. (Cym. XI.) Fig. 5 – 10.

Producta, ter longior quam latior, supra præter sculpturam tenerrimam foveolis minutis plerumque geminatis in series interruptas digestis notata

Caput permagnum, lingulatum, quam annulus quartus truncus vix sesqui angustius (13—18), multo latius quam longius fere 4:3), vix immersum, fronte late rotundata.

Oculi majusculi, subpentagoni, dimidia vel tertia parte (5:13) latitudinis capitum distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiā partem lateris annuli primi trunci paulum superantes, antennas secundi paris longitudine subæquantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, dimidiā partem lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio perpaulo profundioribus.

Anguli postici annulorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, priora latiora, margine postico rotundate truncato, posteriora angustiora, margine postico in apicem acutiusculum producto; epimera paris tertii omnium minima. Epimera omnia angulum annuli fere expletia.

Pedes longitudine subæquales, posteriores quam priores manifesto tenuiores, aculeis tenuioribus armati. Ungulæ parium quinque priorum crassiusculæ, subæquales; paris sexti (ultiimi) reliquis manifesto minores atque tenuiores.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (9:5), quam truncus cum capite multo brevior (3:4). Annulus primus quam annulus ultimus trunci multo brevior; annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Latera annuli primi et secundi oblique truncata, angulo postico acutiusculo; annuli tertii, quarti, quinti rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (12:11), annulos quattuor præcedentes conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali paulo longiores (6:5); remus interior quam exterior sesqui brevior et multo latior, subovalis, præter setas ciliatas inermis, apicem annuli paulum superans; remus exterior laminatus, præter setas ciliatas aculeis binis, interiore majore, armatus.

Long. 3,6 m. m.

Color albidus, immaculatus.

## Pullus stadii primi.

Tab. IV. (Cym. XI.) Fig. 11—15.

Producte ovata, bis vel ter longior quam latior (5: 13), polita.

Caput permagnum, subpentagonum, quam annulus quartus trunci plus quam sesqui angustius (10: 17), multo latius quam longius (4: 3), vix immersum, fronte subtrigona, lateribus vix emarginatis.

Oculi mediocres, oblongi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci paulum superantes, antennas secundi paris longitudine subæquantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus.

Anguli postici annorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, bina priora latiora, margine postico rotundate truncato, terna posteriora angustiora, margine postico rotundato; epimera paris tertii omnium minima. Epimera omnia angulum annuli fere expletia.

Pedes glabri, longitudine subæquales, posteriores quam priores paulo tenuiores. Ungulæ parium quinque priorum crassiusculæ, subæquales; paris sexti (ulti) reliquis manifesto breviores atque tenuiores.

Cauda libera, longior quam latior plus duplo (9: 19), quam truncus cum capite multo brevior (fere 4: 3). Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo brevior: annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Latera annorum omnium rotundata.

Annulus analis lingulatus, subæquatus, paulo latior quam longior (10: 9), annulis quattuor praecedentibus conjunctis vix longior. Pedes anales annulo anali paulo longiores

(6:5); remus interior quam exterior plus sesqui brevior (3: 5), at multo latior, oblique truncatus, apicem annuli paulum superans; remus exterior sublaminatus.

Long. 3 m. m.

Color albidus, immaculatus.

Quinquaginta exempla hujus speciei examinavimus, ut omnium hujus generis notissima atque vulgatissima esse putetur. Extra mare mediterraneum degere non videtur, et præter unum exemplum, ad Bonam (Lucas, Mus. Paris.) captum, ad oras Italicas solummodo reperta est, nempe: Nizzam (Mus. Berol.); Villafrancam, in maxilla Scorpænae Scrofæ L. (G. Winther, Mus. Haun.); Genuam (Semper, Mus. Goting.); Livorno, in operculo Cotti sp. (Collin, Mus. Haun.); Neapolin (Mus. Christian.); Messinam (Haeckel, Mus. Berol.; Mus. Bonn.); Siciliam (Bibron, Mus. Paris; Mus. Christian.); Trieste (Steenstrup, Mus. Haun.; Mus. Vratislav.). Præterea multa exempla e variis Museis, mar. mediterr. vel mar. Adriat. sine loco certiore signata, vidimus.

*II. B. a. a. \*. 5. Epimera priora angulum annuli superantia, posteriora eundem non attingentia.*

### 11. *Nerocila Australasiæ n.*

Virgo.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 7—8.

Subovalis, vix duplo longior quam latior (11: 6).

Caput mediocre, subobcordatum, quasi annulus quartus truncatus vel ter angustius, multo latius quam longius (4: 3), mediocriter immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ (in exemplo examinato mutilæ).

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, tertiam partem lateris annuli primi trunci paulum superantes; 10(?)-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinubus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci valde prominuli, acutiusculi; annuli secundi prominuli, rotundate obtusi; annuli tertii, quarti, quinti, sexti, septimi producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim longitudine crescentes, præterque angulos obtusos annuli sexti magis acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli quarti caudalis fere explentes.

Epimera priora involuta, posteriora obiecta, subpendula; paris primi angustiuscula, sensim angustata, obtusa; paris secundi angustiuscula, in obliquum rotundate truncata, acutiuscula; paris tertii et quarti latiuscula, acuminata, per paria longitudine crescentia; paris quinti et sexti angustiuscula, acuminata, profunde excavata, per paria longitudine crescentia. Epimera paris primi angulum annuli longe superantia; paris secundi angulum annuli fere explentia; paris tertii, quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti præcedentibus minores, longæ vel perlongæ, inter se subæquales; paris septimi longæ vel mediocres, reliquis multo minores atque tenuiores.

Cauda ad basin et latera obiecta, æque longa ac lata, quam truncus cum capite multo brevior (9: 13). Annulus primus fere totus obiectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Anguli superiores annularum quinque priorum producti, obtusi vel obtusiusculi, per paria longitudine crescentes magisque acuti; anguli annuli quinti ceteris abrupte longiores. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli quarti explentes; annuli secundi articulum basalem pedum ana-

lium explentes; annuli tertii producti, acutiusculi; annuli quarti et quinti minuti, rotundate obtusi.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, subaequatus, multo latior quam longior (9: 7), annulis ceteris caudibus conjunctis multo longior (7: 5). Pedes anales annulos tres ultimos conjunctos longitudine fere aequantes; remus interior quam exterior vix duplo brevior et multo latior, acuminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior productus, angustatus, paulum falcatus.

Long. 29 m. m.

Color incertus, obscurus, vittis duabus dilutis in annulo anali exornatus.

Specimen, male servatum, ad Hobarttown, Novæ-Hollandiæ (Robertson, Mus. Cantabr., Mass.), captum est.

*II. B. a. α. \*\*. Anguli postici annuli secundi trunci vix vel non prominuli.*

*I. Epimera angulum annuli non attingentia.*

### 12. *Nerocila aculeata.*

*Nerocila aculeata* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 253.

Femina ovigera.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 7—8.

Elliptica, longior quam latior vix duplo.

Caput parvum, suborbiculatum, annulo quarto trunci plus ter angustius (10: 33), manifesto latius quam longius (7: 6), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes, articulum octavum antenarum secundi paris completes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, tres quintas partes lateris annuli primi trunci explentes; 10 (9)-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus manifesto profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci paulum producti, acutiusculi; annuli secundi, tertii, quarti plus vel minus prominuli, rotundati vel obtusiusculi, per paria sensim magis prominuli magisque angustati; annuli quinti, sexti, septimi plus vel minus producti, mucronati, per paria sensim magis producti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis procul attingentes.

Epimera bina priora involuta, acuminata, acutiuscula; quaterna posteriora pendula, angulo postico producto, acuto, plus vel minus flexuoso, per paria sensim, præter epimera paris ultimi, magis producta. Epimera bina priora angulum annuli fere explentia; quaterna posteriora angulum annuli spatio minore vel majore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris manifesto longiores et paulo tenuiores, articulis ultimis aculeis crebris, tenerrimis armatis. Ungulæ parium trium priorum atque paris sexti longæ; paris quarti et quinti perlongæ, crassiusculæ; paris septimi solito minores atque tenuiores, ungulis paris quarti et quinti fere duplo minores.

Cauda libera, paulo longior quam latior (13: 14), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus secundus per paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus ceteris manifesto longior. Anguli superiores annulorum quinque priorum producti, acutiusculi, paulum sursum recurvi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii paulum superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti vix explentes; annuli tertii, quarti, quinti producti, acuti, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis subtriangulus, lateribus bisinuatis, ad basin et latera obscure impressus, paulo longior quam latior (12: 11), ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulis quattuor ultimis conjunctis

perpaulo longiores; remus interior quam exterior plus sesqui brevior (3: 5) et paulo angustior, acuminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustus, sensim acuminatus, leviter falcatus.

Long. 21—24,5 m. m.

Color incertus, trivittatus, maculis obscuris, in corpore priore brevioribus, latioribus, in corpore posteriore longioribus, tenuioribus vel tenerrimis sparsus.

Duo exempla vidimus, alterum ad Akyab, Indiæ orient. (Mus. Godeffr.) captum, lamellis bursæ copulatricis solummodo posterioribus instructum, alterum e mari Indico (Reynaud, Mus. Paris.) et quidem typicum Milne Edwardsii, cf. l. c. p. 254.

*H. B. a. a. \*\*. 2. Epimera priora angulum annuli superantia, posteriora euodem non attingentia.*

### 13. *Nerocila rhabdota.*

*Nerocila rhabdota* Koelbel, Neu. Cym. p. 9. t. II. f. 2a—2c.

Femina ovigera.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 5—6.

Producte obovata, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (7: 17), multo latius quam longius (fere 5: 4), leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris subteretes, tertiam partem lateris annuli primi trunci explentes, articulum nonum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiā partem lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus manifesto profundiore.

Anguli postiei annuli primi trunci prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti vix vel paulum prominuli, rotundati, per paria sensim magis prominuli; annuli quinti, sexti, septimi producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim longitudine valde crescentes magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli quarti caudalis vix expletentes.

Epimera pendula, longa vel perlonga, per paria sensim longitudine crescentia, priora subæquata, posteriora excavata; paris primi et secundi angusta, acutiuscula; paris tertii, quarti, quinti, sexti attenuata, acuta vel peracuta, per paria sensim magis acuta. Epimera paris primi et secundi angulum annuli paulum superantia; paris tertii angulum annuli fere expletia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris manifesto longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis armatis. Ungulæ parium sex priorum, præter ungulas paris tertii, perlongæ, subtenues; paris tertii præcedentibus manifesto minores; paris septimi mediocres, ceteris valde minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite multo brevior (17: 24). Annuli quinque priores sensim longitudine paulum decrescentes. Anguli superiores annuli primi et secundi prominuli, recti vel obtusi, annuli tertii, quarti, quinti longe producti, per paria sensim longitudine crescentes, at minus attenuati atque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli quarti vix attingentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti expletentes; annuli tertii minuti, acuti; annuli quarti et quinti evanidi.

Annulus analis cordatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, multo latior quam longior (14: 11), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (11: 8). Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior duplo brevior et multo

latior, angustatus obtusus, apicem annuli paulum superans; remus exterior angustus, sensim angustatus, obtusus, falcatus.

Long. 25 m. m.

Color luteus, fusce maculatus, vittis tribus, media angusta, maculis contortis, fuscis compositis obscure signatus.

Specimen typicum Koelbeli a nobis examinatum et delineatum est.

Ad Senegalliam celeberrimus Steindachner specimen descriptum in pinna pectorali Psetti Sebæ C. et V. invenit (Mus. Vindobon.); cf. Koelbel l. c. p. 10.

#### *14. Nerocila Neapolitana n.*

Femina ovigera.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 9—10.

Producte ovalis, longior quam latior plus duplo (29: 12).

Caput mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius (7: 15), multo latius quam longius (fere 5: 4), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi parvi, rotundati, dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiâ partem lateris annuli primi truncii explentes, articulum decimum antennarum secundi paris completes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiâ partem lateris annuli primi truncii paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus, sinubus fere æque profundis.

Anguli postici annuli primi truncii prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti non vel vix (annuli quinti) prominuli, rotundati; annuli sexti et septimi prominuli vel paulum producti, per paria magis producti atque acuti.

Anguli annuli septimi marginem posticum annuli primi caudalis vix superantes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi latiuscula, margine postico breviter rotundato; paris tertii lata, sensim angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, angustata vel acuminata, per paria sensim magis producta, magis acuta, profundiusque excavata. Epimera terna priora angulum annuli manifesto superstans; paris quarti et sexti angulum annuli fere expletia; paris quinti angulum annuli manifesto non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis tenuibus, sparsis armatis. Ungulæ parium sex priorum longæ vel perlóngæ, per paria ante et post paulum decrescentes; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, paulo longior quam latior (7: 6), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus ceteris paulo longior. Anguli superiores annuli primi fere evanidi; annuli secundi paulum prominuli, rotundati; annuli tertii, quarti, quinti plus vel minus producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim magis producti magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii non expletos; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti non expletos; annuli tertii, quarti, quinti paulum producti vel prominuli, acuti, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin et latera obscure impressus, subæquatus, fere æque longus ac latus, ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior (9: 8). Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior plus sesqui brevior (3: 5) et multo latior, pone medium abrupte valde acuminatus, apicem annuli manifesto superans; remus exterior angustatus, obtusus, paulum falcatus.

Long. 20 m. m.

Color cereus, immaculatus.

## Pullus stadii secundi.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 11--13.

Producte ovata, ter longior quam latior, supra præter sculturam tenerrimam foveolis minutis in series rectas subdigestis notata.

Caput permagnum, subpentagonum, quam annulus quartus trunci paulo angustius (13: 16), multo latius quam longius (13: 10), vix immersum, fronte subtrigona.

Oculi mediocres, ovales, dimidia ferme parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, dimidiā partem lateris annuli primi trunci vix explentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes.

Antennæ secundi paris teretiuseculæ, quam antennæ primi paris multo angustiores vel tenuiores, dimidiā partem lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus.

Anguli postici annolorum omnium trunci minime prominuli, rotundati.

Epimera involuta, margine postico rotundato, priora latiuscula, posteriora angustiuscula; epimera paris tertii omnium minima. Epimera omnia angulum annuli fere explentia.

Pedes posteriores quam priores longiores et multo tenuiores, aculeis tenuioribus armati. Ungulæ parium quinque pritorum longæ, crassiusculæ; paris sexti (ulti) ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (3: 4). Annulus primus quam annulus secundus duplo ferme brevior, quam annulus ultimus trunci manifesto longior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi et secundi paulum producti, acutiusculi.

Annulus analis lingulatus, subæquatus, multo latior quam longior (fere 5: 4), annulos quattuor præcedentes con-

junctos longitudine subæquans. Pedes anales annulo anali paulo longiores (7: 6); remus interior quam exterior vix brevior et paulo latior, oblique truncatus, præter setas ciliatas aculeo singulo armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior post angustatus, obtusus, præter setas ciliatas aculeis binis subæqualibus armatus.

Long. 4 m. m.

Color albidus, immaculatus.

### Pullus stadii primi.

Tab. II. (Cym. IX.) Fig. 14—16.

Ovata, bis vel ter longior quam latior (5: 2), polita.

Caput permagnum, subpentagonum, quam annulus quartus trunci plus sesqui angustius (10: 17), paulo latius quam longius (7: 6), vix immersum, fronte subtriangula, lateribus emarginatis.

Oculi majusculi, duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes, quam antennæ secundi paris paulo breviores.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus.

Anguli postici annorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, rotundate truncata; terna priora latiora, breviora, per paria sensim longitudine decrescentia; bina posteriora longiora, angustiora. Epimera omnia angulum annuli fere explentia.

Pedes posteriores quam priores longiores et multo tenuiores, articulo ultimo obscurius serrato. Ungulæ crassiusculæ, subæquales.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (7: 4), quam truncus cum capite multo brevior (7: 10). Annulus

primus annulum ultimum trunci longitudine aequans; annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes.  
Latera annularum quinque priorum integra, rotundata.

Annulus analis lingulatus, aequatus, paulo latior quam longior (20: 17), annulos quattuor praecedentes conjunctos longitudine aequans. Pedes anales annulis duobus ultimis conjunctis paulo breviores; remus interior quam exterior paulo brevior, et multo latior, oblique rotundate truncatus, apicem annuli longe superans; remus exterior laminatus.

Long. 3 m. m.

Color albidus, maculis atris, sparsis, in series transversas subdigestis ornatus.

E bursa copulatrice speciminis examinati pullos quem stadii secundi tum primi exprompsimus.

Specimen ad Neapolin a Dom. Edv. Collin captum Museo Hauniensi donatum est.

### 15. *Nerocila Adriatica* n.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. III. (Cym. X.) Fig. 1—2.

Subovalis, vix duplo longior quam latior.

Caput magnum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncii plus ter angustius (10: 3), paulo latius quam longius (11: 10), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennae primi paris subteretes, tertiam partem lateris annuli primi truncii explentes, articulum nonum antennarum secundi paris completes.

Antennae secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi truncii explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus plus duplo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti vix vel non prominuli, rotundati; annuli sexti et septimi plus vel minus producti, obtusi vel acutiusculi, per paria magis producti magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis longe superantes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi latiuscula, margine postico breviter rotundato vel obtusato; paris tertii et quarti lata, post augustata, obtusata, per paria magis producta; paris quinti et sexti latiuscula, post angustata vel acuminata, acutiuscula vel acuta, excavata, per paria magis acuminata, acuta, profundius excavata. Epimera terna priora angulum annuli manifesto superantia; paris quarti angulum annuli fere expletia; paris quinti et sexti angulum annuli procul attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimiis aculeis minutis, sparsis armatis. Ungulæ parium sex priorum longæ vel perlongæ, crassiusculæ, subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo tenuiores.

Cauda sublibera, multo latior quam longior (5: 4), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (5: 8). Annulus primus quam secundus vix duplo brevior; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum decrescentes; annulus quintus annulum secundum longitudine subæquans. Anguli superiores annuli primi prominuli, subrecti; annuli secundi, tertii, quarti, quinti plus vel minus producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii fere expletentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti expletentes; annuli tertii, quarti, quinti producti, acuti, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis breviter cordatus, ad basin profundius, ad latera obscurius impressus, levissime carinatus, multo latior quam longior (5: 4), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales annulis tribus ultimis conjunctis paulo longiores; remus interior

quam exterior plus sesqui brevior (3: 5) et multo latior, pone medium acuminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustus, attenuatus, falcatus (in virgine brevior, latior, minus attenuatus).

Long. feminae ovigeræ 29,5—31, 5 m. m.

Long. virginis 27 m. m.

Color flavus, vittis tribus obscuris signatus.

### Mas adolescens.

Tab. III. (Cym. X.) Fig. 3—4.

Producte ovalis, bis vel ter longior quam latior (14: 5).

Caput magnum, obcordatum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius, paulo latius quam longius (8: 7), mediocriter immersum, fronte subangulate rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris subteretes, duas partes lateris annuli primi truncii explentes, articulum octavum antennarum secundi paris compleentes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, angulum posticum annuli primi truncii paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio perpaulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi truncii perpaulum prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non vel vix prominuli, rotundati; annuli septimi manifesto prominuli, rotundati vel obtusati. Anguli annuli septimi latera annuli primi caudalis minorem partem explentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; terna priora latiuscula, margine postico rotundato vel (paris tertii) in angulum obtusum producto; terna posteriora angustiuscula, in obliquum rotundate truncata, per paria sensim paulo manifestius excavata, longitudine subæqualia. Epimera quina priora angulum annuli spatio minore vel majore, per paria sensim paulum crescente, non attingentia; paris sexti angulum annuli fere explentia.

Pedes paris ultimi ceteris vix longiores et manifesto tenuiores, articulis ultimis aculeis tenuibus perparce armatis. Ungulae parium quinque priorum longae vel perlungae, crassiusculae; paris sexti et septimi mediocres, praecedentibus tenuiores, per paria longitudine paulum decrescentes.

Cauda libera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (3: 4). Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus ceteris manifesto longior. Anguli superiores annuli primi et secundi evanescentes, rotundati; annuli tertii, quarti, quinti plus vel minus producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim paulum longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi explentes; annuli secundi angulum inferiorem annuli quarti explentes; annuli tertii, quarti, quinti plus vel minus producti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (13: 12), ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior (12: 11). Pedes anales annulo anali vix longiores; remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, oblique truncatus, apicem annuli longe superans; remus exterior laminatus, post angustatus, obtusus.

Long. 26 m. m.

Color flavus, vittis tribus obscuris signatus.

Quattuor exempla, in Museo Vindobonensi asservata, vidimus. Quorum duo ad Spalato, in mari Adriatico, a celeberrimo Steindachner capta, duo in mari mediterraneo, alicubi, reperta sunt.

### 16. *Nerocila acuminata* n.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. III. (Cym. X.) Fig. 5—6.

Producte ovata, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus plus ter angustius (3: 10), multo latius quam longius

(4: 3), mediocriter immersum, fronte in orbem rotunda.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ, sextam partem lateris annuli primi truncii paulum superantes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, tertiam partem lateris annuli primi truncii paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus, sinubus æque profundis.

Anguli postici annuli primi truncii producti, obtusi vel acutiusculi; annuli secundi, tertii, quarti prominuli, obtusi; annuli quinti, sexti, septimi longe producti, acuti, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli tertii caudalis explentes.

Epimera subpendula; paris primi et secundi longa, angusta, post angustata; paris tertii longiuscula, latiuscula, sensim angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti longa, angustiuscula, acuminata, per paria sensim magis producta et profundius excavata. Epimera paris primi et secundi angulum annuli manifesto superantia; paris tertii angulum annuli fere explentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis tenuibus perparce armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter ungulas paris tertii, perlongæ; paris tertii et sexti longæ; paris septimi medios, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda sublibera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite multo brevior (5: 7). Annulus primus ceteris multo brevior; annulus secundus quam tertius paulo longior; annulus tertius et quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulum secundum longitudine subæquans. Anguli superiores annuli primi et secundi paulum prominuli, rotundati vel obtusi; annuli tertii, quarti, quinti

producti, per paria longitudine crescentes, priores acuti, posteriores obtusati. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti explentes; annuli tertii, quarti, quinti evanescentes vel evanidi.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, levissime carinatus, vix latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulo anali paulo breviores; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium acuminatus, apicem annuli vix explens; remus exterior angustatus, paulum falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 21,5—27 m. m.

Long. virginis 14,5—23 m. m.

Color fuscus, maculis minutis, obscuris crebratus, limbo corporis, vittisque duabus angustis dilutis.

Mare Atlanticum sinumque Mexicanum oras Americæ septentrionalis alluentia habitat vulgaris. Undeviginti exempla, quorum septem feminas ovigeras, duodecim virgines, examinavimus. Ad Beloxi, Louisianæ, quattuor exempla cel. Krœyer (Mus. Haun.), ad St. Annam, Mexicanam, nauarchus Caspersen (Mus. Haun.) exemplum in cute piscis degens, ad Fort Macon, Carolinæ sept., cel. A. S. Packard jun. (Mus. Peabody) tria exempla in pinna Aleuteris ceperunt. Præterea plura exempla in Museo Cantabrig., Mass. asservata, at nullo loco certiore signata, vidimus.

### 17. *Nerocila maculata*.

*Nerocila maculata* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 253.

*Nerocila affinis* Milne Edwards, ibid p. 253

? *Anilocra vittata* Lucas, Explor. sc. Algér. Zool. I. p. 77.

Crust. t. VIII. f. 2, 2a—2d.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. III. (Cym. X.) Fig. 7—8.

Subovalis, longior quam latior plus duplo.

Caput mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus trunci

bis vel ter angustius (7: 18), multo latius quam longius (vix 4: 3), mediocriter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ, dimidiam partem annuli primi trunci paulum superantes, quam antennæ secundi paris paulo longiores.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinn medio quam sinubus lateralibus manifesto profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci manifesto prominuli, rotundati vel obtusati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti non vel vix prominuli, rotundati; annuli sexti et septimi plus vel minus producti, acutiusculi vel acuti, per paria magis producti magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis spatio parvo vel superantes vel non attingentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi latiuscula, margine postico angulate producto; paris tertii lata, pone medium angustata, apice obtusa; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, angustata vel acuminata, obtusata vel acutiuscula, per paria sensim magis acuminata, profundiusque excavata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio majore vel minore superantia; bina posteriora angulum annuli fere attingentia vel paulum superantia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter ungulas paris tertii, perlongæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda sublibera, æque ferme longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior. Annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli superiores annuli primi

et secundi subrecti vel rotundati; annuli tertii, quarti, quinti acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi spatio minore vel majore superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti explentes vel superantes; annuli tertii et quarti minuti; annuli quinti evanidi.

*Annulus analis cordatus*, ad basin impressus, subæquatus, multo latior quam longior (fere 6: 5), ceteris annulis caudalibus conjunctis spatio majore vel minore longior. Pedes anales annulo anali paulo longiores; remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, pone medium acuminatus, apicem annuli fere explens; remus exterior angustatus, paulum falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 22,5—36 m. m.

Long. virginis 18,5—28,5 m. m.

Color cereus vel flavus, obscure maculatus (? trivittatus).

### Pullus stadii secundi.

#### Tab. III. (Cym. X.) Fig. 9—10.

Producte ovata, longior quam latior plus triplo (16: 5), supra præter sculpturam tenerrimam foveolis minutis, plerumque geminatis, in medio corpore profundioribus, in series rectas digestis notata.

Caput permagnum, lingulatum, quam annulus quartus trunci manifesto angustius (7: 9), multo latius quam longius (10: 7), vix immersum, fronte subtrigona.

Oculi magni, ovales, dimidia parte latitudinis capit is distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes, articulum decimum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores vel angustiores, dimidiam partem

lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annulorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, margine postico rotundato, priora lata, posteriora latiuscula; epimera paris tertii omnium minima.

Epimera omnia angulum annuli fere expletia.

Pedes posteriores quam priores longiores et multo tenuiores, aculeis tenuioribus armati. Ungulae crassiusculæ, subæquales.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (21 : 13), quam truncus cum capite multo brevior (3 : 4). Annulus primus quam annulus secundus manifesto brevior, annulum ultimum trunci longitudine subæquans; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine paulum crescentes. Latera annuli primi et secundi angulis posticis paulum productis, acutiusculis; latera annuli tertii, quarti, quinti rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin et latera impressus, subæquatus, fere aequo longus ac latus, annulos quattuor præcedentes conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales annulo anali paulo longiores (11 : 10); remus interior quam exterior paulo brevior et multo latior, oblique rotundatus, præter setas ciliatas aculeo singulo armatus, apicem annuli paulum superans; remus exterior post angustatus, præter setas ciliatas aculeo singulo armatus, apicem annuli paulum superans; remus exterior post angustatus, præter setas ciliatas aculeis binis, exteriore breviore, armatus.

Long 5 m. m.

Color albidus, immaculatus.

## Pullus stadii primi.

Tab. III. (Cym. X.) Fig. 11.

Producte ovata, ter longior quam latior, polita.

Caput permagnum, subpentagonum, quam annulus quartus truncii plus sesqui angustius (3 : 5), multo latius quam longius (4 : 3), vix immersum, fronte subtrigona, lateribus obscure emarginatis.

Oculi majusculi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennae primi paris compressiusculæ, dimidiata partem lateris annuli primi truncii expletantes, articulum decimum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores vel angustiores, dimidiata partem lateris annuli primi truncii paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii manifesto trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annularum omnium truncii non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, lata, rotundata truncata; terna priora per paria sensim longitudine decrescentia; bina posteriora reliquis abrupte longiora, inter se subæqualia. Epimera omnia angulum annuli fere expletia.

Pedes longitudine subæquales, glabri, posteriores quam priores paulo tenuiores. Ungulæ longitudine subæquales, crassiusculæ, glabré.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (21 : 13), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus annulum ultimum truncii longitudine subæquans; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annuli primi et secundi angulis posticis paulum prominulis, rotundatis; annuli tertii, quarti, quinti rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, multo latior quam longior (4 : 3), annulos quadratuor præcedentes conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali paulo longiores (11 : 10); remus in-

terior quam exterior multo brevior atque latior, oblique rotundatus, inermis, apicem annuli fere explens; remus exterior post angustatus, inermis.

Long. 3,4 m. m.

Color albidus, immaculatus.

Exemplis typicis quum N. maculatæ tum N. affinis clarissimi Milne Edwardsii comparatis, discrimin inter has duas species nequaquam nobis tanti ponderis, ut species distinctas habuerimus, esse videbatur. Etiam Anilocra bivittata Luc. (specimine typico a nobis examinato) sine ullo dubio speciei hujus generis attribuenda est; utrum N. maculatæ an alias speciei (N. bivittata vel N. Orbignyi) forma junior habeatur, nobis incertum; attamen N. maculatæ inter has tres species nobis maxime affinis esse videtur.

Mare Atlanticum oras Europæ australis alluens cum mari mediterraneo habitat vulgaris. Triginta sex exempla examinavimus, quorum quinque ad La Rochelle (exempla typica utriusque speciei Milne Edwardsii; Mus. Paris.), cetera in mari mediterraneo his locis certioribus capta sunt: Genua (Albers, Mus. Berol.); »Roma« (Stillmann, Mus. Cantabr., Mass.); Neapoli (Mus. Christian.); mari Adriatico (Schaufuss, Mus. Vratislav.). Pleraque tamen modo in mari mediterraneo aliquibi reperta esse dicuntur (Cantraine, Mus. Lugdun. Batav.; Mus. Haun.; Mus. Vratislav.).

### 18. *Nerocila Orbignyi.*

*Ichthyophilus Orbignyi* Guérin, Expéd. sc. de Morée. III. Zool. p 47 & Icon. règn. an. Crust. t. XXIX. f. 3, 3 a—3 e.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 1—2.

Ovata, duplo longior quam latior.

Caput magnum, sublingulatum, quam annulus quartus truncus

bis vel ter angustius (2 : 5), multo latius quam longius (4 : 3), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris subteretes, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes, quam antennæ secundi paris perpaulo breviores.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci perpaulum superantes; 11- articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinubus æque profundis.

Anguli postici annuli primi trunci prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti vix vel paulum prominuli, rotundati; annuli quinti, sexti, septimi producti, submuconati, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli tertii caudalis ex plentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi angustiuscula, post angustata, obtusa; paris tertii lata, post angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti angustiuscula, acuminata vel in obliquum rotundate truncata, per paria sensim longitudine crescentia, magis acuta, profundiusque excavata. Epimera terna priora angulum annuli paulum superantia; terna posteriora angulum annuli spatio, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum; præter unguulas paris tertii, per longæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 3 : 5). Annulus primus quam annulus secundus manifesto brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi non prominuli, rotundati; annuli tertii,

quarti, quinti prominuli vel producti, recti vel acutiores, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii vix explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti explentes; annuli tertii, quarti, quinti minuti, obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, in medio obscure carinatus, multo latior quam longior (fere 6 : 5), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (fere 5 : 4). Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine subæquantes; remus interior quam exterior plus sesqui brevior (3 : 5) et multo latior, acuminatus, apice longe productus, apicem annuli longe superans; remus exterior substiliformis, sensim angustatus, paulum falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 22—25,5 m. m.

Long. virginis 17—21 m. m.

Color eburnens vel flavus, fusce marmoratus, vittis ornatus tribus fuscis, media angustiore.

### Mas adultus.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 3—4.

Subovalis, bis vel ter longior quam latior (fere 5 : 2).

Caput permagnum, sublingulatum, quam annulus quartus truncus plus duplo aegnstrius (7 : 15), paulo latius quam longius (8 : 7), leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi mediocres, subpentagoni, vix dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiâ partem lateris annuli primi trunci explentes, articulum nonum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, quattuor partes lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinibus æque profundis.

Anguli postici annorum quinque priorum trunci vix vel non prominuli, rotundati; annuli sexti et septimi prominuli vel paulum producti, obtusi vel acutiusculi, per paria longitudine crescentes magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis expletentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi angustiuscula, margine postico obtuse rotundato; paris tertii latiuscula, margine postico rotundato; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, acuminata vel rotundata truncata, per paria sensim magis profunde sulcata, alioquin inter se subæqualia. Epimera terna priora angulum annuli paulum superantia; terna posteriora angulum annuli vix expletia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Canda sublibera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (8 : 11). Annulus primus quam secundus manifesto brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi non prominuli, late rotundati; annuli tertii vix prominuli, subrecti: annuli quarti et quinti prominuli vel producti, obtusi vel acutiusculi, per paria longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi expletentes; annuli secundi angulum superiorem annuli tertii expletentes; annuli tertii, quarti, quinti minuti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis subcordatus, ad basin impressus, subæquatus, vix latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (4 : 3). Pedes anales annulis duobus ultimis conjunctis paulo breviores; remus interior quam

exterior plus sesqui brevior (5 : 8), pone medium acuminate, in latere interiore dente armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustus, post vix angustatus, obtusus.

Long. 13,5—15 m. m.

Color eburneus vel flavus, fusce marmoratus, vittis ornatus tribus fuscis, media angustiore.

### Pullus stadii secundi.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 5.

Producte ovata, ter longior quam latior, supra praeter sculturam tenerrimam foveolis obsoletis, in lineas quinque rectas, media ante dupli, post quadruplici, digestis notata.

Caput permagnum, suborbiculatum, quam annulus quarti truncii multo angustius (3 : 4), multo latius quam longius (4 : 3), levissime immersum, fronte late rotundata.

Oculi magni, ovales, fere tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressinsculæ, dimidiâ partem lateris annuli primi truncii expletæ, articulum decimum antennarum secundi paris vix completae.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, quattuor partes lateris annuli primi truncii expletæ; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii manifesto trisinnatus, sinu medio quam sinibus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annulorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, priora margine postico late rotundato, posteriora margine postico breviter rotundato; epimera paris tertii omnium minima. Epimera omnia angulum annuli fere expletia.

Pedes posteriores quam priores paulo longiores atque tenuiores, aculeis tenuioribus armati. Ungulæ parium quinque

priorum longæ, crassinsculæ, subæquales; paris sexti (ultimi) ceteris paulo breviores atque tenuiores.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (11 : 6), quam trunca cum capite multo brevior (fere 4 : 5). Annulus primus quam annulus ultimus truncæ paulo brevior; annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Latera annuli primi et secundi angulo postico paulum prominulo, obtuso; annuli tertii, quarti, quinti rotundata. Annulus analis lingulatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (9 : 8), annulos tres præcedentes conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine subæquantes; remus interior quam exterior paulo brevior et multo latior, post oblique rotundatus, præter setas ciliatas aculeo minimo armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior laminatus, præter setas ciliatas aculeis binis minutis, subæqualibus armatus.

Long. 4 m. m.

Color albidus, præter discum truncæ majoremque partem annuli analis maculis ornatus atris, racemosis, in capite majoribus.

Sex exempla hujus speciei examinavimus, omnia ad oras Italicas reperta, nempe: ad Genuam (Semper, Mus. Gotting.); Livorno (Mus. Haun.); Neapolin (Bergsæe, Mus. Haun.). Præterea a Guérin, l. c. p. 48, ad Modon, Græciæ, capta esse indicatur; verisimile tamen est, exempla ejus alia, minoræ, ad La Rochelle capta, non huic, sed alii euidam speciei pertinere.

### 19. *Nerocila cephalotes* n.

Femina ovigera.

Tab. IV. (Cym. XI.) Fig. 16—17.

Subovalis, longior quam latior plus duplo (7 : 3).

Caput permagnum, subobcordatum, quam annulus quartus

trunci plus duplo angustius (4 : 9), multo latius quam longius (7 : 6), mediocriter immersum, fronte latissime rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, tertiam partem lateris annuli primi trunci explentes, articulum nonum antennarum secundi paris vix superantes.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, dimidiam partem annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinubus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci prominuli, rotundati vel obtusi; annuli secundi, tertii, quarti non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli quinti paulum prominuli, rotundati; annuli sexti et septimi producti, acuti, per paria longitudine crescentes. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli secundi caudalis vix explentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi latiuscula, margine postico breviter, obtuse rotundato; paris tertii lata, margine postico rotundato, angulo prominulo; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, in obliquum rotundate truncata, per paria sensim magis acuminata, subæquata vel per paria profundius excavata. Epimera terma priora angulum annuli paulum superantia; terma posteriora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, paulo longior quam latior (12 : 11), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris

manifesto longior. Anguli superiores annuli primi et secundi late rotundati; annuli tertii, quarti, quinti producti, obtusi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti vix superantes; annuli tertii et quarti producti, acuti, per paria longitudine valde decrescentes; annuli quinti evanidi.

*Annulus analis cordatus*, ad basin impressus, in medio levissime carinatus, multo latior quam longior (6 : 5), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (6 : 5). Pedes anales annulo anali paulo longiores (11 : 10); remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium acuminatus, in latere interiore dente armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustatus, falcatus.

Long. 20,5—36,5 m. m.

Color fuscus, vittis duabus flavis ornatus.

Variat: statura minore; angulis posticis annularum trunci posteriorum minus productis minusque acutis; epimeris posterioribus magis productis atque acutis; remo exteriore pedum analium longe producto, remo interiore inermi.

### Pullus stadii secundi.

Tab. IV. (Cym. XI.) Fig. 18.

Producte ovata, longior quam latior plus triplo (7 : 23), supra praeter sculpturam tenerrimam foveolis minutis, in series quinque geminas, medianam post quadruplicem, rectas digestis manifesto notata.

Caput permagnum, subpentagonum, quam annulus quartus trunci multo angustius (5 : 7), multo latius quam longius (5 : 4), vix immersum, fronte subtriangula, lateribus obscure emarginatis.

Oculi magni, ovales, duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, quattuor partes lateris annuli primi trunci explentes, articulum decimum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum posticum annuli primi trunci fere explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio vix profundioribus.

Anguli postici annulorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, præter epimera paris tertii aliquanto minora, longitudine subæqualia; priora latiuscula, margine postico late rotundato; posteriora angustiuscula, margine postico breviter rotundato. Epimera omnia angulum annuli fere explentia.

Pedes posteriores quam priores paulo longiores et multo tenuiores, aculeis tenuioribus armati. Ungulæ parium quinque priorum longæ, crassiusculæ, subæquales; paris sexti (ulti) ceteris paulo breviores atque tenuiores.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (5:3), quam truncus cum capite multo brevior (4:3). Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo longior, vel eundem longitudine subæquans; annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Latera annuli primi et secundi angulo postico paulum prominulo, obtuso vel rotundato; annuli tertii, quarti, quinti rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde biimpressus, subæquatatus, multo latior quam longior (fere 5:4), annulis quattuor præcedentibus conjunctis paulo brevior. Pedes anales annulos duos ultimos caudales conjunctos longitudine subæquantes; remus interior quam exterior paulo brevior et multo latior, in obliquum rotundate truncatus, præter setas ciliatas aculeo minuto, saepe evanido, armatus, apicem annuli paulum superans; remus

exterior laminatus, præter setas ciliatas aculeis armatus  
binis minutis, interiore majore.

Long. 4,7 m. m.

Color albidus, maculis ornatus minimis, atris, in vittas tres  
arctius digestis.

Mare oras Africæ australis alluens habitat. Sex exempla  
examinavimus, quorum primum ad Gorée (Coquerel, Mus. Paris.);  
secundum ad Promontorium bonæ spei (Verreaux, Mus. Paris.,  
femina cum pullis); tertium ad Promontorium Agulhas (Mus.  
Cantabr., Mass.); quartum et quintum ad Gabon (Duperquet,  
Mus. Paris., var. min.) capta sunt. Denique exemplum pinnæ  
pectorali piscis cuiusdam afluxum, at sine patriæ significatione,  
in Museo Hauniensi asservatur.

## 20. *Nerocila tenuipes.*

*Nerocila tenuipes* Dana, Unit. Stat. Explor. Exped. Crust. II. p. 762.  
t. 50. f. 11 a—11 f.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. III (Cym. X.) Fig. 12—13.

Ovalis, vix duplo longior quam latior.

Caput mediocre vel parvum, subtrapezoideum, quam annulus  
quartus trunci bis vel ter angustius (3 : 8), multo latius  
quam longius (4 : 3), profunde immersum, fronte late  
truncata, manifesto marginata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, tertiam partem lateris  
annuli primi trunci explentes, articulum nonum anten-  
narum secundi paris compleentes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi  
paris multo tenuiores, dimidiam partem annuli primi  
trunci vix explentes; 11-articulatæ

Margo antiens annuli primi trunci profunde trisinuatns, sinu  
medio quam sinibus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci valde prominuli, rotundati vel obtusi; annuli secundi, tertii, quarti non prominuli, rotundati; annuli quinti, sexti, septimi prominuli vel producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum inferiorem annuli primi caudalis fere explentes. Epimera subpendula; bina priora latiuscula, angustata, obtusa vel obtusiuscula; quaterna posteriora latiuscula vel angustiuscula, acuminata, excavata, per paria sensim longitudine crescentia, angustiora, magis acuta, profundiusque excavata. Epimera paris primi et secundi angulum annuli manifesto superantia; paris tertii et quarti angulum annuli explentia vel paulum superantia; paris quinti et sexti angulum annuli explentia vel spatio majore vel minore non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores et manifesto tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlóngæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda sublibera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite multo brevior (5:4). Annulus primus quam annulus secundus manifesto longior, annulum quintum longitudine subæquans; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales. Anguli superiores annuli primi et secundi subrecti, obtusi; annuli tertii, quarti, quinti producti, acuti, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi paulum superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti paulum superantes: annuli tertii minutus; annuli quarti evanescentes; annuli quinti nulli.

Annulus analis cordatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, multo latior quam longior (6:5), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (10:7). Pedes anales annulo anali paulo longiores; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium abrupte angu-

status, obtusus, in latere interiore dente armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustus, post angustatus, paulum falcatus.

Long. feminæ ovigerae 16—22,5 m. m.

Long. virginis 13,5—16,5 m. m.

Color fuscus, limbo vittisque duabus angustis dilutis.

Ad oras Brasiliæ, præsertim prope Rio Janeiro plures reperta est. Decem exempla vidimus, quorum duo in Museo Parisiensi (Brasilia, Delalande et Gaudichaud), octo in Museo Cantabr., Mass. asservata sunt. Exempla per navigationes Thayer et Hassler reportata vel in Dule Auriga, vel in Diodonte sp., vel in »Platessa sp., squamis magnis obtecta«, capta sunt. Præterea in eodem loco a Dana, l. c. p. 763, inventa esse dicitur.

### 21. *Nerocila fluviatilis* n.

?? *Nerocila Falklandica* Cunningham, Trans. Linn. Soc. XXVII.  
p. 500. t. LIX. f. 2.

Femina ovigera.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 6—7.

Ovata, longior quam latior plus sesqui (5 : 3).

Caput magnum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus bis vel ter angustius (8 : 19), multo latius quam longius (fere 5 : 4), leviter immersum, fronte in orbem rotundata. Oculi mediocres, subrotundati, plus dimidia parte latitudinis capitum distantes (3 : 7).

Antennæ primi paris compressiusculæ vel teretiusculæ, duas quintas partes lateris annuli primi truncus expletentes, articulum nonum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi truncus paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncus profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci plus vel minus prominuli, obtusi vel rotundati; annuli secundi, tertii, quarti vix vel paulum prominuli, rotundati; annuli quinti, sexti, septimi prominuli vel producti, acutiusculi vel acuti, portrecti vel incurvi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli annuli septimi spatio majore vel minore angulum superiorem annuli primi caudalis non attingentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi angustiuscula, sensim angustata, obtusa; paris tertii latiuscula, sensim angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, acuminata, excavata, longitudine subæqualia, per paria sensim magis acuta atque profundius excavata. Epimera paris primi et secundi angulum annuli longe superantia; paris tertii angulum annuli fere expletia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda libera, per paulo longior quam latior (17: 16), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus quam annulus secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus ceteris paulo longior. Anguli superiores annuli primi, secundi, tertii subrecti, rotundati, annuli quarti et quinti producti, obtusi vel acutiusculi, per paria longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii fere expletos vel paulum superantes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti fere expletos vel paulum superantes; annuli tertii minuti, acutiusculi; annuli quarti et quinti evanidi.

Annulus analis cordatus, ad basin et latera impressus, ante in medio obscure sulcatus, multo latior quam longior (4: 3), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior

(6: 5). Pedes anales annulos tres ultimos conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior sesqui longior et multo latior, pone medium abrupte attenuatus, apice acuto, excurvo, apicem annuli valde superans; remus exterior productus, angustatus, paulum falcatus.

Long. 19,5—24 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis atris, manifestis, in lineas transversas subdigestis sparsus, vittisque tribus e maculis confertioribus compositis notatus.

*See page 414 - Ser. III, Vol. ~~XII~~.*

### Virgo.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 8—9.

Producte ovalis, longior quam latior plus duplo (9: 4).

Caput magnum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius (8: 17), multo latius quam longius (6: 5), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi mediocres, subrotundati, dimidia parte latitudinis capitibus distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel teretiusculæ, dimidiata partem lateris annuli primi truncii explentes, articulum nonum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, tres partes lateris annuli primi truncii explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi truncii vix prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli quinti, sexti, septimi plus vel minus prominuli, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis spatio magno non attingentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi angustiuscula, margine postico obtuse rotundato; paris

tertii latiuscula, margine postico angulate producto; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, acuminata, excavata, longitudine subæqualia, per paria sensim magis acuta atque profundius excavata. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli paulum superantia; paris quarti angulum annuli fere expletia; paris quinti et sexti angulum annuli spatio majore non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda libera, paulo longior quam latior (11: 10), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus ceteris paulo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi vix prominuli, late rotundati; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusi vel acuti, per paria sensim longitudine crescentes, magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii vix attingentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti expletentes; annuli tertii, quarti, quinti minimi, acutiusculi, per paria sensim evanescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin et latera impressus, multo latior quam longior (11: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis vix longior. Pedes anales annulo anali paulo longiores (10: 9); remus interior quam exterior manifesto brevior et multo latior, pone medium abrupte attenuatus, apice producto, acutiusculo, apicem annuli longe superans; remus exterior sublaminatus, paulum angustatus.

Long. 19,5 m. m.

Color flavus, maculis atris, manifestis, in lineas transversas subdigestis sparsus, vittisque tribus e maculis confertioribus compositis notatus.

Species, quam Cunningham, l. c, sub nomine N. Falklandiæ divulgavit, tam ambigue delineata et descripta est, ne nomen ejus accipere ausi simus.

Sex vel septem exempla hujus speciei, omnia in Rio Plata, ad urbem Montevideo capta, vidimus (Will. Sørensen, Mus. Haun.; inter navigationem Hassleri, Mus. Cantabr, Mass.), quorum exemplorum plura pinnæ piscis cujusdam affixa sunt; præterea exemplum, permale conservatum, in Siluro sp. caput esse indicatur (Krøyer, Mus. Haun.).

## 22. *Nerocila Novæ-Zelandiæ n.*

### Virgo.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 10–11.

Producte ovalis, ter longior quam latior.

Caput magnum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus duplo angustius, manifesto latius quam longius (6: 5), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi minuti, subpentagoni, plus dimidia parte latitudinis capitibus distantes (fere 4: 7).

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiâ partem lateris annuli primi truncus paulum superantes, articulum nonum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, quattuor partes lateris annuli primi trunci explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinubus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci paulum prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti non prominuli, rotundati; annuli sexti et septimi plus vel minus prominuli, rotundati vel obtusi, per paria sensim magis producti. Anguli annuli septimi dimidiâ partem lateris annuli primi caudalis fere explentes.

Epinerra priora involuta, posteriora subpendula; paris primi et secundi angustiuscula, margine postico breviter rotundato; paris tertii latiuscula, margine postico late rotundato; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, acuminata, vix vel manifesto excavata, per paria sensim magis acuta, profundiusque excavata. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli vix vel paulum superantia; paris quarti angulum annuli fere explentia; paris quinti et sexti angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter ungulas paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, multo longior quam lator (15: 11), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi non prominuli, late rotundati; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusi, per paria sensim longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi vix attingentes; annuli secundi angulum superiorem annuli tertii paulum superantes; anguli tertii, quarti, quinti minuti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin manifesto biimpressus, subæquatus, paulo latior quam longior (10: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis vix longior. Pedes anales annulos duos ultimos caudales conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium abrupte acuminatus, in latere interiore dente armatus, apicem annuli longe superans; remus exterior sublaminatus, angustatus.

Loug. 17,5—30 m. m.

Color incertus, vittis tribus fuscescentibus obscure definitis notatus.

Mare oras Novæ-Zelandiæ atque Novæ-Hollandiæ alluens habitat. Quattuor exempla vidimus, quorum tria ad oras Novæ-Zelandiæ (Quoy & Gaimard, Mus. Paris.; Mus. Godefroy.), unum ad Melbourne (Mus. Vindobon.) capta sunt.

### 23. *Nerocila Californica* n.

*Femina ovigera*, typ. atque var.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 1—2.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 12—13.

Ovalis vel subovata, longior quam latior plus sesqui (fere 9: 5).

Caput mediocre vel parvum, suborbiculatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius, multo latius quam longius (4: 3), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci vix completes, articulum nonum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, duas partes lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinubus lateralibus vix vel paulo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci longe prominuli, acutiusculi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti, septimi prominuli vel producti, acutiusculi vel acuti, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti, recta porrecti vel incurvati, per paria sensim magis incurvi.

Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli prius caudalis spatio minore non attingentes vel superantes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; bina priora angustiuscula, sensim angustata, acutiuscula, paulum sursum porrecta; quaterna posteriora angustiuscula, sensim angusta vel acuminata, acutiuscula vel acuta, excavata, per paria sensim magis acuta atque profundius excavata. Epimera paris primi et secundi angulum annuli longe superantia; paris tertii angulum annuli fere explentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno, sensim decrescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores et multo tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlóngæ, crasisusculæ; paris tertii et sexti longæ, quam priores manifesto breviores atque tenuiores; paris septimi mediocres vel parvæ, ceteris valde breviores atque tenuiores.

Cauda sublibera, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui longior (5: 3). Annulus primus quam annulus secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi fere recti, rotundati vel obtusi; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli secundi explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti vix explentes; annuli tertii et quarti minuti, acutiusculi, per paria longitudine decrescentes; annuli quinti evanidi.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, subæquatus, paulo latior quam longior (10: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis vix longior. Pedes anales annulos quatuor ultimos conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium acuminatus, apicem annuli perlóngè superans; remus exterior productus, angustatus.

Long. 16—26 m. m.

Color fuscus, limbo vittisque duabus, plus vel minus angustis, flavis vel cereis.

Femina ovigera hujus speciei s<sup>a</sup>p<sup>e</sup>e variat, forma virginiea quodammodo plus vel minus servata. Sic in exemplis magnitudinis quum majoris tum minoris forma corporis magis porrecta; epimera priora multo breviora, margine postico rotundato; anguli postici annularum priorum trunci modo paulum prominuli; anguli inferiores minus producti; remi pedum analium multo breviores reperiri possunt. Præterea interdum frons admodum producitur, ne forma eadem ac in exemplis typicis evadat.

### Virgo.

Tab. V. (Cym. XII.) Fig. 14—15.

Ovalis vel producte ovalis, bis vel ter longior quam latior (12: 5).

Caput magnum, subcordatum, quam annulus quartus truncis bis vel ter angustius (7: 19), manifesto latius quam longius (11: 10), leviter immersum, fronte subangulate producta.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi truncis explentes, articulum nonum antennarum secundi paris vix superantes.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, duas partes lateris annuli primi truncis vix explentes; 11-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncis profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annuli primi truncis paulum prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi producti, acutiusculi. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli secundi caudalis prope attingentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; bina priora angustiuscula, margine postico breviter rotundato; quaterna posteriora latiuscula, pone medium angustata, per paria sensim magis acuta, posteriora leviter excavata. Epimera terna priora angulum annuli paulum vel vix superantia, terna posteriora angulum annuli spatio parvo vel magno, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium quinque priorum, præter unguis paris tertii, perlongæ, crassiusculæ; paris tertii et sexti longæ, præcedentibus paulo minores, inter se subæquales; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda ad basin paulum obiecta, multo longior quam latior (fere 5: 4), quam truncus cum capite multo longior (4: 3). Annulus primus magnam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim paulum longitudine crescentes. Anguli superiores annuli primi et secundi subrecti, late rotundati; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii procul attingentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quarti superantes; annuli tertii, quarti, quinti minuti, obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes vel evanescentes.

Annulus analis cordatus, ad basin obscure impressus, subæquatus, multo latior quam longior (4: 3), ceteris annulis candalibus conjunctis multo longior (fere 6: 5). Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, pone medium acuminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior productus, angustatus.

Long. 14,5—26 m. m.

Color fuscus, limbo vittisque duabus plus vel minus angustis, dilutis notatus.

Ad. S. Diego Californiae hæc species non rara esse videtur. In pinna quum dorsali tum caudali vel in ipsa cauda piscium variorum, ut Paralabracis clathrati, Scorpænæ guttatæ, Triacis semifasciatæ, Myliobatis sp., plura exempla, et feminas ovigeras et virgines, fixa invenimus; semel etiam eidem pinnæ femina ovigera et virgo simul affixæ erant. Exempla viginti quattuor examinavimus, quorum pleraque inter navigationem Hassleri (Mus. Cantabr., Mass.) capta sunt; aliquot ab eodem loco, S. Diego, in Museo Christian. et Mus. Haun., et unum, ad Sacramento a celeberrimo Eisen captum, in Museo Holmiensi asservantur.

#### *24. Nerocila latiuscula.*

*Nerocila latiuscula* Dana, Unit. Stat. Explor. Exped. Crust. II. p. 758. t. 50. f. 7, a—7, b.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 9—10.

Subovata, longior quam latior plus sesqui (fere 5: 3).

Caput mediocre vel magnum, subobcordatum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius (6: 17), manifesto latius quam longius (10: 9), paulum immersum, fronte late rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris teretiusculæ, duas partes lateris annuli primi trunci explentes, articulum nonum antennarum secundi paris vix superantes.

Antennæ secundi paris subteretes, quam anteunæ primi paris multo tenuiores, tres partes annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam lateralibus vix profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci vix prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti non prominuli, obtusi vel

rotundati; annuli quinti, sexti, septimi prominuli vel producti, obtusi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli primi caudalis fere explentes.

Epimera priora involuta, posteriora suspendula; bina priora angustiuscula, rotundate obtusa; quaterna posteriora latiuscula, angustata vel acuminata, obtusa vel acutiuscula, per paria sensim magis acuta; paris sexti et septimi manifesto excavata. Epimera terna priora angulum annuli spatio parvo, per paria sensim paulum crescente, superantia; terna posteriora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulae paris secundi, quinti, sexti perlóngæ, crassæ; paris primi, tertii, quarti longæ, crassiusculæ; paris septimi mediocres vel parvæ, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, multo latior quam longior (5: 4), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (7: 12). Annulus primus quam annulus secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Anguli superiores annuli primi et secundi subrecti, rotundati; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusi vel obtusiusculi, per paria sensim longitudine crescentes, magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii fere explentes; annuli secundi angulum superiorem annuli quinti longe superantes; annuli tertii minuti, obtusi; annuli quarti et quinti nulli.

Annulus analis breviter cordatus, ad basin impressus, subæquatus, multo latior quam longior (10: 7), ceteros annulos caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali longitudine subæquales; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, acuminatus, vel oblique truncatus, in latere interiore dente armatus vel inermis, apicem annuli manifesto superans; remus exterior productus, angustatus, paulum falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 19,5—20,5 m. m.

Long. virginis 16—18 m. m.

Color eburneus, vittis tribus notatus latis, maculis confectis fuscis, dense digestis.

Ad oras Americæ australis hæc species inventa est. Exempla quattuor vidimus, quorum duo ad oras Brasiliæ, alicubi (Delalande, Mus. Paris.), unum ad Rio de Janeiro (inter navigationem Hassleri, Mus. Cantabr., Mass.), unum ad Montevideo, in ore piscis Sciaenoidei (inter navigationem Galateæ, Mus. Haun.) capta esse indicantur. Præterea ad Rio Janeiro a Dana, l. c. p. 759, capta esse dicitur.

*II. B. a. β. Coxæ posteriores carinatæ.*

25. *Nerocila Blainvillei.*

*Nerocila Blainvillei* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p 252.

Femina ovigera.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 11—12.

Ovalis, vix duplo longior quam latior (19: 10).

Caput parvum vel perparvum, suborbiculatum, quam annulus quartus trunci ter angustius, sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte in orbem fere rotundata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, dimidiam partem lateris annuli primi truncii vix explentes, quam antennæ secundi paris paulo breviores.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi truncii explentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii profunde trisinuatus, sinu medio quam sinubus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annularum trunci prominuli vel producti, obtusi vel obtusiusculi, per paria sensim longitudine crescentes

magisque acuti. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli quarti vel quinti candalis explentes.

Epimera subpendula, angustiuscula, angustata vel acuminata, obtusiuscula vel acutiuscula vel acuta, plus vel minus excavata, per paria sensim longitudine paulum crescentia, magis acuta, profundiusque excavata. Epimera omnia angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo breviores et multo tenuiores, articulis ultimis inermibus (?). Ungulæ parium sex priorem longæ vel perlóngæ, ciassiusculæ; paris septimi medios, ceteris multo breviores atque tenuiores. Coxæ posteriores carina solito multo altiore, in dentem plus vel minus manifestum desinente instructæ.

Cauda ad basin obiecta, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus magnam vel maximam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Anguli superiores annulorum quinque priorum producti, acutiusculi vel obtusiusculi, subæquales. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti, acuti, per paria sensim longitudine decrescentes atque angulum superiorem annuli spatio sensim crescente non attingentes.

Annulus analis subcordatus, subæquatus, sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulo anali multo breviores (7: 10); remus interior quam exterior multo brevior atque angustior, laminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior laminatus.

Long. 28—28,5 m. m.

Color eburneus, vittis tribus latis, obscuris notatus.

## Pullus stadii primi.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 13.

Producte ovata, bis vel ter longior quam latior (11: 4), polita. Caput permagnum, subpentagonum, quam annulus quartus trunci multo angustius (4: 5), multo latius quam longius (10: 7), subliberum, fronte in angulum producta.

Oculi magni, oblongi, fere dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressæ, angulum posticum annuli primi trunci vix attingentes, articulum decimum antennarum secundi paris explentes.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum posticum annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus.

Anguli postici annolorum omnium trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, angustiuscula, rotundate truncata, longitudo subæqualia, per paria sensim paulo angustiora.

Pedes posteriores quam priores paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ crassiusculæ, subæquales.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (fere 3: 4). Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales vel sensim longitudine paulum crescentes. Latera annolorum quinque priorum angulis posticis paulum prominulis, obtusis.

Annulus analis lingulatus, supra æquatus, manifesto latior quam longior (fere 10: 9), annulos quattuor præcedentes conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulos duos ultimos caudales conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior fere duplo brevior et multo latior, subrotundatus, apicem annuli manifesto superans; remus exterior sublaminatus, angustatus.

Long. 2,7 m. m.

Color albidus, immaculatus.

Exempla tria hujus speciei, ad Adelaide, Novæ-Hollandiæ (Schomburgh, Mus. Berol.) capta, vidimus.

26. *Nerocila laticauda* n.

Virgo, in evolut.

Tab. VI. (Cym. XIII.) Fig. 14—15.

Obovata, sesqui ferme longior quam latior (8: 5).

Caput parvum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus plus ter angustius (3: 10), paulo latius quam longius (10: 9), profunde immersum, fronte in orbem rotundata. Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressinsculæ, angulum priorem annuli primi truncus paulum superantes, quam antennæ secundi paris paulo longiores; obscure 6-articulatæ (an mutilatæ?). Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris per paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci manifesto superantes; obscure 7-articulatæ (an mutilatæ?).

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annulorum quattuor priorum trunci prominuli, rotundati vel obtusi, per paria sensim magis producti; annuli quinti, sexti, septimi producti, obtusi vel obtusiusculi, in longitudinem excavati, marginati, per paria sensim longitudine crescentes, profundius excavati, manifestiusque marginati. Anguli annuli septimi dimidiam partem articuli basalis pedum analium explentes.

Epimera priora subpendula, posteriora obtecta; angustiuscula, angustata vel acuminata, obtusa vel acutiuscula, plus minusve manifesto excavata, per paria longitudine crescentia.

sensim magis acuta profundiusque excavata. Epimera omnia angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim valde crescente, non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris subæquales. Ungulæ parium sex priorum, præter ungulas paris tertii, longæ vel perlongæ, crassæ; paris tertii, quarti, quinti, sexti, septimi longæ, crassiæ, ceteris manifesto breviores atque tenuiores. Coxæ posteriores carina solito multo altiore, in angulum obtusum desinente instructæ.

Cauda ad basin obtecta, manifesto latior quam longior (9: 8), quam truncus cum capite multo brevior (3: 4). Annulus primus totus obtectus; annulus secundus magnam partem obtectus; annulus tertius et quartus longitudine æquales; annulus quintus ceteris multo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi evanidi; annuli tertii, quarti, quinti producti, obtusiusculi, per paria longitudine crescentes. Anguli inferiores annuli primi angulum inferiorem annuli secundi procul attingentes; annuli secundi angulum inferiorem annuli tertii explentes; annuli tertii, quarti, quinti minuti, acutiusculi vel obtusi.

Annulus analis subrectangulus, ad basin obscure biimpressus, in medio obscure sulcatus, sesqui fere latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis cum annulo ultimo trunci paulo longior. Pedes anales annulo anali plus sesqui breviores (3: 5); remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, formam cochlearis referens, breviter ovalis, apicem annuli spatio magno non attingens; remus exterior ovalis, formam cochlearis referens.

Long 21 m. m.

Color flavus, vittis notatus tribus obscuris, media angustiore.

Specimen ad port. Westermann, Novæ-Hollandiæ (Quoy & Gaimard, Mus. Paris.), captum examinavimus.

*II. B. b. Anguli postici annuli ultimi trunci vix rel non prominuli.*

27. *Nerocila trichiura.*

*Anilocera trichiura* White, List. Crust. Brit. Mus. p. 108; Miers, Proc. Zool. Soc. Lond. 1877. p. 677. t. LXIX. f. 6—6a.

*Femina ovigera.*

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 1—2.

Producte ovalis, bis vel ter longior quam latior (fere 5: 2). Caput mediocre vel magnum, suborbiculatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (7: 3), multo latius quam longius (10: 7), mediocriter immersum, fronte rotundate truncata, marginata, ad latera tenuiter carinata.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris subteretes, dimidiam partem lateris annuli primi trunci vix expletentes, articulum octavum antennarum secundi paris paulum superantes.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, duas partes lateris annuli primi trunci paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci perpaulum prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, rotundati; annuli septimi vix prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi partem parvam lateris annuli primi caudalis expletentes.

Epimera priora involuta, posteriora pendula; terna priora latiuscula, in obliquum rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula vel angusta, margine posteriore obtuse rotundato vel obtuso. Epimera terna priora angulum annuli fere expletia; terna posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris paulo longiores atque tenuiores, articulis ultimis aculeis minutis, paucis armatis. Ungulæ parium sex priorum longæ, crassiusculæ; paris septimi mediocres, ceteris multo minores atque tenuiores.

Cauda sublibera, multo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (4: 5). Annulus primus quam secundus sesqui brevior; annulus secundus et tertius longitudine subæquales; annulus quartus quam annulus tertius paulo longior; annulus quintus quam annulus quartus multo longior. Anguli superiores annuli primi et secundi non prominuli, obtusi; annuli tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusi vel obtusiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annuli primi angulum superiorem annuli tertii vix explentes; annuli secundi angulum annuli tertii superantes; annuli tertii, quarti, quinti producti vel prominuli, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin impressus, in medio obscure carinatus, paulo longior quam latior (13: 12), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales caudam cum annulo ultimo trunci longitudine æquantes; remus interior quam exterior plus duplo brevior et vix latior, stiliformis, attenuatus, flexuosus, apicem annuli perlonge superans; remus exterior stiliformis, attenuatus, falcatus.

Long. 25—28 m. m.

Color flavus, maculis minutis, numerosis, obscuris spar. us, lateri alteri obscurior.

Mare Atlanticum habitat, pisces generis *Exoceti* infestans. Exempla quattuor, quorum unum, a Salmin, mercatore emptum, in Museo Hauniensi asservatur, vidimus. Exemplum alterum, 31° lat. sept. 76° long. occ. a nauarcho Hygom captum, in cauda piscis *Exoceti* evolantis, 15 m. m. pone anum, usque ad oculos sub lepides intrusum, etiam in Museo Hauniensi asservatur. Exemplum tertium, sine patriæ indicatione, in Museo Academiae Peabody reperitur, nec quartum sine dubio

ad Zamboango, insul. Philipp. (Semper, Mus. Goting.) refertur. Exemplum typicum a Miers, l. c. p. 678, ad insulam Mauritii captum esse dicitur.

*I. A. a. a. \*\* Latera annularum caudalium quinque priorum omnia integra.*  
† *Antennæ primi paris teretiusculæ.*

ROSCA n. g.

*Corpus relaxum, deplanatum.*

*Frons prosiliens, declivis, fornicata, scapos antennarum obtegens.*

*Oculi manifesti, minutæ, æquati.*

*Antennæ primi paris rectæ, mediocres, basi distantes, subteretes; 8-articulatæ; scapus obscure expressus.*

*Antennæ secundi paris brevissimæ, teretes; 6—7-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci sinuatus.*

*Anguli postici annularum trunci valde prominuli.*

*Epimera declivia, producta, acutiuscula.*

*Pedes breviusculi, tenues, paris ultimi quam reliqui manifesto longiores.*

*Ungulæ, præter unguis paris primi et septimi, longæ vel perlongæ, crassiusculæ.*

*Cauda ad basin obtecta. Latera annularum quinque priorum integra, angulis posticis productis, acutiusculis.*

*Remus interior pedum caudalium secundi paris processu exornatus longo, stiliformi lateris interioris.*

*Annulus analis semiorbiculatus. Pedes anales annulo anali paulo breviores; remus interior quam exterior valde brevior.*

Hujus novi generis specimen solummodo juvencum vel adolescens, verisimile femineum, a nobis investigatum est; quod tamen tanti nobis ponderis præbuit characteres, ne typum novi generis, Nerocilæ affinis, at certe distincti, illud habere dubitaverimus.

1. *Rosca limbata n.*

Junior, in evolut.

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 3.

Breviter ovalis, sesqui longior quam latior.

Caput parvum, rotundatum, quam annulus quartus trunci ter quaterve angustius (3: 11), manifesto latius quam longius (6: 5), mediocriter immersum, fronte in orbem rotundata. Oculi minuti, ovales, æquati, plus quam duabus partibus latitudinis capitinis distantes (13: 18).

Antennæ primi paris subteretes, quartam partem lateris annuli primi trunci explentes, antennas secundi paris articulis quaternis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes; 6—7-articulatae, articulo ultimo per brevi vel evanido.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus.

Anguli postici annuli primi trunci valde prominuli, obtusi; annuli secundi et tertii non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli quarti paulum prominuli, obtusi; annuli quinti, sexti, septimi valde prominuli, obtusiusculi vel acutiusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli tertii caudalis paulum superantes.

Epimera declivia, angustata; paris primi et secundi angustiuscula, obtusa; paris tertii latiuscula, acutiuscula; paris quarti, quinti, sexti latiuscula, acutiuscula, per paria sensim longitudine manifesto decrescentia. Epimera paris primi et secundi angulum annuli longe superantia; paris tertii angulum annuli fere expletia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli procul attingentia.

Pedes paris primi, secundi, tertii per paria sensim longitudine valde crescentes; paris quarti, quinti, sexti, septimi longi-

tudine subæquales. Ungulæ paris primi parvæ; paris secundi, tertii, quarti, quinti, sexti longæ vel perlongæ, valde incurvæ, crassiusculæ, per paria ante et post sensim longitudine decrescentes; paris septimi parvæ, tenues, unguis paris primi longitudine subæquantes.

Cauda lateribus ante obtecta, æque longa ac lata, quam truncus cum capite paulo brevior (9: 11). Annuli quatuor priores longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Anguli postici annulorum quinque priorum producti, acutiusculi, longitudine subæquales.

Annulus analis semiorbiculatus, ad basin impressus, obscure carinatus, multo latior quam longior (7: 5), ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior (6: 5). Pedes anales annulo anali paulo breviores (8: 9); remus interior quam exterior plus duplo brevior et paulo angustior, sublaminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior angustatus, subfalcatus.

Long. 10 m. m.

Color cereus, margine antico capitidis, limbo annuli primi trunci, margine postico annulorum sequentium trunci, margine postico, in medio interrupto, annulorum quinque priorum caudalium, margine postico toto annuli analis cum latere exteriore pedum analium atris.

Specimen, ad Ins. Amboinam in Scorpæna picta captum, in Museo Lugdunensi Batav. asservatur.

*I. A. a. α. \*\*. ††. Antennæ primi paris compressæ.*

PLOTOR n. g.

*Corpus relaxum, convexum.*

*Frons non prosiliens, proclivis, fornicate, scapos antennarum primi paris vix obtegens.*

*Oculi manifesti, minuti, æquati.*

*Antennæ primi paris rectæ, compressæ, mediocres; 7-articulatæ.  
Antennæ secundi paris teretiusculæ, mediocres; 8—9-articulatæ.  
Margo anticus annuli primi trunci manifesto vel profunde tri-  
sinuatus.*

*Anguli postici annularum omnium trunci valde prominuli vel  
producti.*

*Epimera subpendula, priora subtruncata, posteriora per paria  
sensim magis angustata atque acuta.*

*Pedes breviusculi, tennes, subæquales. Ungulae breviusculæ,  
crassiusculæ, subæquales.*

*Cauda ad basin obtecta. Latera annularum quinque priorum  
integra, angulis posticis productis, obtusiusculis vel acuti-  
usculis.*

*Remus interior pedum caudalium secundi paris (in utroque sexu)  
processu longo, stiliformi lateris interioris exornatus.*

*Annulus analis subcordatus. Pedes anales annulum analem  
longitudine subæquantes; remus interior quam exterior multo  
brevior.*

*Mas (junior) a femina differt:*

*forma multo angustiore;  
fronte declivi, produeta, scapos antennarum longe superante;  
oculis magnis;  
angulis posticis annularum trunci rix vel non prominulis,  
rotundatis vel obtusis;  
cauda libera.*

Hoc genus Nerocilæ iterum affine, at structura frontis  
(in femina adulta saltem), pedibus inter se subæqualibus,  
lateribusque annularum caudalium integris facile distinguendum.  
A genere Roscæ præcipue forma corporis atque frontis, epi-  
meris pedibusque differt.

Inter marem atque feminam multas indicavimus differentias,  
at hæ certe magnam partem non minus ætati juvencæ quam  
sexui attribuendæ sunt.

1. *Plotor Indus n.*

*Femina ovigera*, in evol. Virgo.

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 4—5.

Producte ellipticus, duplo longior quam latior.

Caput parvum, orbiculatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 2: 5), multo latius quam longius (5: 4), mediocriter immersum, fronte late truncata vel obscure emarginata.

Oculi parvi, rotundati, æquati, tribus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes, articulum quintum antennarum secundi paris vix superantes; 7-articulatæ, articulo ultimo evanido.

Antennæ secundi paris teretinseculæ, quam antennæ primi paris duplo angustiores, duas partes annuli primi trunci explentes; 8—9-articulatæ, articulis ternis vel quaternis ultimis minutis.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto vel profunde trisinatus, sinu medio quam sinubus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci valde prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti non prominuli, obtusi vel rotundati; annuli sexti et septimi producti, acutiusculi vel (in femina ovigera) mucronati, per paria longitudine crescentes. Anguli annuli septimi partem dimidiam lateris annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera subpendula; bina priora perlata, truncata vel rotundate truncata; quaterna posteriora lata vel angustiuscula, angulo prominulo vel producto, obtuso vel acutiusculo, per paria sensim (præsertim in femina ovigera) longitudine crescentia magisque acuta. Epimera quaterna priora angulum annuli paulum superantia; bina posteriora angulum annuli fere expletia vel paulum superantia.

Pedes subæquales. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, simplices, subæquales.

Cauda ad basin obiecta, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 3: 5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus ceteris multo longior. Anguli postici annularum quinque priorum longe producti, attenuati, apice obtuso vel acutiusculo, per paria sensim longitudine decrescentes, at magis acuti.

Annulus analis subcordatus, subæquatus, æque longus ac latus, ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior (7: 6). Pedes anales annulo anali vix longiores; remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, sublaminatus, vel (in femina ovigera) post attenuatus, apicem annuli fere explens; remus exterior ad apicem versus plus (in femina ovigera) vel minus angustatus.

Long. feminæ ovigeræ 15 m. m.

Long. virginis 13 m. m.

Color dilute cereus, maculis obscuris, in corpore medio majoribus, racemosis sparsus, vitta media angusta, manifesta, vittisque duabus lateralibus angustiusculis, evanescentibus, obscuris notatus.

### Mas junior.

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 6—7.

Productus, ter longior quam latior.

Caput magnum, subobcordatum, quam annulus quartus truncii vix duplo angustius, fere æque longum ac latum, leviter immersum, fronte producta, late rotundata.

Oculi magni, ovales vel rotundati, æquati, dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii vix superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 6-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris duplo tenuiores, quartam partem lateris annuli primi

trunci paulum superantes; 8-articulatæ, articulo ultimo minimo.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus vix profundiore.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, obtusi vel rotundati. Anguli annuli septimi minimam partem lateris annuli caudalis explentes.

Epimera pendula, latiuscula, margine postico breviter rotundato. Epimera omnia angulum annuli spatio parvo, per paria sensim paulum crescente, superantia.

Pedes subæquales. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, simplices; ungułæ paris ultimi ceteris manifesto breviores atque tenuiores.

Cauda libera, fere duplo longior quam latior (9: 17), quam truncus cum capite multo brevior (3: 4). Annulus primus quam annulus secundus multo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus ceteris multo longior. Anguli postici annulorum quinque priorum producti, obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis subcordatus, ad basin manifesto impressus, in disco atque ad latera foveolis crassiusculis ornatus, æque longus ac latus, ceteros annulos caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali longitudine æquales; remus interior quam exterior multo brevior et vix latior, angustatus, in margine interiore setis ciliatis exornatus, apicem annuli fere explens; remus exterior sublaminatus, paulum angustatus, in margine interiore setis ciliatis exornatus.

Long. 7,5 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis minutis, racemosis, atris sparsus, vitta media, perangusta, obscura notatus.

Tria exempla hujus speciei, omnia in mari Indico, 4° 30' lat. sept. 137° long. or., a nauarcho Caspersen capta et in Museo Hauniensi asservata, vidimus.

I. A. a. β. *Corpus compactum.*

\* *Latera annularum caudalium quinque priorum omnia integra.*

BRAGA n. g.

*Corpus compactum, plus vel minus robustum.*

*Frons prosiliens, declivis, fornicata, scapos antennarum obtusus.*

*Oculi manifesti, minutus, subaequali vel post paulum tumidi.*

*Antennæ primi paris rectæ, medioeres, ad basin valde distantes,  
compressiusculæ vel teretiusculæ, scapo obscure definito;  
8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris mediocres, subteretes; 8—11-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci plus vel minus manifesto  
trisinuatus.*

*Anguli postici annuli primi trunci prominuli vel paulum pro-  
minuli; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti viæ vel  
non prominuli; annuli septimi prominuli vel paulum producti.*

*Epimera involuta vel subinvoluta, paris sexti ceteris multo bre-  
viora, angulum annuli fere expletia vel paulum super-  
antia.*

*Pedes longiusculi, crassiusculi, paris ultimi ceteris paulo vel  
multo longiores. Ungulae parium sex priorum longæ, sub-  
tenues; paris septimi ceteris multo breviores atque tenuiores.  
Cauda ad basin obiecta. Latera annularum quinque priorum  
integra, angulis posticis plus vel minus prominulis, obtusis  
vel acutiusculis.*

*Remus interior pedum caudalium secundi paris integer.*

*Annulus analis breviter cordatus vel semicirculus. Pedes anales  
annulo anali plus vel minus breviores.*

*Mas latet.*

Hoc genus, habitu generi Anilocræ affine, fronte forni-  
cata, epimeris minutis, cauda brevi præcipue distinguitur.

1. *Braga nasuta* n.

Femina ovigera.

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 8—9.

Subovalis, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtriangulum, lateribus leviter emarginatis, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (8: 19), per paulo latius quam longius (12: 11), leviter immersum, fronte producta, rotundate truncata.

Oculi parvi, subrotundati, post paulum tumidi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes, articulum sextum antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiā partem lateris annuli primi trunci fere expletentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus, sinu medio leviter expresso.

Anguli postici annuli primi trunci paulum prominuli, rotundati vel obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, obtusi vel rotundati; annuli septimi vix prominuli, obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis spatio parvo non attingentes.

Epimera involuta, angustiuscula vel angustata, in obliquum rotundate truncata, per paria sensim paulo angustiora et præter par ultimum paulo longiora; epimera paris sexti præcedentibus fere duplo breviora. Epimera omnia angulum annuli paulum superantia.

Pedes paris ultimi ceteris multo longiores et manifesto tenuiores. Ungulæ parium sex priorum longæ, subtenues, paris tertii ceteris paulo tenuiores; paris ultimi reliquis multo breviores et manifesto tenuiores.

Cauda ad basin obiecta, paulo longior quam latior (6: 7), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus maximam partem obiectus; annulus se-

cundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus ceteris multo longior. Anguli postici annulorum quinque priorum paulum producti, acutiusculi vel obtusi, per paria sensim paulo breviores magisque obtusi.

Annulus analis breviter cordatus, ad basin et latera obscure impressus, sesqui latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (4: 3). Pedes anales annulo anali perpaulo breviores; remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, laminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior pone medium angustatus, apice producto.

Long. 18 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris sparsus, limbo corporis, vitta media, margineque posteriore annulorum omnium obscurioribus.

Specimen, inter navigationem Hassleri ad oras Brasiliæ captum, in Museo Cantabrigensi, Mass., asservatur.

## 2. *Braga Cichlæ n.*

Virgo.

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 10—11.

Subovalis, vix duplo longior quam latior (19: 10).

Caput mediocre, subtriangulum, lateribus manifesto emarginatis, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (2: 5), æque longum ac latum, leviter immersum, fronte longe producta, truncata.

Oculi parvi, subquadrati, æquati, dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel teretiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis vix superantes, articulum sextum antennarum secundi paris expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, tres partes lateris annuli primi truncii vix explentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncii manifesto trisinuatus, sinibus fere æque profundis.

Anguli postici annuli primi truncii non prominuli, rotundati; annuli secundi et tertii paulum prominuli, acutiusculi vel obtusiusculi; annuli quarti, quinti, sexti non prominuli, obtusi; annuli septimi paulum producti, obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli secundi caudalis vix explentes.

Epimera subinvoluta, paris primi et secundi latiuscula, truncata; paris tertii et quarti angustiuscula, truncata; paris quinti angustiuscula, margine postico rotundato; paris sexti angusta, margine postico rotundato, epimeris ceteris multo breviora. Epimera omnia angulum annuli explentia.

Pedes paris ultimi ceteris manifesto longiores et paulo tenuiores. Ungulæ parium sex priorum longæ, subtenues, paris tertii ceteris manifesto tenuiores; paris ultimi reliquis multo breviores atque tenuiores.

Cauda ad basin obtecta, multo latior quam longior (fere 4: 3), quam truncus cum capite vix duplo brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes; annulus quintus annulo quarto duplo longior. Anguli postici annularum quattuor priorum paulum prominuli, obtusi; annuli quinti paulum producti, obtusi.

Annulus analis brevissime cordatus, ad basin et latera manifesto impressus, obscure carinatus, sesqui ferme latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulo anali manifesto breviores (7: 6); remus interior quam exterior multo brevior et paulo angustior, laminatus, apicem annuli procul attinens; remus exterior angustatus, apice paulum producto.

Long. 17 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris, racemosis sparsus,

margine postico annulorum trunci vittaque media nonnihil obscurioribus.

Specimen, ad José Apu, Brasiliæ, in lingua Cichlæ sp. captum, in Museo Cantabrigensi, Mass., asservatur.

### 3. *Braga Brasiliensis n.*

#### *Femina ovigera.*

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 12—13.

Subovata, paulum sinistrorsa, longior quam latior plus sesqui (fere 7: 4)

Caput mediocre, subtriangulum, lateribus obscure emarginatæ, quam annulus quartus trunci ter angustius, vix latius quam longius, leviter immersum, fronte longe producta, breviter rotundata.

Oculi parvi, subovales, post paulum tumidi, plus quam dimidia parte latitudinis capitidis distantes (fere 6: 11).

Antennæ primi paris teretiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, dimidiam partem lateris annuli primi trunci expletæ; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus fere æque profundis.

Anguli postici annuli primi trunci prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti vix vel non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi paulum prominuli, acutiusculi vel obtusiusculi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli secundi caudalis vix attingentes.

Epimera involuta, angustiuscula vel angusta, margine postico breviter rotundato, per paria sensim latitudine decrescentia, paris ultimi ceteris multo breviora magisque obtecta. Epimera omnia angulum annuli fere explentia.

Pedes paris ultimi ceteris perpaulo longiores atque tenuiores.

Ungulæ parium sex priorum longæ, subtenues, inter se subæquales; paris ultimi mediocres, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda ad basin obtecta, paulo latior quam longior (14: 13), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine crescentes; annulus quintus quam annulus quartus fere duplo longior. Anguli postici annularum quinque priorum prominuli vel producti, obtusi vel rotundate obtusi, per paria sensim longitudine crescentes.

Annulus analis subsemicirculus, leviter carinatus atque scrobiculatus, multo latior quam longior (fere 5: 4), ceteris annulis caudalibus conjunctis duplo longior. Pedes anales annulo anali multo breviores (12: 17); remus interior quam exterior perpaulo brevior et multo latior, subovalis, apicem annuli procul attingens; remus exterior angustatus, subfalcatus.

Long. 19, 5 m. m.

Color cereus; annuli trunci maculis minutis, atris, in lineas transversas subdigestis notati.

Specimen, ad oras Brasiliæ inter navigationem Thayeri captum, in Museo Cantabrigensi, Mass., asservatur.

*I. A. a. β. \*\* Latera annularum caudalium quinque priorum plura incisa.*

### LATHRÆNA n. g.

*Corpus compactum, crassiusculum.*

*Frons procumbens, fornicata, scapos antennarum obtegens.*

*Oculi manifesti, mediocres, æquati.*

*Antennæ primi paris rectæ, mediocres, subteretes, scapo obscure definito; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris mediocres, teretes; 9-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus.*

*Anguli postici annularum sex priorum trunci vix vel non prominuli; annuli septimi longe prominuli.*

*Epimera involuta, brevia, angulum annuli paulum superantia.*

*Pedes longiusculi, crassiusculi; coxae pedum quattuor posteriorum carina instructæ. Ungulæ perlongæ vel longæ, subtenues vel tenues, paris tertii et septimi ceteris breviores atque tenuiores.*

*Cauda ad basin obtecta. Latera annularum quinque priorum bifida vel emarginata.*

*Remus interior pedum caudalium paris secundi integer.*

*Annulus analis subsemicirculus. Pedes anales annulum analem longitudine aquantes; remus interior in angulo interiore penicillo setarum exornatus.*

Hoc genus habitu medium locum inter genera Anilocræ et Livonecæ tenet, at facile fronte procumbente, fornicata, oculis minutis, manifestis, antennis teretibus, ungulis perlongis præter plurima distinguitur.

### 1. *Lathræna insidiosa n.*

Junior.

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 14—15.

Subelliptica, bis vel ter longior quam latior (12: 5).

Caput parvum, lingulatum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius, multo latius quam longius (fere 4: 3), leviter immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi mediocres, subpentagoni, æquati, dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris subteretes, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, angulum priorem annuli primi truncii paulum superantes; 9-articulatæ, articulis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi truncii manifesto trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio manifesto profundioribus.

Anguli postici annuli primi truncii vix prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi longe prominuli, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera involuta; bina priora lata, margine postico in obliquum late rotundato; quaterna posteriora angustiuscula, margine postico breviter rotundato. Epimera omnia angulum annuli paulum superantia.

Pedes longitudine subæquales; coxae quaternæ posteriores carinis per paria sensim altioribus instructæ. Ungulæ parium sex priorum, præter ungulas paris tertii, perlóngæ, subtenues; paris tertii et septimi longæ, ceteris manifesto breviores atque tenuiores, inter se subæquales.

Cauda ad basin obiecta, fere sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus partem majorem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Anguli superiores annulorum quattuor priorum subrecti, rotundati; annuli quinti paulum prominuli, obtusi. Anguli inferiores annuli primi producti, acuti; annuli quarti producti, obtusi; annuli tertii et quarti prominuli, obtuse rotundati, per paria sensim evanescentes; annuli quinti evanidi.

Annulus analis subsemicirculus, forniciatus, ad basin impressus, paulo latior quam longior (7: 6), ceteris annulis caudalibus conjunctis vix brevior. Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior paulo brevior et fere duplo latior, sublaminatus, oblique truncatus, in angulo interiore penicillo setarum senum brevium exornatus, apicem annuli longe superans; remus exterior pone medium attenuatus.

Long. 15 m. m.

Color cerens, maculis magnis, atris, racemosis sparsus, area media capitidis atque annuli primi truncis, fascia annulorum, sensim latiore, limbo antico, maculaque media annuli analis obscurioribus.

Specimen, in lingua Centengraulis edentuli Cuv., in flumine ad Santos Brasiliæ prope exitum in mare a Dom. Hofman-Bang capti, repertum, Museo Hauniensi donatum est.

*I. A. b. Frons cuneiformis.*

ANILOCRA Leach.

Anilocra Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 350.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 306.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 255.

Dana, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 747.

Canolira Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 350.

Latreille Règn. an. éd. II. IV. p. 134.

Epichthys Herklots, Arch. Néerland. V. p. 122.

*Corpus compactum, crassiusculum.*

*Frons prosiliens, declivis, cuneiformis, scapos antennarum magnam partem obtegens.*

*Oculi manifesti, parvi vel mediocres, aquati vel tumidi.*

*Antennæ primi paris sœpe fractæ, mediocres, plus vel minus compressæ, parte inferiore frontis discretæ, scapo plus vel minus manifesto definito; sœpissime 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris mediocres, plus vel minus compressæ; 8—11-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci plus vel minus manifesto trisinuatus.*

*Anguli postici annuli primi trunci sœpissime paulum vel vix prominuli, interdum producti; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti vix vel non prominuli; annuli septimi prominuli vel producti.*

*Epimera pendula vel subpendula, priora angulum annuli sapsime fere explentia vel brevi spatio non attingentia, interdum eundem longe superantia, posteriora angulum annuli spatio majore vel minore non attingentia.*

*Pedes breviusculi vel longiusculi, subtenues, per paria longitudo crescentes, paris ultimi ceteris saepe abrupte longiores. Ungulæ saepissime longæ vel perlongæ, interdum in medio inflatae vel ad basin constrictæ.*

*Cauda ad basin obtecta. Latera annulorum priorum integra vel obscure emarginata, posteriorum per paria profundius marginata vel incisa.*

*Annulus analis forma varians. Pedes anales annulo anali saepius plus vel minus longiores; remus interior quam exterior saepius brevior.*

*Mas a femina differt:*

*pedibus paris ultimi quam celeris abrupte longioribus, coxis parium quattuor posteriorum carina instructis; articulo ultimo pedum paris quarti, quinti, sexti in latere interiore processu dentiformi instructo; remo interiore pedum caudalium paris secundi processu stili-formi armato.*

Clarissimus Milne Edwards genera Anilocræ atque Canoliræ jam conjunxit (l. c.), recte judicans, characteres, quibus Leach ea se junxit, vilis vel nimis parvi ponderis esse. Cl. Herklots, quum novam speciem, *A. giganteam*, divulgavit, eam typum novi generis, *Epichthyis*, fecit, at præter staturam giganteam nullum characterem essentialēm hæc species præbet, neque ulla modo ab *A. leptosomate* atque *A. longicauda longius* discedit. Tamen bene animadvertisendum est, larvam *A. giganteæ* non solum a larvis specierum aliarum Anilocridarum, sed etiam a larva *A. leptosomatis* valde differre.

Frons cuneiformis, parte media lateris inferioris æquata, antennas secernente.

Oculi manifesti, aut æquati, aut majorem vel minorem partem, præcipue tamen post, tumidi.

Antennæ primi paris sæpe fractæ, qua re scapus bene definitus fit; sæpe etiam scapus manifesto vel multo magis dilatatus quam flagellus est. Numerus articulorum fere semper octo, attamen etiam articulos septem (A. Atlanticæ) inventimus.

Numerus articulorum antennarum secundi paris inter octo et undecim variat, at sæpiissime tamen novem articuli exstant.

Margo anticus annuli primi trunci sæpiissime manifesto trisinuatus, tamen nullo modo tam profunde quam in gen. Nerocilæ, atque interdum margo potius sinuatus quam trisinuatus æstimandus est (A. leptosomati et A. coxali).

Epimera sæpiissime brevia vel brevissima; priora angulum annuli sæpiissime vix attingentia vel fere explentia, interdum angulum annuli plus vel minus superantia (A. giganteæ, A. rhodotæniæ, A. Atlanticæ); posteriora angulum annuli nunquam explentia, sæpe spatio magno non attingentia, spatio in annulo quinto et sexto trunci semper magno vel permagno.

Pedes per paria plus vel minus longitudine crescentes; parium sex priorum interdum tamen (A. physodi) subæquales; paris quinti et sexti sæpius præcedentibus paulo, rarius multo longiores; paris ultimi ceteris semper manifesto vel multo longiores, sæpe abrupte multo vel valde longiores. Coxæ pedum parium quattuor posteriorum interdum carina, per paria sensim altiore, simplici (A. australi) vel in cornu dentemve desinente (A. giganteæ et A. coxali) instructæ. Ungulæ sæpiissime longiusculæ, longæ vel perlóngæ, interdum breves (A. giganteæ) vel breviusculæ, aut simplices aut in medio inflatæ vel ad basin constrictæ (A. leptosomati, A. dimidiata, A. Atlanticæ), sæpius per paria ante et post breviores.

*Conspectus systematicus specierum.*

I. Antennæ primi paris fractæ.

A. Coxæ parium quattuor posteriorum carinatæ.

1. *Gigantea.*

B. Coxæ simplices.

a. Ungulæ parium quattuor priorum in medio inflatæ.

2. *Leptosoma.* 3. *Dimidiata.*

b. Ungulæ simplices.

4. *Longicauda.* 5. *Amboinensis.*

II. Antennæ rectæ.

A. Coxæ parium quattuor posteriorum carinatæ.

6. *Coxalis.* 7. *Australis.*

B. Coxæ simplices.

a. Remus interior atque exterior pedum analium longitudine subæquales.

α. Ungulæ paris secundi, tertii, quarti in medio inflatæ.

8. *Atlantica.*

β. Ungulæ simplices.

9. *Rhodotænia.* 10. *Laticauda.*

b. Remus interior pedum analium quam exterior multo brevior.

11. *Physodes.* 12. *Frontalis.*

13. *Plebeia.* 14. *Capensis.*

*I. Antennæ primi paris fractæ.**A. Coxæ parium quattuor posteriorum carinatae.**1. Anilocra gigantea.*

*Epichthys gigantea* Herklots, Arch. Néerland. V. p. 122. t.  
V. f. 1—9.

*Femina ovigera.*

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 1.

Producte ovata, ter longior quam latior.

Caput mediocre, subhexagonum, quam annulus quartus truncis  
bis vel ter angustius (11: 29), manifesto latius quam  
longius (fere 7: 6), profunde immersum, fronte producta,  
lateribus emarginatis, ante truncata.

Oculi mediocres, subovales, latera capitis procul attingentes,  
tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris fractæ, scapo dilatato, flagello com-  
presso, dimidiam partem lateris annuli primi trunci paulum  
superantes, articulum quintum antennarum secundi paris  
superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris ad antennas primi paris subaccommo-  
datae, dilatatae, quam scapus antennarum primi paris  
multo latiores, articulo decimo (decurtato) epimerum  
primum superantes; 10-articulatæ (?).

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinu  
medio quam sinubus lateralibus multo profundiore.

Anguli postici annuli primi trunci paulum prominuli, rotun-  
dati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non pro-  
minuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi manifesto  
prominuli, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi duas  
partes lateris annuli primi caudalis explentes.

Epimera pendula; paris primi et secundi lata, pone medium  
angustata, rotundate truncata; paris tertii latiuscula, pone  
medium angustata, truncata; paris quarti, quinti, sexti  
angustiuscula, pone medium angustata, apice acutiuscula

vel per paria magis obtusa. Epimera paris primi et secundi angulum annuli longe superantia; paris tertii angulum annuli explentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli procul attingentia.

Pedes paris ultimi ceteris multo longiores et paulo tenuiores; coxae parium quattuor posteriorum per paria sensim latiores, angulo interiore carinæ sensim magis recurvate producto. Ungulæ breves, crassæ, per paria ante et post paulo breviores atque tenuiores.

Cauda ad basin obiecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus maximam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Latera annuli primi et secundi marginata, excavata, angulis posticis prominulis, rotundatis; annuli tertii marginata, excavata, angulis posticis truncatis vel obscure emarginatis; annuli quarti marginata, excavata, angulis posticis profunde incisis; annuli quinti simplicia, angulis posticis peralte incisis.

Annulus analis producte lingulatus, ad basin et latera profunde impressus, ante manifesto carinatus, sesqui longior quam latior, ceteris annulis caudalibus conjunctis fere duplo longior (24: 13). Pedes anales annulo anali paulo longiores (9: 8); remus interior quam exterior multo longior et paulo latior, laminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior ex æquo distortus, subfalcatus.

Long. 83 m. m.

Color cereus, immaculatus.

#### *Pullus stadii secundi.*

Tab. VII. (Cym. XIV.) Fig. 16.

Producta, ante in rhombum dilatata, vix ter longior quam latior (49: 17), supra in annulis truncis seriebus quinque, media duplice, foveolarum minutarum ornata.

Caput magnum, subtriangulum, lateribus leviter emarginatis,

quam annulus quartus truncii sesqui angustius, quam annulus tertius plus duplo angustius, sesqui latius quam longius, vix immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi magni, ovales, granulosi, duabus quintis partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennae primi paris obscure fractæ, compressiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii articulo ultimo superantes, articulum septimum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, epimerum primum fere expletentes; 13-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii leviter sinuatus vel obscure trisinuatus.

Anguli postici annularum truncii non prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi angulum priorem annuli primi caudalis vix superantes.

Epimera subpendula; bina priora longa, lata vel latiuscula, in obliquum rotundate truncata; terma posteriora brevia, angustiuscula, margine postico breviter rotundato vel in obliquum producto. Epimera omnia angulum annuli fere explentia.

Pedes subglabri, parium trium priorum longi vel perlongi, per paria sensim longitudine crescentes tenuioresque; parium trium posteriorum longi, tenues, longitudine subæquales. Ungulæ parium trium priorum longæ vel perlongæ, valde incurvæ, tenues, per paria sensim longitudine valde crescentes; parium trium posteriorum mediocres, tenues, longitudine subæquales.

Cauda libera, bis vel ter longior quam latior (5: 2), quam truncus cum capite multo brevior (4: 5). Annulus primus quam annulus ultimus truncii paulo longior; annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Latera annularum trium priorum excavata, obscure marginata, angulis posticis rotundatis; annuli quarti et quinti excavata, obscure marginata, angulis posticis per paria profundius emarginatis vel incisis.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin profunde impressus, margine posteriore obscure crenulato, manifesto longior quam latior (7: 6), ceteros annulos anales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo plus quam sesqui longiores (13: 8); remus interior quam exterior paulo longior et vix latior, productus, angustatus, in apice et lateribus manifesto crenulatus, setis ciliatis obsitus, apicem annuli perlonge superans; remus exterior productus, laminatus, in apice latereque interiore manifesto crenulatus, setis ciliatis obsitus.

Long. 4,6 m. m.

Color cereus, capiti limboque corporis obscurior.

Specimen delineatum Herklotsii, ex Archipelago Indico (?) missum atque in Museo Lugdunensi Batav. asservatum, majus est (86 m. m.) quam exemplum nobis a Museo Lugd. missum et hic investigatum atque delineatum. Pulli e bursa feminæ non prompti, sed sub hoc nomine a Museo Lugd. nobis communicati sunt; tamen nulla de indicio allato dubitandi nobis causa fuit (cfr. Herklots, l. c., p. 126).

Feminæ adultæ processus longus, acutus remi interioris pedum caudalium paris secundi adest. Numerus articulorum antennarum secundi paris feminæ ovigeræ etiam a Herklots decem indicatur, at in pullo numerus major est (13), quamobrem hic numerus etiam feminæ adultæ verisimilior; in specimine a nobis investigato articulus decimus decurtatus erat (antennaque altera magis mutilata).

*I. B. Coxæ simplices.**a. Ungulæ parium quattuor priorum in medio inflatæ.**2. Anilocra leptosoma.*

*Anilocra leptosoma* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 30. t. I. f. 6, 6a—6b.

*Anilocra alloceræa* Koelbel, Neu. Cym. p. 7. t. II. f. 1a—1e.

Femina ovigera.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 2—3.

Producte elliptica, ter vel quater longior quam latior (fere 10: 3).

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (3: 7), multo latius quam longius (5: 4), leviter immersum, fronte producta, lateribus emarginatis, ante rotundate truncata.

Oculi mediocres, subpentagoni, post manifesto tumidi, fere tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris fractæ, scapo dilatato, flagello compresso, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris scapo dilatato (articulo primo inflato), flagello compresso, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum posticum annuli primi trunci articulo ultimo superantes; 10-articulatæ (?).

Margo anticus annuli primi trunci ad latera leviter sinuatus.

Anguli postici annularum sex priorum trunci non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi paulum prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi fere dimidiam partem lateris annuli primi caudalis explentes.

Epimera subpendula; paris primi et secundi lata, pone medium angustata, obtusa; paris tertii latiuscula, pone medium angustata, obtusiuscula; paris quarti, quinti, sexti angusta vel perangusta, margine postico breviter rotundato. Epi-

mera bina priora angulum annuli fere expletia; quaterna posteriora angulum annuli spatio magno, per paria ante et post descrescente, non attingentia.

Pedes parium quattuor priorum per paria sensim paulo longiores, parium trium posteriorum per paria sensim valde longiores. Ungulæ parium quattuor priorum perlongæ, tenues, bisulcatae, pone medium in nodos binos vel ternos inflatae; parium trium posteriorum longæ, compressæ, tenues, simplices, inter se subæquales.

Cauda ad basin obtecta, fere duplo longior quam latior (9: 5), quam truncus cum capite fere duplo brevior (9: 17). Annulus primus magnam partem obtectus, quam annulus secundus multo brevior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine per paulum decrescentes. Latera annulorum quinque priorum rotundata, obscure marginata, angulis posticis annulorum priorum rotundatis, posteriorum sensim latius truncatis vel obscure emarginatis.

Annulus analis producte subcordatus, lateribus elevatis, obscure carinatus, multo longior quam latior (5: 4), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales annulum analem longitudine æquantes; remus interior quam exterior paulo longior atque latior, laminatus, in latere interiore post ciliatus, apicem annuli longe superans; remus exterior pone medium angustatus, obtusus.

Long. 23—33,5 m. m.

Color flavus, maculis majusculis, racemosis, atris, in plagam medium corporis arctius digestis ornatus.

### Pullus stadii primi.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 4.

Producte ovata, ter quaterve longior quam latior (13: 4).

Caput permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncis sesqui angustius, multo latius quam longius (5: 4), sub-

liberum, fronte paulum producta, late rotundata vel rotundate truncata.

Oculi magni, pyriformes, subæquati, fere duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci spatio parvo non attingentes, dimidiam partem articuli octavi antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula; bina priora latiuscula, margine postico late rotundato; terna posteriora angustiuscula, pone medium angustata, obtusa. Epimera bina priora angulum annuli explentia; terna posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes inter se subæquales. Ungulæ mediocres, crassiusculæ, inter se subæquales.

Cauda libera, fere duplo longior quam latior, quam truncus cum capite manifesto brevior (fere 6: 7). Annulus primus annulo ultimo trunci manifesto longior; annulorum quinque priorum inter se longitudine subæquales. Latera annulorum quinque priorum late rotundata.

Annulus analis lingulatus, æquatus, in margine nodulis dentiformibus dense obsitus, æque longus ac latus, ceteris annulis caudalibus conjunctis plus sesqui brevior (fere 3: 5). Pedes anales annulo anali vix longiores; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, subovalis, in margine nodulis obscuris sparse obsitus, apicem annuli paulum superans; remus exterior laminatus, in margine interiore nodulis evanidis sparse obsitus.

Long. 3,5 m. m.

Color albidus, maculis atris, sparsis, in lineas transversas digestis ornatus.

Specimina typica quum A. leptosomatis Blk. tum A. allocerææ Koelb. a nobis comparata sunt, neque inter ea ullum discrimen majoris ponderis reperiri nobis contigit; solummodo angulos articuli tertii antennarum primi paris in A. allocerææ quam in A. leptosomate magis productos invenimus.

Mare Indicum habitat. Sex exempla feminæ ovigeræ vidi mus, quorum unum ad Sumatram (A. allocerææ, Mus. Vindob.), secundum ad Bataviam (A. leptosoma, Mus. Lugdun. Batav.), ceteraque ad Ins. Philippin. (Marineles, Semper, Mus. Goting.; Salmin, Mus. Holm.) reperta sunt.

### 3. *Anilocra dimidiata.*

*Anilocra dimidiata* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 31. t. II. f. 10—10a.

Femina ovigera.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 5—6.

Elliptica, plus vel minus dextrorsa, vix ter longior quam lator (20: 7).

Caput magnum vel mediocre, subtriangulum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (11: 26), multo latius quam longius (10: 7), leviter immersum, fronte producta, lateribus rotundatis, ante late rotundata.

Oculi mediocres, subovales, tumidi, duabus quintis partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris manifesto fractæ, compressæ vel dilatatae, angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, dimidiam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris paulo latiores, epimerum primum explentes; 9-articulatæ, articulo primo magno, inflato.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio valde profundioribus.

Anguli postici annulorum sex priorum truncii vix vel non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi plus vel minus prominuli, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi fere dimidiam partem lateris annuli primi caudalis explentes.

Epimera suspendula; bina priora perlata, margine postico late rotundato; quaterna posteriora angustiuscula vel angusta, per paria sensim latitudine decrescentia, margine postico breviter rotundato. Epimera prima angulum annuli explentia; quina posteriora angulum annuli spatio magno, per paria ante et post decrescente, non attingentia.

Pedes parium quattuor priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris quinti et sexti per paria longitudine multum crescentes; paris septimi ceteris abrupte longiores et paulo tenuiores. Ungulæ parium quattuor priorum perlongæ, tenues, in medio in nodum inflatæ; parium trium posteriorum longæ, tenues, simplices, per paria sensim longitudine paulum decrescentes.

Cauda ad basin obtecta, vix duplo longior quam latior (15: 8), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus semiobtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine paulum crescentes. Latera annuli primi obscure marginata, excavata, rotundata; annuli secundi et tertii obscure marginata, excavata, truncata vel obscure emarginata; annuli quarti obscure marginata, excavata, manifesto emarginata; annuli quinti profunde, angulate incisa, angulo superiore producto, acuto, recurvo.

Annulus analis producte lingulatus, lateribus elevatis, obscure carinatus, manifesto longior quam latior (7: 6), ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulo anali paulo breviores (9: 10); remus interior quam exterior vix longior et paulo latior, laminatus, paulum falcatus, apicem annuli fere explens; remus exterior laminatus, subfalcatus.

Long. 25—26,5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, atris sparsus, lateri alteri obscurior.

Mare Indicum, prope Bataviam, habitat (cf. Bleeker, l. c. p. 32). Septem exempla, quorum duo nomine Bleekeri signata, nobis a Museo Lugdun. Batav. investiganda missa sunt.

*I. B. b. Ungulae simplices.*

4. *Anilocra longicauda n.*

Femina ovigera. Virgo.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 7.

Producte ovalis, paulum dextrorsa vel sinistrorsa, ter quaterve longior quam latior (25: 7).

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncus plus duplo angustius (7: 15), multo latius quam longius (6: 5), leviter immersum, fronte producta, lateribus emarginatis, ante rotundate truncata.

Oculi parvi, subovales, post paulum tumidi, dimidia parte latitudinis capitum distantes.

Antennae primi paris obscure fractae, dilatatae, angulum priorem annuli primi truncus articulo ultimo pene superantes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatae.

Antennae secundi paris dilatatae, scapo antennis primi paris manifesto latiore, angulum posticum annuli primi trunci articulo ultimo superantes; 10-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio manifesto profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci manifesto prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, obtusi vel rotundati; annuli septimi manifesto prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi partem majorem lateris annuli primi caudalis explentes.

Epimera subpendula; paris primi et secundi lata vel perlata, pone medium angustata, margine postico rotundato vel XIII.

in angulum producto; paris tertii angustiuscula, pone medium angustata, margine postico in angulum producto; paris quarti, quinti, sexti angusta, angulo postico involuto, producto, breviter rotundato. Epimera bina priora angulum annuli fere expletia; quaterna posteriora spatio magno, per paria ante et post decrescente, angulum annuli non attingentia.

Pedes parium quattuor priorum per paria sensim paulo longiores, parium trium posteriorum per paria sensim valde longiores. Ungulae parium sex priorum longiusculæ, compressæ, crassiusculæ, paris ultimi longæ, compressiusculæ, ceteris longiores, subtenues.

Cauda ad basin obtecta, duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (4: 5). Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Latera annuli primi, secundi, tertii dilatate rotundata, obscure truncata; annuli quarti dilatata rotundata, manifesto emarginata; annuli quinti profunde angulate emarginata.

Annulus analis producte lingulatus, ad basin et latera impressus, ante manifesto carinatus, multo longior quam latior (4: 3), ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior vix brevior et paulo latior, sublaminatus, margine interiore glabro, apicem annuli fere explens; remus exterior pone medium angustatus, obtusus.

Long. feminæ ovigeræ 41—43,5 m. m.

Long. virginis 31—37,5 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis linearibus, minutis vel majoribus, racemosis, atris, crebris sparsus, lateri alteri obscurior.

### Mas junior.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 8.

Producta, paulum sinistrorsa, quater longior quam latior, serie recta foveolarum, simplici vel duplice, in trunco ornata.

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncis multo angustius (9: 13), multo latius quam longius (fere 4: 3), leviter immersum, fronte paulum producta, lateribus emarginatis, ante obscure marginata et breviter rotundata.

Oculi magni, subpentagoni, obscure granulosi, fere tertia parte latitudinis capitis distantes (3: 10).

Antennæ primi paris rectæ, dilatatae vel compressæ, angulum priorem annuli primi truncis procul attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, angulum posticum annuli primi truncis procul attingentes; 10-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncis sinuatus vel perobscure trisinuatus.

Anguli postici annuli primi truncis manifesto prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, obtusi vel rotundati; annuli septimi obscure prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi partem minorem lateris annuli primi caudalis expletentes.

Epimera subpendula; bina priora lata, pone medium angustata, obtusa; quaterna posteriora angustiuscula vel angusta, per paria latitudine decrescentia, angulo postico producto, breviter rotundato. Epimera bina priora angulum annuli fere expletia; quaterna posteriora angulum annuli spatio magno, ante et post per paria decrescente, non attingentia.

Pedes parium quattuor priorum per paria sensim paulo longiores; parium trium posteriorum per paria sensim valde longiores. Ungulae parium sex priorum longiusculæ, compressæ, crassiusculæ; paris ultimi longæ, compressiusculæ, subtenues.

Cauda ad basin obiecta, bis vel ter longior quam latior (fere 5: 2), quam truncus cum capite multo brevior (3: 4). Annulus primus majorem partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Latera annuli primi, secundi, tertii vix dilatata, rotun-

data; annuli quarti rotundata, oblique truncata; annuli quinti angulate emarginata.

Annulus analis producte lingulatus, ad basin et latera impressus, obscure carinatus, sesqui longior quam latior, ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior vix brevior et paulo latior, in margine interiore perobscure ciliatus, apicem annuli fere explens; remus exterior pone medium paulum angustatus, obtusus.

Long. 15 m. m.

Color cereus, maculis minutis, linearibus vel racemosis, obscuris sparsos.

Mari (nec feminæ) processus longus, stiliformis remi interioris pedum caudalium paris secundi adest.

Exempla quinque e mari Indico relata vidimus, quorum tria, ad Sincapore inventa, in capite piscis affixa, a nauarcho Koch Museo Hauniensi donata sunt; duo, ad Pulo Candore a Dom. Germain captata, nunc in Museo Parisiensi asservantur.

### 5. *Anilocra Amboinensis* n.

Femina ovigera.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 9.

Subovalis, manifesto dextrorsa, fere duplo longior quam latior, in lateribus annulorum trunci carinulis pluribus plus vel minus manifestis ornata.

Caput parvum vel mediocre, subtriangulum, quam annulus quartus trunci ter quaterve angustius (3: 11), multo latius quam longius (fere 4: 3), mediocriter immersum, fronte paulum producta, lateribus rotundatis, ante rotundate truncata.

Oculi parvi, subovales tumidi, vix dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris obscure fractæ, dilatatae, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes, dimidiam partem articuli sexti antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris dilatatae, quam antennæ primi paris paulo latiores, duas partes lateris annuli primi trunci explentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci excavati, valde prominuli, rotundate obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti paulum vel vix prominuli, per paria sensim minus prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi paulum producti, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis spatio majore vel minore non attingentes.

Epimera pendula; bina priora perlata, pone medium angustata, latius rotundate truncata; quaterna posteriora latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia et magis angustata, acutiuscula vel obtusiuscula. Epimera prima angulum annuli expletia; quina posteriora angulum annuli spatio magno, per paria ante et post decrescente, non attingentia.

Pedes parium quattuor priorum longitudine subæquales; paris quinti et sexti per paria paulo longiores; paris septimi ceteris valde longiores et tenuiores. Ungulæ longæ; paris primi, secundi, tertii crassiusculæ, compressiusculæ; paris quarti, quinti, sexti per paria sensim per paulo breviores atque tenuiores; paris septimi præcedentibus manifesto longiores, subtenues.

Cauda ad basin obiecta, multo longior quam latior (4: 3), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus maximam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim per paulum longitudine crescentes; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Latera annuli

primi obscure marginata atque excavata, rotundate obtusa; annuli secundi, tertii, quarti obscure marginata, excavata, truncata vel emarginata, per paria sensim profundius emarginata; annuli quinti profunde, angulate incisa.

Annulus analis brevissime lingulatus, ad basin manifesto impressus, in longitudinem obscure sulcatus, perobscure foveolatus, multo latior quam longior (5: 4), ceteris annulis caudalibus conjunctis vix duplo longior (16: 9). Pedes anales annulo anali manifesto breviores (9: 11); remus interior quam exterior paulo longior atque latior, laminatus, paulum falcatus, apicem annuli procul attinens; remus exterior laminatus, falcatus.

Long. 31,5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, racemosis, obscuris, creberrimis dispersus, lateri alteri dilutior.

Specimen, ad insulam Amboinam captum (Dom. Ludeking), in Museo Lugdun. Batav. asservatur.

Carinulæ laterales annulorum trunci in annulo quinto et sexto manifestiores atque plures (senæ vel septenæ) quam in annulis ceteris.

## *II. Antennæ rectæ.*

*A. Coxæ parium quatuor posteriorum carinatae.*

6. *Anilocra coxalis n.*

Virgo.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 10.

Productæ elliptica, bis vel ter longior quam latior (5: 2).

Caput mediocre vel magnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci plus quam duplo angustius (7: 15), latius quam longius plus sesqui (8: 5), leviter immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi mediocres, subpentagoni, subæquati, plus dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, dilatatae vel compressæ, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, dimidiam partem articuli sexti antennarum secundi paris explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, quinque partes lateris annuli primi trunci explentes; 10-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel perobscure trisinnatus.

Anguli postici annularum sex priorum trunci plus vel minus prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi longe prominuli, rotundate obtusi. Anguli postici annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis spatio parvo non attingentes.

Epimera subpendula; bina priora lata, margine postico in angulum obtusum producto; quaterna posteriora latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, margine postico breviter rotundato. Epimera bina priora angulum annuli fere explentia; quaterna posteriora angulum spatio magno, per paria ante et post decrescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim paulum longitudine crescentes; paris ultimi ceteris valde, abrupte longiores et paulo tenuiores; coxæ parium quattuor posteriorum carina in angulum acutum, dentiformem, per paria sensim magis productum exeunte instructæ. Ungulæ paris primi longæ, crassiusculæ; paris secundi, tertii, quarti longæ vel perlongæ, crassiusculæ, longitudine subæquales; paris quinti, sexti, septimi longæ, crassiusculæ, per paria sensim longitudine paulum decrescentes.

Cauda ad basin obtecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Latera annularum quattuor

priorum paulum rotundate dilatata, excavata, vix marginata, rotundate truncata; annuli quinti profunde incisa, angulo superiore producto, acuto, paulum curvato.

Annulus analis subcordatus, ad basin impressus, subæquatus, manifesto longior quam latior (10: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulo anali manifesto breviores (9: 10); remus interior quam exterior paulo longior atque latior, laminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior laminatus, paulum falcatus.

Long. 22 m. m.

Color cereus, immaculatus.

Specimen ad Zanzibar captum esse a Salmin, mercatore, indicatur (Mus. Holm.).

### 7. *Anilocra australis* n.

Femina ovigera.

Tab. VIII. (Cym. XV.) Fig. 11.

Producte elliptica, bis vel ter longior quam latior (11: 4).

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncis vel ter angustius (2: 5), manifesto latius quam longius (10: 9), mediocriter immersum, fronte longe procta, lateribus emarginatis, ante late, rotundate truncata. Oculi mediocres, ovales, tumidi, tribus quintis partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, dilatatae vel compressæ, angulum priorem annuli primi trunci non attingentes, dimidiam partem articuli quinti antennarum secundi paris explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris dilatatae, quam antennæ primi paris paulo latiores, duas partes lateris annuli primi trunci explentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, simibus lateribus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci paulum prominuli, excavati, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti vix vel non prominuli, post excavati, obtusi vel rotundati; annuli septimi valde prominuli, in formam cochlearis excavati. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis perpaulum superantes.

Epimera pendula, angustiuscula, latitudine subæqualia, margine posteriore breviter rotundato. Epimera paris primi et secundi angulum annuli fere expletia; paris tertii angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno, subæquali, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris multo longiores et paulo tenuiores; coxae parium quattuor posteriorum carina per paria sensim multo altiore instructæ. Ungulae parium sex priorum breviusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales; paris septimi breviusculæ, subtenues.

Cauda ad basin lateribus obiecta, longior quam latior plus sesqui (5: 3), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Latera annuli primi, secundi, tertii leviter rotundata dilatata excavata, marginata, oblique truncata vel (posteriora) obscure emarginata; annuli quarti et quinti leviter rotundata dilatata, excavata, marginata, per paria profundius, angulate emarginata.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, obscure carinatus, æque longus ac latus, ceteris annulis candalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales annulo anali multo longiores (7: 6); remus interior quam exterior valde brevior et paulo latior, paulum angustatus, sublaminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior obtusus, falcatus.

Long. 39 m. m.

De colore nihil constat.

Specimen, ad oras Novæ-Caledoniæ captum, in Museo  
Parisiensi asservatur.

*H. B. Coxæ simplices.*

*a. Remus interior atque exterior pedum analium longitudine  
subæquales.*

*a. Ungula paris secundi, tertii, quarti in medio inflatae.*

*8. Anilocra Atlantica.*

Virgo.

Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 1.

Elliptica, manifesto dextrorsa, bis vel ter longior quam latior  
(25: 9).

Caput mediocre, subtriangulum, quam annulus quartus truncis  
bis vel ter angustius (3: 8), multo latius quam longius  
(5: 4), obscure immersum, fronte ante breviter rotundata.

Oculi parvi, subovales, post subtumidi, fere duabus partibus  
latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ vel dilatatae, angulum  
priorem annuli primi truncis vix attingentes, articulum  
quintum antennarum secundi paris paulum superantes;  
7-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ vel dilatatae, quam antennæ  
primi paris paulo latores, dimidiam partem lateris annuli  
primi truncis explentes; 8-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci minus manifesto trisinuatus,  
sinu medio quam sinubus lateralibus paulo profundiore.

Anguli postici annulorum sex priorum truncis vix vel non  
prominuli, obtusi vel rotundati; annuli septimi longe pro-  
minuli, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi dimidiam  
partem lateris annuli primi caudalis fere explentes.

Epimera subpendula; bina priora lata, margine postico late rotundato; quaterna posteriora latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, margine postico breviter rotundato. Epimera bina priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria decrescente, superantia; quaterna posteriora angulum annuli spatio magno, per paria ante et post decrescente, non attinentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim, paulum vel manifesto, longitudine crescentes; paris ultimi ceteris multo longiores, sed vix tenuiores. Ungulæ paris primi breviusculæ, crassiusculæ; paris secundi, tertii, quarti longæ vel perlongæ, tenuiores, in nodum medium, parvum inflatæ, longitudine subæquales; paris quinti, sexti, septimi breviusculæ vel longæ, tenuiores, longitudine subæquales.

Cauda ad basin obtecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite fere duplo brevior. Annulus primus partem majorem obtectus; annulus secundus quam tertius per paulo longior: annulus tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Latera annularum quinque priorum paulum rotundate dilatata, excavata, vix marginata, obscure vel per paria sensim manifestius emarginata.

Annulus analis producte lingulatus, ad basin impressus, subæquatus, paulo longior quam latior (8: 7), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales annulo anali paulo breviores (7: 8); remus interior quam exterior paulo longior atque latior, sublaminatus, apicem annuli procul attingens; remus exterior pone medium angustatus, obtusus, subfalcatus.

Long. 24 m. m.

Color cereus, maculis minutis, racemosis, obscuris, creberimis sparsus, lateri alteri dilutior.

Specimen, in mari Atlantico, a nauarcho Myhre captum, Museo Hauniensi a Dom. J. Collin donatum est.

*H. B. a. β. Ungulae simplices.*

9. *Anilocra rhodotænia.*

*Anilocra rhodotænia* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 32. t. I. f. 7.

*Femina ovigera.*

Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 2.

Ovata, leviter dextrorsa, bis vel ter longior quam latior (20: 9), in lateribus annulorum trunci seriebus transversis foveolarum obscurarum notata.

Caput parvum vel mediocre, triangulum, quam annulus quartus trunci ter quaterve angustius (3: 10), multo latius quam longius (5: 4), mediocriter immersum, fronte ante breviter rotundata.

Oculi parvi, subovales vel rotundati, tumidi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes, dimidiam partem articuli sexti antennarum secundi paris expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ vel dilatatae, quam antennæ primi paris paulo latiores, angulum posticum annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio multo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci manifesto prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti vix prominuli, rotundati; annuli septimi valde prominuli, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis spatio minore non attingentes.

Epimera subpendula; bina priora lata, pone medium angusta, obtusa; quaterna posteriora latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, oblique truncata, angulo postico producto, rotundate obtuso, per

paria sensim longitudine decrescente. Epimera paris primi angulum annuli manifesto vel longe superantia; paris secundi angulum annuli spatio minore non attingentia; paris tertii, quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno, per paria ante et post decrescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum vel per paulum crescentes; paris ultimi ceteris multo longiores, at vix tenuiores. Ungulæ parium quinque priorum longæ, crassiusculæ, compressæ, longitudine subæquales; paris sexti longiusculæ, tenuiores, compressiusculæ; paris septimi longæ vel per longæ, tenuiores, compressiusculæ.

Cauda ad basin obtecta, multo longior quam latior (10: 7), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Latera annulorum quattuor priorum rotundate dilatata, excavata, vix marginata, oblique truncata vel per paria sensim profundius emarginata; annuli quinti profunde emarginata, angulo superiore producto, acuto.

Annulus analis rotundatus, ad basin impressus, subæquatus, fere æque longus ac latus, ceteris annulis caudalibus conjunctis fere duplo longior. Pedes anales annulo anali paulo breviores (10: 11); remus interior quam exterior per paulo longior atque latior, laminatus, paulum falcatus, marginem posticum annuli vix explens; remus exterior pone medium angustatus, obtusus, subfalcatus.

Long. 31 m. m.

Color flavus, margine postico annulorum trunci annulique caudalis cum margine antico medio annuli primi trunci obscuris.

Specimen examinatum ad insulam Amboinam captum est (Dom. Ludeking, Mus. Lugdun. Batav.).

10. *Anilocra laticauda.*

*Anilocra laticauda* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 259.  
*Anilocra Mexicana* de Saussure, Rev. Mag. Zool. 1857. p. 505.  
*Anilocra Leachii* (Krøyer) Schiødte, Naturh. Tidsskr. III. R. IV. p. 184. t. XI. f. 2a—2g.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 1.

Elliptica, sæpiissime leviter dextrorsa vel sinistrorsa, bis vel ter longior quam latior (8: 3).

Caput mediocre vel magnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci ter angustius, multo latius quam longius (4: 3), vix immersum, fronte paulum producta, lateribus sinuatis, ante truncata vel rotundate truncata.

Oculi mediocres, subovales, post subtumidi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris subrectæ, scapo dilatato, flagello compresso, angulum priorem annuli primi trunci non attingentes, dimidiam partem articuli sexti antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris dilatatae, quam antennæ primi paris paulo latiores, angulum posticum annuli primi trunci non attingentes; (9) 10-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annulorum quinque priorum trunci vix vel non prominuli, obtusi vel rotundati; annuli sexti et septimi plus vel minus prominuli, excavati, auriculati, per paria angustiores magisque producti. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis procul attingentes.

Epimera subpendula; paris primi et secundi lata vel perlata, margine postico in obliquum late rotundato; paris tertii lata, pone medium angustata, obtusa; paris quarti, quinti, sexti angustiuscula vel angusta, per paria sensim latitu-

dine paulum decrementia, oblique truncata, angulo postico acutiusculo. Epimera bina priora angulum annuli expletia; quaterna posteriora angulum annuli spatio magno, per paria ante et post decrementem, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris abrupte valde longiores et manifesto tenuiores. Ungulæ paris primi longiusculæ, crassiusculæ; parium sex posteriorum longæ, crassiusculæ, longitudine subæquales.

Cauda ad basin obtecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales vel sensim per paulum crescentes. Latera annuli primi producta, breviter rotundata; annuli secundi, tertii, quarti paulum rotundata dilatata, profunde excavata, manifesto marginata, obscure vel (posteriora) manifesto emarginata; annuli quinti profunde emarginata.

Annulus analis subrotundatus vel subcordatus, ad basin impressus, subæquatus, latitudine varians (æque longus ac latus vel manifesto longior quam latior), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (7: 5). Pedes anales annulo anali multo breviores (5: 6); remus interior quam exterior vix (rarissime multo) longior et multo latior, pone medium paulum angustatus, sublaminatus, apicem annuli non attingens; remus exterior paulum excavatus, falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 23—42 m. m.

Long. virginis 17—38 m. m.

Color flavus, immaculatus vel maculis minutis, racemosis, creberrimis plus vel minus obscuratus.

## Pullus stadii secundi.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 2.

Producte obovata, quater longior quam latior, cauda seriebus tribus, duplicibus, foveolarum ornata.

Caput permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncii multo angustius (9:11), multo latius quam longius (6:5), vix immersum, fronte late rotundata.

Oculi magni, pyriformes, manifesto granulati, vix tertia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ vel compressiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii non attingentes, 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris duplo angustiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo ultimo superantes; 10-articulatæ.

Margo anticus aunculi primi truncii sinuatus, vel perobscure trisinuatus.

Anguli postici annularum truncii non prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi angulum priorem annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera paulum involuta; bina priora latiuscula, margine postico late rotundato; terna posteriora angustiuscula vel angusta, margine postico oblique rotundato. Epimera bina priora angulum annuli expletia; terna posteriora angulum annuli spatio majore non attingentia.

Pedes subglabri, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, paris primi ceteris paulo breviores.

Cauda libera, bis vel ter longior quam latior (12:5), quam truncus cum capite paulo brevior (11:12). Annulus primus quam annulus ultimus truncii fere duplo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annuli primi paulum producta, breviter rotundata; annuli secundi, tertii, quarti late rotundata; annuli quinti manifesto emarginata.

Annulus analis lingulatus, ad basin impressus, subæquatus, margine integro, setis ciliatis crebris obsito, manifesto longior quam latior (10: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo brevior (5: 6). Pedes anales annulo anali manifesto longiores (10: 9); remus interior quam exterior paulo brevior et manifesto latior, subovalis, margine crenulato, setis ciliatis obsito, apicem annuli vix superans; remus exterior in apice aculeo singulo armatus, margine interiore crenulato, setis ciliatis obsito.

Long. 3,7 m. m.

Color albidus, maculis linearibus, racemosis, atris, in series transversas digestis sparsus.

### Pullus stadii primi.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 3.

Producte ovata, ter quaterve longior quam latior (7: 2), glaberrima.

Caput permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncii plus sesqui angustius (5: 8), multo latius quam longius (4: 3), vix immersum, fronte late rotundata.

Oculi magni vel permagni, piriformes, æquati, tertia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii vix attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi truncii articulis binis ultimis superantes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii leviter sinuatus.

Anguli postici annulorum truncii non prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi angulum priorem annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera paulum involuta; bina priora latiuscula, margine postico late rotundato; terna posteriora angustiuscula vel angusta, margine postico in obliquum rotundato. Epimera XII.

bina priora angulum annuli expletia; terna posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes glabri, longitudine subæquales. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, subæquales.

Cauda libera, bis vel ter longior quam latior (8: 3), quam trunca cum capite multo brevior (6: 7). Annulus primus quam annulus secundus paulo brevior, quam annulus ultimus truncæ paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulo quarto longitudine subæqualis vel eo paulo longior. Latera annularum quinque priorum late rotundata.

Annulus analis lingulatus, æquatus, margine subintegro, manifesto longior quam latior (10: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales annulo anali longitudine æquales; remus interior quam exterior paulo brevior et manifesto latior, pone medium angustatus, inermis, apicem annuli paulum superans; remus exterior pone medium angustatus.

Long. 4,4 m. m.

Color albidus, immaculatus.

Maximam partem orarum orientalium Americæ, a Maryland usque ad fretum Magellanicum habitat; in mari insulas Americanas alluente tamen vulgatissima. Quum in ore tum in cute (oculo) piscium reperta est, at nullus piscis præter Upeneum Martinicum inter eos, quos infestat, nominatim indicatus est. Exempla septuaginta quinque, his locis capta, a nobis examinata sunt: Maryland (G. B. Goods, Acad. Peabody); Key West (J. E. Mills, Mus. Cantabr., Mass.); St. Anna in Mejico (nauarch. Caspersen, Mus. Haun.); Cuba vel certius Habana (Gundlach, Mus. Berol.; nauarch. Andréa, Mus. Haun.); India occidentali, alicubi (nauarch. Grønsund, Hedemann, Conradsen, Tauber, Mus. Haun.; Mus. Vratisl.; Mus. Cantabr., Mass.); insula St. Thomæ (Krebs, Riise, Hornbeck, Brønniche, Mus. Haun.); inter navigationem Hassleri, Hartl & Copeld, Mus. Cantabr., Mass.; Mus. Paris.); insula St. Crucis (Ersted, nauarch. Grønsund, Mus. Haun.; Ch.

Lawrence, Acad. Peabody); insula St. Barthelemy (Goës, Mus. Holm.); Sandy Point in freto Magellanico (inter navigationem Hassleri, Mus. Cantabr., Mass.).

*II. B. b. Remus interior pedum analium quam remus exterior multo brevior.*

### 11. *Anilocra physodes.*

Tauan Belon, Nat. divers. poiss. p. 442.

Pediculus Marinus Rondelet, Pisc. Mar. Lib. XVIII. p. 576.  
Gesner, Hist. anim. Lib. p. 694.

Sea Louse, Asellus marinus Petiver, Gazophyl. Nat. Art. Dec. Tab. CLV. p. 10. t. I. f. 4.

Oniscus Asilus Linné, Syst. Nat. ed. X. I. p. 636. n. 1. —  
Faun. Suec. ed. II. 499. n. 2052. — Syst. Nat. ed. XII. I. P. 2. p. 1059. n. 1.

Gronovius, Zoophyl. fasc. II. p. 233. n. 997.

Fabricius, Mant. Ins. I. p. 241.

Pallas, Spicil. Zool. IX. p. 71. t. IV. f. 12.

Plancus, Conch. min. not. t. V. f. A. B.

Cymothoa Asilus Fabricius, Entom. syst. emend. II. p. 504. —  
Entom. syst. suppl. p. 305.

Oniscus physodes Linné, Syst. Nat. ed. X. I. p. 636. n. 4. —  
Syst. Nat. ed. XII. I. P. 2. p. 1060. n. 4.  
Sulzer, Hist. Ins. t. XXX. f. 11.

Fabricius, Mant. Ins. I. p. 241.

Cymothoa physodes Fabricius, Entom. syst. emend II. p. 507.  
Idotea physodes Fabricius, Entom. syst. suppl. p. 302.

Asellus physodes Olivier, Encycl. méthod. IV. p. 255.

Anilocra physodes Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 257.

Oniscus psora? Leach, Encycl. de Rees, suppl. Crust. t. X.

Anilocra Cuvieri Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 350.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 306.

Anilocra mediterranea Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 350.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 306.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 257; Cuvier, Règn. an. ill. t. 66. f. 1, 1a—1b.

Canolira albicornis Guérin, Expéd. sc. Morée. III. P. 2. Zool. sect. II. p. 48. — Nec Cymothoa albicornis Fabricius; nec Risso.

## Femina ovigera. Virgo.

## Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 4.

Producte subovata, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput magnum vel permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius (7:20), multo latius quam longius (5:4), leviter immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi mediocres, subpentagoni, post paulum tumidi, vix dimidia parte latitudinis capitis distantes (4:9).

Antennæ primi paris rectæ, scapo dilatato, flagello compressuscule, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris dilatatae vel compressæ, quam antennæ primi paris manifesto latores, tres partes lateris annuli primi trunci explentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci plus vel minus prominuli, saepe excavati atque auriculati; annuli secundi, tertii, quarti non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli quinti, sexti, septimi plus vel minus prominuli, per paria sensim magis producti, excavati atque auriculati. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera pendula vel subpendula, plus vel minus excavata, latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum decrescentia; bina priora margine interiore sinuato, margine postico late rotundato; quaterna posteriora pone medium paulum angustata, rotundate truncata. Epimera terna priora angulum annuli spatio parvo, per paria sensim paulum crescente, non attingentia; terna posteriora angulum annuli spatio magno, subæquali vel per paria sensim paulum crescente, non attingentia.

Pedes parum sex priorum longitudine subæquales; paris ultimi ceteris multo longiores et paulo tenuiores, articulis ultimis intus sulcatis, marginibus sulci brevissime pilosis. Ungulæ parum sex priorum longiusculæ vel breviusculæ, crassæ vel crassiusculæ, longitudine subæquales; paris septimi longiusculæ, ceteris multo tenuiores. Cauda ad basin obiecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (4:5). Annulus primus partim obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Latera annulorum quattuor priorum rotundate dilatata, excavata, marginata, per paria sensim multo profundius emarginata; annuli quinti profunde angulate incisa, angulo superiore producto, obtuso.

Annulus analis subcordatus, ad basin impressus, obscure carinatus, multo latior quam longior (7:6), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (9:7). Pedes anales annulo anali manifesto longiores; remus interior quam exterior valde brevior et paulo latior, sublaminatus, apicem annuli paulum superans; remus exterior angustatus, obtusus, subfalcatus.

Long. feminæ ovigeræ 18—49 m. m.

Long. virginis 19—48 m. m.

Color flavus vel cereus, maculis minutis, linearibus vel rase-mosis, obscuris, crebris sparsus, lateri alteri sæpe obscurior.

#### Mas adultus.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 5.

Producte ovata, bis vel ter longior quam latior (8:3).

Caput magnum vel permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (8:19), multo latius quam longius (10:7), leviter immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi medioeres, subovales, post tumidi, duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ vel compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris vix latiores, duas partes lateris annuli primi trunci explentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde vel manifesto trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci vix prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non vel vix prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi paulum producti, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis explentes.

Epimera pendula vel subpendula; paris primi et secundi latiuscula, plus vel minus excavata, margine interiore paulum sinnato, margine postico breviter rotundato; paris tertii latiuscula, margine postico breviter rotundato; paris quarti, quinti, sexti latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine perpaulum decrescentia, margine postico in obliquum late rotundato. Epimera paris primi et secundi angulum annuli explentia; paris tertii angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno, per paria sensim perpaulum crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris abrupte valde longiores; coxae parium quattuor posteriorum carina manifesta, per paria sensim multo altiore instructæ; articuli ultimi pedum paris quarti, quinti, sexti in latere interiore processu dentiformi, per paria sensim validiore, armati; articuli ultimi pedum paris ultimi sulcati, marginibus sulci brevissime pilosis. Ungulæ parium sex priorum lon-

giusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales; paris septimi longæ, subtenues.

Cauda ad basin obtecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (3:4). Annulus primus partim obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine per paulum crescentes; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Latera annulorum quattuor priorum rotundate dilatata, paulum excavata, priora integra, posteriora emarginata; annuli quinti profunde, angulate emarginata.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, obscure carinatus, multo latior quam longior (fere 5:4), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (11:9). Pedes anales annulo anali multo longiores (10:7); remus interior quam exterior fere duplo brevior et paulo latior, sublaminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustatus, obtusus, paulum falcatus.

Long. 22—30 m. m.

Color flavus vel cereus, maculis minutis, obscuris, crebris sparsus.

### Mas juvenis.

#### Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 6.

Producte ovata, quater longior quam latior, supra quum in annulis trunci tum in annulis caudalibus seriebus quinque duplicibus foveolarum ornata.

Caput permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci multo angustius (7:10), multo latius quam longius (fere 6:5), leviter immersum, fronte late rotundata.

Oculi magni vel permagni, subpentagoni, manifesto granulati, post paulum tumidi, fere tertia parte latitudinis capititis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, vix dimidiam partem lateris annuli primi trunci explentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto tri-inuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci non prominuli, obtusi vel rotundati; annuli septimi paulum prominuli, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi angulum priorem annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera pendula, angustius-ula vel angusta, per paria sensim latitudine decrescentia; bina priora margine postico breviter rotundato; quaterna posteriora margine postico in obliquum late rotundato. Epimera bina priora angulum annuli explentia; quaterna posteriora angulum annuli spatio majore, per paria sensim paulum crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris abrupte valde longiores; articuli ultimi pedum parium quattuor posteriorum in latere interiore serie aculeorum brevium armati; artiealus ultimus pedum paris quarti, quinti, sexti processu parvo, dentiformi præterea armatus. Ungulæ paris primi, secundi, tertii longæ vel perlóngæ, tenues, per paria sensim longitudine valde crescentes; paris quarti, quinti, sexti longæ, subtenues, ungulas paris secundi longitudine subæquantes; paris septimi longæ, tenues, ungulas paris primi longitudine subæquantes.

Cauda sublibera, fere duplo longior quam latior, quam trun-  
cus cum capite sesqui brevior. Annuli quattuor priores sensim longitudine paulum crescentes; annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Latera annulorum quinque priorum paulum rotundata dilatata, per paria sensim profundius excavata, marginata, integra, vel (posteriora) manifesto emarginata.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, per-  
obscure carinatus, æque longus ac latus, margine postico setis ciliatis obsito, ceteris annulis caudalibus conjunctis

manifesto brevior (9:10). Pedes anales annulo anali multo longiores (10:7); remus interior quam exterior plus sesqui brevior (3:5) et per paulo latior, laminatus, in margine setis ciliatis obsitus, apicem annuli longe superans; remus exterior pone medium angustatus vel attenuatus, in margine interiore setis ciliatis obsitus.

Long. 13, 5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, racemosis, obscuris, crebris sparsus, margine postico annularum quum trunci tum caudae obscuriore.

Remus interior paris secundi pedum caudalium processu interiore, perlongo, stiliformi, pertenui instructus.

### Pullus stadii primi.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 7.

Producte ovata, ter longior quam latior, glaberrima.

Caput permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci multo angustius (7:10), multo latius quam longius (7:6), vix immersum, fronte late rotundata.

Oculi mediocres vel magni, piriformes vel subovales, aquati, dimidia parte latitudinis capitibus distantes.

Antennae primi paris rectae, compressae, angulum priorem annuli primi trunci non attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris expletos; 8-articulatae.

Antennae secundi paris compressiusculae, quam antennae primi paris manifesto angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci perobscure trisinuatus vel leviter sinuatus.

Anguli postici annularum trunci non prominuli, rotundati vel obtusi. Anguli annuli septimi angulum priorem annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera suspendula; bina priora latiuscula, margine postico late rotundato; terna posteriora angustiuscula, margine

postico breviter rotundato. Epimera bina priora angulum annuli expletia; terna posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes subglabri, subæquales. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, subæquales.

Cauda libera, duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (4:5). Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo longior; annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris manifesto brevior. Latera rotundate truncata, angulo postico vix vel (posteriora) paulum prominulo.

Annulus analis lingulatus, æquatus, margine subintegro, paulo latior quam longior (13:12), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo brevior (3:4). Pedes anales annulo anali multo longiores (6:5); remus interior quam exterior plus sesqui brevior (3:5) et multo latior, in obliquum rotundate truncatus, in margine nodulis dentiformibus sparsis obsitus, apicem annuli longe superans; remus exterior pone medium angustatus, in margine interiore nodulis dentiformibus, sparsis obsitus.

Long. 3,2 m. m.

Color albidus, maculis majusculis (in capite majoribus), atris, linearibus vel racemosis, in series transversas digestis sparsus.

Mare mediterraneum habitat, ubique frequens. Locos sequentes certiores indicare possumus: Malagam (nauarch. Hygom, Mus. Haun.); insulas Baleares (Schaufuss, Mus. Haun.); Nizzam (Risso, Mus. Paris.; Mus. Goting; Mus. Bonn.); Villafrancam (G. Winther, Mus. Haun.); Genovam (Reinecke, Mus. Goting.; Albers, Mus. Berol.); Ajaccio (Mus. Vindob.); Livorno (Mus. Haun.; Mus. Holm.); Ostiam (J. Collin, Mus. Haun.); Salerno (C. O. Lovén, Mus. Holm.); Messinam (Haeckel, Mus. Berol.; Mus. Bonn.); Dalmatiam (Mus. Vindob.); Græciam (Dohrn, Mus. Berol.); insulam Cyprum (Hedenberg, Mus. Holm.).

Summa benevolentia Musei Parisiensis exempla typica quum A. mediterraneæ M. Edw. tum A. physodis M. Edw. nobis investigare atque comparare licuit, neque tamen ullum discriminem vel saltem discriminem tanti ponderis, quantum nos ad has duas species discernandas coegerit, invenire potuimus. — Forsitan nomen A. Asili vetustius est quam A. physodis, at sub hoc nomine species plus quam sæculum cognita, et nomen Asili jamdudum rejectum est.

Quam A. physodes nulla Cymothoarum species tam valde magnitudine variat, at exempla magna et parva ab eodem loco simul recepta sunt. Mares \*) rarissime occurrunt, itaque mares adulti solummodo tres nobis affuerunt, quum feminas adultas atque adolescentes (virgines) non minus sexaginta examinaverimus.

## 12. *Anilocra frontalis.*

*Anilocra frontalis* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 258.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 8.

Elliptica, paulum dextrorsa vel sinistrorsa, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncis bis vel ter angustius (2:5), manifesto latius quam longius, leviter immersum, fronte producta, late rotundata.

Oculi parvi vel mediocres, subovales, tumidi, tribus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes, articulum sextum antennarum secundi paris expletos; 8-articulatæ.

\*) v. particulam primam hujus libri. horum Annalium III ser. vol. XII. p. 326. not.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, tres partes lateris annuli primi truncii expletentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii manifesto trisinatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi truncii vix prominuli, rotundate obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non vel vix prominuli, obtusi vel rotundati; annuli septimi producti, paulum excavati, angustati vel paulum auriculati. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis spatio parvo non attingentes.

Epimera pendula, latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum decrementa; bina priora rotundate truncata; quaterna posteriora in obliquum truncata. Epimera prima angulum annuli expletia; quina posteriora angulum annuli spatio minore vel majore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris multo longiores, sed vix angustiores, articulis ultimis intus leviter sulcatis, marginibus sulci exigue pilosis. Ungulæ paris primi breviusculæ, subtenues; paris secundi, tertii, quarti, quinti, sexti longiusculæ, crassiusculæ, compressiusculæ, longitudine subæquales; paris septimi breviusculæ, subtenues, unguis paris primi longitudine subæquantes.

Cauda ad basin obtecta, multo longior quam latior (5:4), quam truncus cum capite plus duplo brevior (9:20). Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Latera annulorum quinque priorum rotundate dilatata, excavata, marginata; annuli primi, secundi, tertii per paria sensim paulo profundius, late emarginata; annuli quarti et quinti per paria profundius angulate emarginata vel incisa.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, vel subcordatus, ad basin impressus, plus vel minus manifesto

carinatus, multo latior quam longior (6:5), ceteris annulis caudalibus conjunctis manifesto vel paulo longior. Pedes anales annulo anali multo longiores (5:4); remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, sublaminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior pone medium attenuatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 17—25 m. m.

Long. virginis 15—36 m. m.

Color flavus, maculis linearibus vel racemosis, atris, creberimis saepe totus ferme obscuratus.

### Mas adultus.

#### Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 9.

Producte ovata, quater longior quam latior.

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus truncus plus duplo angustius (7:16), multo latius quam longius (5:4), leviter immersum, fronte producta, subrectangula, ante rotundate truncata.

Oculi magni vel mediocres, piriformes, subgranulati, post tumidi, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ, angulum priorem annuli primi truncus articulo ultimo superantes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris vix angustiores, angulum posticum annuli primi trunci vix attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio multo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci vix prominuli, rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi prominuli, rotundati, paulum auriculati. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis procul attingentes.

Epimera pendula, angustiuscula vel angusta, per paria sensim latitudine paulum vel vix decrementa; terna priora margine postico late rotundato; terna posteriora margine postico in obliquum rotundate truncato. Epimera biuna priora angulum annuli expletia; quaterna posteriora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris abrupte multo longiores; coxae parium quattuor posteriorum carina alta, per paria sensim altitudine crescente, instructae; articuli ultimi pedum paris quarti, quinti, sexti in latere interiore processu dentiformi, per paria sensim validiore, armato; articuli ultimi pedum paris ultimi in latere interiore sulcati, marginibus sulci brevissime pilosis. Ungulae paris primi breviusculae, crassiusculae; paris secundi, tertii, quarti, quinti, sexti longiusculae, crassiusculae; paris septimi breviusculae, crassiusculae, longitudine ungulas paris primi subæquantes.

Cauda ad basin obtecta, longior quam latior plus sesqui (5:3), quam truncus cum capite multo brevior (5:7). Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Latera annulorum quattuor priorum paulum rotundate dilatata, excavata, marginata, priora integra, posteriora emarginata; annuli quinti profunde, angulate emarginata.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin impressus, subæquatus, manifesto latior quam longior (10:9), ceteros annulos conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali sesqui longiores; remus interior quam exterior fere duplo brevior et vix latior, sublaminatus, paulum angustatus, apicem annuli longe superans; remus exterior angustatus, obtusus.

Long. 26—26,5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, obscuris, crebris sparsus.

## Mas juvenis.

Tab. IX. (Cym. XVI.) Fig. 10.

Producte ovata, ter quaterve longior quam latior (13:4).

Caput magnum vel mediocre, subtriangulum, quam annulus quartus truncī duplo angustius, multo latius quam longius (5:4), leviter immersum, fronte producta, rotundate truncata vel late rotundata.

Oculi mediocres, subovales, post paulum tumidi, dimidia parte latitudinis capitū distantes.

Antennae primi paris rectæ, compressiusculæ, angulum priorem annuli primi truncī articulo ultimo superantes, articulum sextum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatæ.

Antennae secundi paris compressiusculæ, quam antennae primi paris vix tenuiores, dimidiā partem lateris annuli primi truncī expletæ; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī obscure trisinuatus, sinubus lateralibus quam sinu medio perpaulo profundioribus.

Anguli postici annulorum sex priorum truncī non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi manifesto prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi angulum priorem annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera pendula, angustiuscula vel angusta, per paria sensim latitudine decrescentia, margine postico prioribus late, posterioribus breviter rotundato. Epimera prima angulum annuli expletia; quina posteriora angulum annuli spatio minore vel majore, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris multo longiores et paulo tenuiores, articulis ultimis in latere interiore obscure sulcatis, marginibus sulci breviter spisse pilosis. Ungulæ paris primi breviusculæ, subtenues; paris secundi, tertii, quarti, quinti, sexti longiusculæ, compressiusculæ, longitudine subæquales; paris septimi breviusculæ, subtenues, ungules paris primi longitudine subæquantes.

Cauda sublibera, longior quam latior plus sesqui (5: 3), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus quam secundus paulo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine æquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Latera annulorum rotundata, vix dilatata, excavata, marginata; annuli primi et secundi integra; annuli tertii, quarti, quinti per paria profundius emarginata.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin impressus, subæquatus, multo latior quam longior (11: 9), ceteris annulis caudalibus conjunctis manifesto brevior (9: 10). Pedes anales annulo anali multo longiores (11: 9); remus interior quam exterior multo brevior et vix latior, sublaminatus, apicem annuli longe superans; remus exterior pone medium angustatus vel attenuatus, acutiusculus.

Long. 11—17 m. m.

Color flavus, maculis minutis, racemosis, atris, crebris sparsus.

Mare mediterraneum habitat, quam A. physodes tamen minus vulgaris, etsi interdum copiosius inveniri videtur. Multa exempla ad Villafrancam (G. Winther, Mus. Haun.), et Nizzam (T. Burkhardt et C. Martius, Mus. Cantabr., Mass.; Mus. Paris.), ad Messinam (Haeckel, Mus. Berol.; Mus. Cantabr., Mass.; Mus. Vindobon. — sub nomine A. elongatae Roux in litt. missa —), ad Palmam (Semper, Mus. Goting.) capta sunt; præterea exempla ad Tergeste (in Gobio Iozzo, Mus. Vindobon.; Mus. Vratisl.) inventa sunt.

Femina ovigera longitudinem 25 m. m. superans nobis non occurrit; sed virginis exempla 27 m. m. vel etiam 36 m. m. longa vidimus, atque tres mares longitudinis 26—26,5 m. m. examinavimus.

13. *Anilocra plebeia* n.

Virgo.

Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 3.

Elliptica, bis vel ter longior quam latior (9: 4).

Caput mediocre, subtriangulum, quam annulus quartus trunciter angustius, multo latius quam longius, levissime immersum, fronte in orbem rotundata.

Oculi parvi, subovales, tumidi, plus quam dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris subrectæ, compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes, articulum sextum antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum posticum annuli primi trunci non attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio vix profundioribus.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci vix vel non prominuli, rotundati vel obtusi; annuli septimi paulum prominuli, rotundati. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis spatio parvo non attingentes.

Epimera subpendula; terna priora latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, margine postico late rotundato; terna posteriora angusta, latitudine subæqualia, margine postico breviter rotundato. Epimera paris primi et secundi angulum annuli fere expletia; paris tertii angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio magno, subæquali, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris manifesto longiores

et paulo tenuiores. Ungulæ paris primi longiusculæ, crassiusculæ; paris secundi, tertii, quarti, quinti longæ vel perlongæ, crassiusculæ, longitudine subæquales; paris sexti longæ vel longiusculæ, crassiusculæ; paris septimi breviusculæ, subtenues.

Cauda ad basin obtecta, longior quam latior plus sesqui (8: 5), quam truncus cum capite multo brevior (4: 3). Annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Latera annulorum quinque priorum paulum rotundate dilatata, excavata, vix marginata; annuli primi et secundi oblique truncata; annuli tertii, quarti, quinti per paria sensim profundius atque magis angulate emarginata.

Annulus analis cordatus, ad basin impressus, obscure carinatus, multo latior quam longior (6: 5), ceteris annulis caudalibus conjunctis manifesto longior (10: 9). Pedes anales annulo anali manifesto longiores (9: 8); remus interior quam exterior valde brevior et vix latior, pone medium angustatus, sublaminatus, apicem annuli vix superans; remus exterior angustatus, subfalcatus.

Long. 21,5 m. m.

Color ex griseo olivaceus, annulo anali cum pedibus analibus flavicans.

Specimen, ad óras Costæ Ricæ, Americæ centralis, captum (Dom. Hoffmann, Mus. Berol.) examinavimus.

#### 14. *Anilocra Capensis.*

*Anilocra Capensis* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 258.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 4.

Elliptica, leviter dextrorsa vel sinistrorsa, longior quam latior plus duplo (9: 4).

Caput magnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius, multo latius quam longius (7: 6), leviter vel mediocriter immersum, fronte longe producta, lateribus sinuatis, ante rotundate truncata.

Oculi mediocres, subovales, post tumidi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ vel dilatatae, angulum priorem annuli primi trunci non attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris non expletos; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris dilatatae, quam antennæ primi paris paulo latiores, tres partes lateris annuli primi trunci expletos; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio paulo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci vix prominuli, obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, rotundati; annuli septimi rotundate dilatati, in formam cochlearis excavati. Anguli annuli septimi dimidiam partem lateris annuli primi caudalis paulum superantes.

Epimera subpendula; terna priora angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum decrescentia, margine postico breviter rotundato; terna posteriora angusta vel angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum crescentia, oblique truncata, angulo postico rotundate obtuso. Epimera terna priora angulum annuli spatio parvo non attingentia; terna posteriora angulum annuli spatio magno, subæquali, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes; paris ultimi ceteris abrupte multo longiores et vix tenuiores. Ungulæ parium sex priorum longæ vel longiusculæ, crassiusculæ, compressæ, longitudine subæquales; paris septimi longiusculæ, subtenues.

Cauda ad basin obiecta, multo longior quam latior (4: 3), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (5: 8). Annulus primus magnam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus

quintus annulis ceteris multo longior. Latera annulorum quinque priorum paulum rotundate dilatata atque excavata; annuli primi, secundi, tertii oblique truncata vel (posteriora) obscure emarginata; annuli quarti et quinti per paria profundius angulate emarginata.

*Annulus analis cordatus*, ad basin impressus, obscure carinatus, manifesto latior quam longior (11: 10), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales annulo anali multo longiores (10: 7); remus interior quam exterior plus sesqui brevior (7: 12) et vix latior, angustatus, obtusus, excavatus, apicem annuli multum superans; remus exterior productus, angustatus, obtusus, excavatus.

Long. feminæ ovigeræ 42—52,5 m. m.

Long. virginis 44,5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, crebris, obscuris sparsus, lateri alteri dilutior.

### Mas adultus.

#### Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 5.

Producte ovata, ter quaterve longior quam latior (7: 2).

Caput magnum vel permagnum, subtriangulum, quam annulus quartus trunci fere duplo angustius, multo latius quam longius (6: 5), leviter immersum, fronte longe producta, lateribus sinuatis, ante rotundate truncata.

Oculi mediocres, subovales, post tumidi, fere dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressæ, angulum priorem annuli primi trunci vix attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris paulo latores, duas partes lateris annuli primi trunci explentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio multo profundioribus.

Anguli postici annuli primi trunci vix prominuli, rotundate obtusi; annuli secundi, tertii, quarti, quinti, sexti non prominuli, rotundati; annuli septimi rotundate dilatati, excavati, auriculati. Anguli annuli septimi duas partes lateris annuli primi caudalis fere expletentes.

Epimera pendula; terna priora angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum decrescentia, margine postico breviter rotundato; terna posteriora angusta vel angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum crescentia, in obliquum rotundate truncata, angulo postico sensim magis acuto atque producto. Epimera terna priora angulum annuli fere attingentia; terna posteriora angulum annuli spatio majore, subæquali, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes; paris ultimi ceteris abrupte longiores, sed vix tenuiores; coxae parium quattuor posteriorum carina per paria sensim altiore instructæ; articulus ultimus pedum parium trium pænultimorum in latere interiore dente armatus medio, obtuso. Ungulæ parium sex priorum longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, compressæ, longitudine subæquales; paris septimi longæ, ceteris paulo breviores atque tenuiores.

Cauda ad basin obtecta, longior quam latior plus sesqui (5: 3), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annuli quinque priores per paria sensim longitudine paulum crescentes. Latera annulorum quinque priorum paulum rotundate dilatata atque excavata, annuli primi, secundi, tertii truncata vel obscure emarginata; annuli quarti et quinti per paria profundius angulate emarginata.

Annulus analis cordatus, ad basin et latera impressus, obscure carinatus, multo latior quam longior (20: 17), ceteris annulis caudalibus conjunctis manifesto longior (10: 9).

Pedes anales annulo anali plus sesqui longiores (8: 5); remus interior quam exterior plus sesqui brevior (7: 12) et vix latior, angustatus, obtusus, excavatus, apicem

apicem annuli longe superans; remus exterior productus, angustatus, obtusus, excavatus.

Long. 24—36 m. m.

Color flavus, maculis minutis, obscuris in margine postico annularum quum trunci tum caudæ sparsus, lateri alteri obscurior.

Mare australe ab insula Teneriffa usque ad insulam Iavam habitat. Exemplum ab ins Teneriffa relatum in Mus. Vindob. asservatur; a Promontorio bonæ spei nauarchus Corneliusen (Mus. Haun.) quattuor exempla, quorum duo feminina, duo masculina, in ore et branchiis piscis »rode [rubri] Hottentot« (Sargus Hottentottus Sm. ??) nominati capta, retulit. Ab eodem loco duæ feminæ in Museo Berol. (Dom. Krebs) exstant; una femina ad ipsum oppidum Cape Town a Dom. De Vylder (Mus. Hohn.) capta est. Ab insula Iava Museo Vindobon. virgo missa est. Tria exempla, mari mediterraneo errore quodam addicta, in Museo Lugd. Batav. asservantur.

#### *I. B. Occiput constrictum.*

#### OLENCIR A Leach.

Olençira Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 350.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 306.

Latreille, Règn. an. éd. II. IV. p. 134.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 263.

*Corpus relaxum, crassiusculum, plus vel minus distortum.*

*Caput ad basin constrictum. Frons prosiliens, procumbens, paucum tumida, scapos antennarum obtegens.*

*Oculi manifesti, mediocres, paulum tumidi.*

*Antennæ primi paris rectæ, breves, basi distantes, compressiusculæ, scapo obscure definito; 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris breves, compressiusculæ; 10-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus.*

*Anguli postici annulorum sex priorum trunci non prominuli, annuli septimi producti.*

*Epimera involuta, angustiuscula vel angusta, angulum annuli fere expletia.*

*Pedes longi, crassiusculi; parium sex priorum per paria sensim multo longiores; paris septimi ceteris abrupte valde longiores; coxae parium quattuor posteriorum carina instructiv. Ungulae longae vel perlongae, paris primi ceteris manifesto breviores; paris septimi ceteris manifesto longiores.*

*Cauda ad basin longius obtecta. Latera annuli primi, secundi, tertii integra; annuli quarti et quinti obscure vel profunde emarginata.*

*Annulus analis subtriangulus vel subcordatus. Pedes anales annulo anali multo breviores; remus interior quam exterior vix brevior.*

*Mas a semina differt:*

*remo interiore pedum caudalium paris secundi in latere interiore processu stiliformi, solito paulo latiore atque breviore, instructo.*

*Femina a mare differt:*

*stipitibus pedum maxillarium productis, pone medium pulvinate tumidis, ante in laminam amplam, ciliatam dilatatis;*

*palpis pedum maxillarium perbrevibus, porrectis, approximatis, conicis, a labro valde remotis, maxillas secundi paris maximam partem detegentibus.*

Milne Edwards, l. c., genus *Olenciræ* generi *Cymothoæ* propinquum et ægre distinguendum putat, at structura pedum præter cetera huic generi locum inter *Anilocridas* tribuit.

### 1. *Olencira Prægustator.*

*Oniscus prægustator* Latrobe, Amer. Phil. Trans. V. p. 77. t. I.

*Cymothoa (Æga) prægustator* Say, Journ. Acad. Nat. Sc. I. p. 395.

De Kay, Zool. New. York VI. Crust. p. 47.

*Cymothoa prægustator* Unit. Stat. Commiss. Fish & Fisher. V. 1877 (1879) p. 101. t. VIII & X. f. 13—14 (Emerton del.).

*Olencira Lamarckii* Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 351.

Desmarest. Consid. gén. Crust. p. 307.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 264; Cuvier Règn. an. ill. t. 65. f. 3, 3a—3c.

Femina ovigera. Mas adultus.

Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 6—9.

Producta vel producte obovata, plus vel minus sinistrorsa, ter quaterve longior quam latior (11: 3).

Caput magnum vel permagnum, sublingulatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius, multo longius quam latius (fere 5: 4), liberum, pone oculos constrictum, fronte longe producta, ante paulum impressa, marginata, in orbem rotundata.

Oculi mediocres, subpentagoni, obscure granulati, post paulum tumidi, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris rectæ, compressiusculæ vel compressæ, duas partes oculi explentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, oculos vix superantes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio multo profundioribus.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci non prominuli, rotundati; annuli septimi producti, rotundate obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis explentes, vel (in latere altero) longe superantes.

Epimera involuta, bina priora angustiuscula, pone medium angustata, obtusa; quaterna posteriora angusta, margine postico in angulum obtusum producto vel in obliquum late rotundato. Epimera priora et posteriora angulum annuli fere explentia; media angulum annuli spatio minore non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine multum crescentes, paris ultimi ceteris abrupte valde longiores; coxae parium quattuor posteriorum carina per paria sensim multo altiore instructae. Ungulae paris primi longiusculae vel longae, crassiusculae; paris secundi, tertii, quarti, quinti, sexti longae vel perlóngae, subtenues, longitudine subæquales; paris septimi perlóngae, subtenues, ceteris manifesto longiores.

Cauda ad basin longius obtecta, duplo longior quam latior, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (5: 12). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus annulis ceteris paulo longior. Latera annulorum quinque priorum angustata, obtusa, sulcata, marginata; annuli quarti obscure emarginata; annuli quinti profunde emarginata.

Anulus analis subcordatus vel subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin impressus, manifesto carinatus, paulo vel multo longior quam latior (usque ad 4: 3), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (fere 5: 4). Pedes anales annulo anali multo breviores (fere 4: 5); remus interior quam exterior vix brevior, at latior, pone nū lium attenuatus, acutiusculus, apicem annuli procul attingens; remus exterior paulum angustatus, obtusus, paulum flexuosus.

Long. feminæ ovigeræ 27—44 m. m.

Long. maris adulti 24 m. m.

Color flavus vel cereus, maculis parvis, racemosis, obscuris, crebris sparsus, caudæ obscurior.

Infestat et Brevoortiam (Alosam) Tirannum Latrob. et Br. patronum Goode, quorum piscium alter magnam partem orarum orientalium Americæ septentrionalis, alter sinum solummodo Mexicanum habitat; secundum Latrobe atque De Kay in fluminibus Americæ septentrionalis vulgatissima, ad palatum piscis affixa vitam degens. Exempla septem, quorum unum masculinum, examinavimus, at præter exemplum maximum (»Mouth of Menhaden«, Acad. Peabody) nullam indicationem patriæ vel piscis præbuerunt (Acad., Peabody; Mus. Cantabr., Mass.).

Quin O. Lamarckii ad hanc speciem referenda sit, non dubitare licet, præsertim quum annulus analis, qui solam differentiam præbere videtur, forma valde variat, itaque nos etiam hunc annulum tam productum atque acutum, quam clariss. Milne Edwards eum delineat (Règn an. ill. l. c.), invenimus.

## *II. Frons profunde bisinuata.*

### A SOTANA n. g.

*Corpus compactum, crassum vel crassiusculum, post compressum. Frons producta, procumbens, fornicata, profunde bisinuata.*

*Oculi manifesti, minuti, æquati, latera capit is non attingentes.*

*Antennæ primi paris rectæ, breves, subteretes, scapo obscure definito; 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris breres, teretes; 9-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus.*

*Anguli postiei annulorum trunci vix vel non prominuli.*

*Epimera priora involuta, posteriora subpendula, angustiuscula vel angusta, angulum annuli fere expletia.*

*Pedes breriusculi, subtennes, longitudine subaequalis, paris ultimi ceteris manifesto longiores. Ungulae parum sex priorum longæ vel longiusculæ; paris septimi breriuscular, ceteris multo breviores atque tenuiores.*

*Cauda ad basin obtecta. Latera annulorum quinque priorum integra, angustata.*

*Annulus analis sublingulatus, fornicatus, in medio inflatus.*

*Pedes anales brevissimi, remis perbreribus; remus interior quam exterior manifesto longior.*

Labrum sulcis acutis in lobos quattuor, pulvinatos divisum; lobi intermedii angusti, conici, producti, laterales lati, breves, extrorsum acuminati, apicem mandibularum magnam partem detegentes.

In specimine male conservato nullum processus remi pedum caudalium vestigium invenire potuimus.

### 1. *Asotana formosa n.*

Femina ovigera.

Tab. X. (Cym. XVII.) Fig. 10—12.

Ovata, bis vel ter longior quam latior (5: 2).

Caput magnum, subrectangulum, quam annulus quartus trunciter quaterve angustius (3: 10), æque longum ac latum, rugulosum, carinatum, in vertice nodis quattuor obtusis, ante oculos nodulis duobus acutis exornatum, mediocriter immersum, fronte producta, ante peralte bisinuata, angulis oblique truncatis.

Oculi parvi, pentagoni, æquati, latera capitum non attingentia, plus quam duabus partibus latitudinis capitum distantes (7: 10).

Antennæ primi paris rectæ, subteretes, angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, tertiam partem lateris annuli primi trunci explentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, in medio prominulus. Segmentum dorsale annuli primi rugulis nodisque in series tres vel quattuor transversas digestis asperum, in medio canaliculatum.

Anguli postici annularum omnium trunci vix vel non prominuli, rotundati vel obtusi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli primi caudalis procul attingentes.

Epimera priora involuta, posteriora subpendula; bina priora angustiuscula, dilatata, truncata; quaterna posteriora angusta, margine postico breviter rotundato. Epimera omnia angulum annuli explentia.

Pedes parium sex priorum longitudine subæquales; paris ultimi ceteris manifesto longiores. Ungulæ paris primi et secundi longæ, crassiusculæ; paris tertii, quarti, quinti (sexti?) longiusculæ, paulum crassiusculæ, longitudine subæquales; paris septimi breviusculæ vel breves, subtenues, ceteris multo breviores atque tenuiores.

Cauda ad basin obiecta, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (7: 10), compressa, bisulcata. Annulus primus maximam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine crescentes; annulus quintus quam quartus fere duplo longior. Latera annularum quinque priorum angustata, obtusa.

Annulus analis sublingulatus, fornicatus, ad basin in nodos duos, transversos, in medio in carinam altam inflatus, paulo longior quam latior (18: 17), ceteris annulis caudibus conjunctis plus sesqui longior (8: 5). Pedes anales annulo anali plus duplo breviores; remus interior quam exterior manifesto longior atque angustior, sublaminatus, perbrevis, apicem annuli procul attingens; remus

exterior in latere exteriore incrassatus, post oblique truncatus vel obscure emarginatus.

Long. 30 m. m.

Color flavus, maculis perminutis, atris, rarissimis, in series transversas digestis sparsus.

Specimen inter navigationem Thayer in flumine Içá Americae meridionalis (Peru) captum (W. James, Mus. Cantabrig., Mass.) examinavimus.

## EXPLICATIO FIGURARUM.

*Tab. I. (Cym. VIII)*

Fig. 1—3. *Nerocila Sundaica* Blkr. Femina ovigera.

- 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{4}{3}$ .
- 2. Femina ovigera, obliqua, artubus præter antennas omissis.  $\frac{4}{3}$ .
- 3. Margo frontalis cum antennis, supinus.  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 4—5. *Nerocila Cebuana* n. Femina ovigera.

- 4. Femina ovigera, prona.  $\frac{3}{2}$ .
- 5. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 6—7. *Nerocila phæopleura* Blkr. Femina ovigera.

- 6. Femina ovigera, prona.  $\frac{5}{2}$ .
- 7. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{5}{2}$ .

Fig. 8—9. *Nerocila recurvispina* n. Virgo.

- 8. Virgo, prona.  $\frac{3}{1}$ .
- 9. Virgo, obliqua, artubus omissis.  $\frac{3}{1}$ .

Fig. 10 11. *Nerocila depressa* Milne Edw. Femina ovigera.

- 10. Femina ovigera, prona.  $\frac{9}{5}$ .
- 11. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{9}{5}$ .

Fig. 12—13. *Nerocila Serra* n. Femina ovigera.

- 12. Femina ovigera, prona.  $\frac{9}{4}$ .
- 13. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{9}{4}$ .

- Fig. 14. *Nerocila Serra* n. *Pullus stadii primi.*  
 — 14. *Pullus, pronus.*  $^{15}/_1$ .

*Tab. II. (Cym. IX.)*

- Fig. 1—2. *Nerocila Iaponica* n. *Virgo.*

- 1. *Virgo, prona.*  $^{2}/_1$ .
- 2. *Virgo, obliqua, artubus omissis.*  $^{3}/_1$ .

- Fig. 3—4. *Nerocila lata* Dana. *Femina ovigera.*

- 3. *Femina ovigera, prona.*  $^{2}/_1$ .
- 4. *Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.*  $^{2}/_1$ .

- Fig. 5—6. *Nerocila rhabdota* Koelb. *Femina ovigera.*

- 5. *Femina ovigera, prona.*  $^{8}/_5$ .
- 6. *Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.*  $^{8}/_5$ .

- Fig. 7—8. *Nerocila aculeata* Milne Edw. *Femina ovigera.*

- 7. *Femina ovigera, prona.*  $^{3}/_2$ .
- 8. *Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.*  $^{9}/_4$ .

- Fig. 9—10. *Nerocila Neapolitana* n. *Femina ovigera.*

- 9. *Femina ovigera, prona*  $^{11}/_5$ .
- 10. *Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.*  $^{11}/_5$ .

- Fig. 11—13. *Nerocila Neapolitana* n. *Pullus stadii secundi.*

- 11. *Pullus, pronus.*  $^{12}/_1$ .
- 12. *Pes paris primi, obliquus.*  $^{30}/_1$ .
- 13. *Pes paris sexti, obliquus.*  $^{30}/_1$ .

- Fig. 14—16. *Nerocila Neapolitana* n. *Pullus stadii primi.*

- 14. *Pullus, pronus.*  $^{15}/_1$ .
- 15. *Pes paris primi, obliquus.*  $^{30}/_1$ .
- 16. *Pes paris sexti, obliquus.*  $^{30}/_1$ .

## Tab. III. (Cym. X.)

Fig. 1—2. *Nerocila Adriatica* n. Femina ovigera.

- 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{7}{5}$ .
- 2. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{7}{5}$ .

Fig. 3—4. *Nerocila Adriatica* n. Mas adolescens.

- 3. Mas, pronus.  $\frac{5}{3}$ .
- 4. Mas, obliquus, artubus omissis.  $\frac{5}{3}$ .

Fig. 5—6. *Nerocila acuminata* n. Femina ovigera.

- 5. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- 6. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 7—8. *Nerocila maculata* Milne Edw. Femina ovigera.

- 7. Femina ovigera, prona.  $\frac{7}{5}$ .
- 8. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{7}{5}$ .

Fig. 9—10. *Nerocila maculata* Milne Edw. Pullus stadii secundi.

- 9. Pullus, pronus.  $\frac{10}{1}$ .
- 10. Pullus, obliquus, artubus omissis.  $\frac{10}{1}$ .

Fig. 11. *Nerocila maculata* Milne Edw. Pullus stadii primi.

- 11. Pullus, pronus.  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 12—13. *Nerocila tenuipes* Dana. Femina ovigera.

- 12. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- 13. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{5}{2}$ .

## Tab. IV. (Cym. XI.)

Fig. 1—2. *Nerocila bivittata* Risso. Femina ovigera.

- 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{4}{3}$ .
- 2. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{9}{5}$ .

Fig. 3—4. *Nerocila bivittata* Risso. Junior.

- 3. Junior, prona.  $^{3/1}$ .
- 4. Junior, obliqua, artubus omissis.  $^{3/1}$ .

Fig. 5—10. *Nerocila bivittata* Risso. Pullus stadii secundi.

- 5. Pullus, pronus.  $^{15/1}$ .
- 6. Pullus, obliquus, artubus omissis.  $^{15/1}$ .
- 7. Antennæ lateris sinistri, pronæ.  $^{30/1}$ .
- 8. Palpus mandibularis dexter, supinus.  $^{60/1}$ .
- 9. Pes paris primi, obliquus.  $^{30/1}$ .
- 10. Pes paris sexti, obliquus.  $^{30/1}$ .

Fig. 11—15. *Nerocila bivittata* Risso. Pullus stadii primi.

- 11. Pullus, pronus.  $^{15/1}$ .
- 12. Antennæ lateris sinistri, pronæ.  $^{30/1}$ .
- 13. Palpus mandibularis dexter, supinus.  $^{60/1}$ .
- 14. Pes paris primi, obliquus.  $^{30/1}$ .
- 15. Pes paris sexti, obliquus.  $^{30/1}$ .

Fig. 16—17. *Nerocila cephalotes* n. Femina ovigera.

- 16. Femina ovigera, prona.  $^{5/4}$ .
- 17. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $^{7/4}$ .

Fig. 18. *Nerocila cephalotes* n. Pullus stadii secundi.

- 18. Pullus, pronus.  $^{10/1}$ .

### *Tab. V. (Cym. XII.)*

Fig. 1—2. *Nerocila Orbignyi* Guér. Femina ovigera.

- 1. Femina ovigera, prona.  $^{2/1}$ .
- 2. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $^{2/1}$ .

Fig. 3—4. *Nerocila Orbignyi* Guér. Mas adultus.

- 3. Mas adultus, pronus.  $^{5/2}$ .
- 4. Mas adultus, obliquus, artubus omissis.  $^{5/2}$ .

Fig. 5. *Nerocila Orbignyi* Guér. Pullus stadii secundi.

- 5. Pullus, pronus.  $^{12/1}$ .

Fig. 6—7. *Nerocila fluviatilis* n. *Femina ovigera*.

- 6. *Femina ovigera*, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- 7. *Femina ovigera*, obliqua, artubus omissis.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 8—9. *Nerocila fluviatilis* n. *Virgo*.

- 8. *Virgo*, prona.  $\frac{9}{4}$ .
- 9. *Virgo*, obliqua, artubus omissis.  $\frac{9}{4}$ .

Fig. 10—11. *Nerocila Novæ-Zelandiæ* n. *Virgo*.

- 10. *Virgo*, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- 11. *Virgo*, obliqua, artubus omissis.  $\frac{5}{2}$ .

Fig. 12—13. *Nerocila Californica* n. *Femina ovigera*, var.

- 12. *Femina ovigera*, var., prona.  $\frac{11}{5}$ .
- 13. *Femina ovigera*, var., obliqua, artubus omissis.  $\frac{11}{5}$ .

Fig. 14—15. *Nerocila Californica* n. *Virgo*.

- 14. *Virgo*, prona.  $\frac{11}{6}$ .
- 15. *Virgo*, obliqua, artubus omissis.  $\frac{11}{6}$ .

### *Tab. VI. (Cym. XIII.)*

Fig. 1—2. *Nerocila Californica* n. *Femina ovigera*, typ.

- 1. *Femina ovigera*, typ., prona.  $\frac{2}{1}$ .
- 2. *Femina ovigera*, typ., obliqua, artubus omissis.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 3—4. *Nerocila breviceps* n. *Femina ovigera*.

- 3. *Femina ovigera*, prona.  $\frac{7}{4}$ .
- 4. *Femina ovigera*, obliqua, artubus omissis  $\frac{7}{4}$ .

Fig. 5—6. *Nerocila breviceps* n. *Mas adolescens*.

- 5. *Mas adolescens*, pronus.  $\frac{7}{3}$ .
- 6. *Mas adolescens*, obliquus, artubus omissis.  $\frac{7}{3}$ .

Fig. 7—8. *Nerocila Australasiæ* n. *Virgo*.

- 7. *Virgo*, prona.  $\frac{3}{2}$ .
- 8. *Virgo*, obliqua, artubus omissis.  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 9—10. *Nerocila latiuscula* Dana. Femina ovigera.

— 9. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .

— 10. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 11—12. *Nerocila Blainvillei* Milne Edw. Femina ovigera.

— 11. Femina ovigera, prona.  $\frac{4}{3}$ .

— 12. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{4}{3}$ .

Fig. 13. *Nerocila Blainvillei* Milne Edw. Pullus stadii primi.

— 13. Pullus, pronus.  $\frac{16}{1}$ .

Fig. 14—15. *Nerocila laticauda* n. Virgo in evolut.

— 14. Virgo, in evol., prona.  $\frac{5}{3}$ .

— 15. Virgo, in evol., obliqua, artubus omissis.  $\frac{5}{3}$ .

### *Tab. VII. (Cym. XIV.)*

Fig. 1—2. *Nerocila trichiura* White. Femina ovigera.

— 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{5}{4}$ .

— 2. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{5}{4}$ .

Fig. 3. *Rosca limbata* n. Junior, in evolut.

— 3. Junior, in evolut., prona.  $\frac{4}{1}$ .

Fig. 4—5. *Plotor Indus* n. Virgo.

— 4. Virgo, prona.  $\frac{7}{2}$ .

— 5. Virgo, obliqua, artubus omissis.  $\frac{7}{2}$ .

Fig. 6—7. *Plotor Indus* n. Mas junior.

— 6. Mas junior, pronus.  $\frac{11}{2}$ .

— 7. Mas junior, obliquus, artubus omissis.  $\frac{11}{2}$ .

Fig. 8—9. *Braga nasuta* n. Femina ovigera.

— 8. Femina ovigera, prona.  $\frac{19}{9}$ .

— 9. Femina ovigera, obliqua, artubns omissis.  $\frac{19}{9}$ .

Fig. 10—11. Braga Cichlæ n. Virgo.

- 10. Virgo, prona.  $^{19}/_9$ .
- 11. Virgo, obliqua, artubus omissis.  $^{19}/_9$ .

Fig. 12—13. Braga Brasiliensis n. Femina ovigera.

- 12. Femina ovigera, prona.  $^7/_4$ .
- 13. Femina ovigera, obliqua, artubus omissis.  $^7/_4$ .

Fig. 14—15. Lathræna insidiosa n. Junior.

- 14. Junior, prona.  $^{5}/_2$ .
- 15. Junior, obliqua, artubus omissis.  $^{5}/_2$ .

Fig. 16. Anilocra gigantea Herkl. Pullus stadii secundi.

- 16. Pullus, pronus.  $^{10}/_1$ .

### *Tab. VIII. (Cym. XV.)*

Fig. 1. Anilocra gigantea Herkl. Femina ovigera.

- 1. Femina ovigera, prona.  $^{1}/_1$ .

Fig. 2—3. Anilocra leptosoma Blkr. Femina ovigera.

- 2. Femina ovigera, prona.  $^{4}/_3$ .
- 3. Pes paris tertii, obliquus.  $^{6}/_1$ .

Fig. 4. Anilocra leptosoma Bleek. Pullus stadii primi.

- 4. Pullus, pronus.  $^{12}/_1$ .

Fig. 5—6. Anilocra dimidiata Blkr. Femina ovigera.

- 5. Femina ovigera, prona.  $^{3}/_2$ .
- 6. Pes paris tertii, obliquus.  $^{7}/_1$ .

Fig. 7. Anilocra longicauda n. Femina ovigera.

- 7. Femina ovigera, prona.  $^{7}/_5$ .

Fig. 8. Anilocra longicauda n. Mas junior.

- 8. Mas junior, pronus.  $^{25}/_7$ .

Fig. 9. *Anilocra Amboinensis* n. Femina ovigera.  
— 9. Femina ovigera, prona.  $\frac{5}{3}$ .

Fig. 10. *Anilocra coxalis* n. Virgo.  
— 10. Virgo, prona.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 11. *Anilocra australis* n. Femina ovigera.  
— 11. Femina ovigera, prona.  $\frac{4}{3}$ .

*Tab IX. (Cym. XVI.)*

Fig. 1. *Anilocra laticauda* Milne Edw. Femina ovigera.  
— 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{8}{7}$ .

Fig. 2. *Anilocra laticauda* Milne Edw. Pullus stadii secundi.  
— 2. Pullus, pronus.  $\frac{12}{1}$ .

Fig. 3. *Anilocra laticauda* Milne Edw. Pullus stadii primi.  
— 3. Pullus, pronus.  $\frac{12}{1}$ .

Fig. 4. *Anilocra physodes* L. Femina ovigera.  
— 4. Femina ovigera, prona.  $\frac{5}{4}$ .

Fig. 5. *Anilocra physodes* L. Mas adultus.  
— 5. Mas adultus, pronus.  $\frac{5}{3}$ .

Fig. 6. *Anilocra physodes* L. Mas juvenis.  
— 6. Mas juvenis, pronus.  $\frac{16}{5}$ .

Fig. 7. *Anilocra physodes* L. Pullus stadii primi.  
— 7. Pullus, pronus.  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 8. *Anilocra frontalis* Milne Edw. Femina ovigera.  
— 8. Femina ovigera, prona.  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 8. *Anilocra frontalis* Milne Edw. Mas adultus.  
— 9. Mas adultus, pronus.  $\frac{5}{3}$ .

Fig. 10. *Anilocra frontalis* Milne Edw. Mas juvenis.  
— 10. Mas juvenis, pronus.  $\frac{5}{2}$ .

## Tab. X. (Cym. XVII.)

Fig. 1. *Anilocra Atlantica* n. *Virgo.*

— 1. *Virgo* prona.  $\frac{7}{4}$ .

Fig. 2. *Anilocra rhodotænia* Blkr. *Femina* ovigera.

— 2. *Femina* ovigera, prona.  $\frac{5}{3}$ .

Fig. 3. *Anilocra plebeia* n. *Virgo.*

— 3. *Virgo*, prona.  $\frac{9}{5}$ .

Fig. 4. *Anilocra Capensis* Milne Edw. *Femina* ovigera.

— 4. *Femina* ovigera, prona.  $\frac{1}{1}$ .

Fig. 5. *Anilocra Capensis* Milne Edw. *Mas* adultus.

— 5. *Mas* adultus, pronus.  $\frac{4}{3}$ .

Fig. 6—8. *Olencira Prægustator* Latrob. *Femina* ovigera.

— 6. *Femina* ovigera, prona.  $\frac{10}{9}$ .

— 7. *Femina* ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{10}{9}$ .

— 8. *Caput*, supinum, cum antennis, instrumentis cibariis, pedibus maxillaribus.  $\frac{6}{1}$ .

Fig. 9. *Olencira Prægustator* Latrob. *Mas* adultus.


— 9. *Margo* anticus frontis, antennæ, instrumenta cibaria, pedes maxillares, supina.  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 10—12. *Asotana formosa* n. *Femina* ovigera.

— 10. *Femina* ovigera, prona.  $\frac{3}{2}$ .


— 11. *Femina* ovigera, obliqua, artubus omissis.  $\frac{3}{2}$ .

— 12. *Margo* anticus frontis, antennæ, instrumenta cibaria, supina.  $\frac{7}{1}$ .



*Nerocila*: 1-3. *sundaeia*. 4-5. *Cebuana*. 6-7. *phaeopleura*.  
8-9. *recurvispina*. 10-11. *depressa*. 12-14. *Serra*.













*Nerocila*: 1-2. *laponica*. 3-4. *lata*. 5-6. *rhabdota*. 7-8. *aculeata*


9-16. *Neapolitana*






Neroëla : 1-4 Adriatica . 5-6. acuminata . 7-II maculata .  
12-13 tenuipes .





Ceropila: 1-15. *bivittata*. 16-18. *cephalotes*.






*Neroctea*. 1-5. *Orbignyi*. 6-9. *Flavatellus*. 10-11. *Nova Zelandiae*.

12-15. *Californica*.






*Nerocila*: 1-2 *Californica*, 3-6 *breviceps*, 7-8 *Australasia*.  
9-10 *latimacula* 11-13 *Blainvillii*, 14-15 *latecauda*.

Lovendal sc



12.




*Nerocila*: 1-2 *trichiura*.

*Rosca*: 3. *limbata*.

*Plotor*: 4-7 *Indus*. *Braga*: 8-9 *nasuta*. 10-11. *Cichlae*. 12-13. *Brastlienensis*.  
*Lathraea*: 14-15 *insidiosa*. *Aniloeva*: 16. *gigantea*.


Lopendal sc





Anilocra. 1. gigantea. 2-4. leptosoma. 5-6. dimidiata. 7-8 longicauda.  
9. Ambonensis. 10. corallis. II. australis.






*Anilocra*: 1-3. *laticauda*. 4-7. *physodes*.

8-10. *frontalis*.

Zoöndat. sc.





Aniloea: 1. *Atlantica*. 2. *rhodotenua*. 3. *plebeia*. 4-5. *Capensis*.

Oleneira: 6-9. *praegustator*. Asolana: 10-12. *tormosa*.  
Löwendal sc



Naturhistorisk Tidsskrift Ser. III. Vol. XIII.

---

## SYMBOLÆ

AD

MONOGRAPHIAM

# CYMO THOARUM

CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIPSERUNT

J. C. SCHIØDTE ET FR. MEINERT

III. SAOPHRIDÆ. IV. CERATO THOINÆ

---

ACCEDUNT TABULÆ ÆNEÆ SEX

---

HAUNIÆ

TYPIS H. H. THIELE.

MDCCCLXXXIII

1883



*Cymothoidae*

III Laophridae

~~III.~~ Ceratozincidae

IV Cymothoidae



SYMBOLÆ AD MONOGRAPHIAM CYMOTHOARUM  
CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ  
SCRIPSERUNT  
J. C. SCHICEDTE ET FR. MEINERT  
(Continuatio)

III. SAOPHRIDÆ.

*Annuli tres ultimi trunci brevissimi, annulo quinto quam quarto abrupte breviore.*

*Oculi manifesti.*

*Antennæ primi paris compressiusculæ, longiusculæ, scapo obscure definito; 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris paulo tenuiores et vix longiores; 8-articulatae.*

*Pedes omnes uncinati, longiusculi. Ungulae perlongæ.*

*Cauda manifesto articulata, sexannulata; annulus primus magnam partem obtectus; annulus analis maximus, transversus vel semicirculus, margine glabro. Articulus basalis pedum analium in angulum obtusum productus. Remi pedum analium foliacei, attenuati; remus interior longiusculus, quam exterior multo longior.*

*Mas latet.*

*Femina: Laminæ ovifera permagna, glabra.*

*Larva latet.*

Sectio hæc, omnium minima, unum solummodo continet genus, qua de causa descriptionem uberiorem sectionis dare non placet.

## SAOPHRA.

Lobothorax Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 39.

*Corpus productum, convexum, in medio carinatum; annuli quat-tuor priores trunci longissimi, tres posteriores brevissimi, subæquales.*

*Caput parvum vel mediocre, peralte immersum.*

*Oculi parvi vel mediocres, manifesti.*

*Antennæ primi paris compressiusculæ, longiusculæ, quam caput multo longiores; 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris subteretes vel compressiusculæ, quam antennæ primi paris vix vel paulo longiores; 8-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis prioribus in formam auriculae longe productis.*

*Epimera angustiuscula vel latiuscula, priora angulum annuli spatio magno, posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.*

*Pedes longiusculi, subæquales. Ungulae perlongæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, margine postico subrecto.*

*Cauda paulum immersa.*

*Annulus analis latus, subsemicirculus.*

Lobothoracis nomen contra leges omnes autorum omnium præstantium factum a nobis rejectum est, atque nomen novum Saophræ proponitur.

Hoc genus characteribus essentialibus nec non habitu ab omnibus generibus Cymothoarum facile distinguitur. Utrique speciei cognitæ corpus supra in medio valde carinatum, mar-goque posticus annulorum priorum trunci in medio profunde sinuatus; utrum hi characteres majoris ponderis quam specifici sint, necne, tamen scire nequimus.

1. *Saophra Typus.*

*Lobothorax typus* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 39. t. II,  
f. 16, 16a—16c.

Virgo.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 1—2.

Producta, obscure elliptica, ter longior quam latior.

Caput parvum vel mediocre, subovale, quam annulus quartus trunci quater angustius, æque longum ac latum, peralte immersum, fronte producta, subtriangula, lateribus manifesto emarginata, apice rotundata, excavata, margine manifesto calloso.

Oculi parvi vel mediocres, subrotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, articulis quaternis prioribus caput superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, coxas primas articulo sexto attingentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci trisinuatus, angulis in auri-  
culas longas productis.

Annuli trunci quattuor priores in medio carinati, margine postico medio profunde, anguste sinuato, tres posteriores cum annulis quattuor prioribus caudæ supra in medio manifesto canaliculati.

Anguli postici annulorum trunci priorum late, posteriorum per paria sensim brevius rotundati.

Epimera subpendula; terna priora longa, angustiuscula, post attenuata, obtusa, terna posteriora brevia, incurva, latiuscula, angulo postico producto, obtuso. Epimera terna priora angulum annuli spatio permagno non attingentia, terna posteriora angulum annuli spatio magno, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ perlongæ, subtenues, incurvæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim paulum crescens, angulo postico rotundato, margine postico subrecto.

Cauda paulum immersa, angulis posticis annuli primi liberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim sensim valde divergentibus, æque longa ac lata, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2:5). Annulus primus quam annulus quintus multo angustior (4:5). Annulus primus, secundus, quintus longitudine subæquales, quam annulus tertius et quartus paulo longiores. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundate truncati, per paria sensim magis obtusi.

Annulus analis subsemicirculus, margine postico medio in angulum parvum, acutum producto, obscure verrucosus, in medio levissime carinatus, vix duplo latior quam longior (11:6), ceteros annulos caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulum analem longitudine æquantes; remus interior quam exterior vix sesqui longior (7:5), sed manifesto latior, attenuatus, falcatus; remus exterior attenuatus, falcatus.

Long. 40 m. m.

Color cereus.

Mare prope Bataviam habitat. Specimen typicum, a celeberrimo Bleeker Museo Lugdunensi Batav. missum, a nobis delineatum atque descriptum est.

## 2. *Saophra aurita* n.

Femina ovigera.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 3—4.

Producta, obscure elliptica, vix ter longior quam latior (4:11). Caput mediocre, subtriangulum, lateribus manifesto bisinuatis,

quam annulus quartus truncii quater angustius, paulo longius quam latius (7:6), peralte immersum, fronte in angulum perlonge producta, lateribus bisinuata, apice rotundata, margine obscure calloso.

Oculi mediocres, subrotundati.

Antennae primi paris compressiusculæ, marginem anticum annuli primi truncii articulis binis ultimis superantes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris vix tenuiores, coxas primas articulo sexto attingentes; 8-articulatæ.

Margoanticus annuli primi truncii medius sinuatus, ad angulos sulcate impressus, angulis perlonge productis, in formam cornus arietis redactis.

Annuli truncii quattuor priores supra foveis transversis, manifestis impressi, in medio canaliculati, margine postico medio anguste, per annulos sensim minus profunde sinuato.

Anguli postici annulorum truncii quattuor priorum truncati vel rotundate truncati, annulorum trium posteriorum rotundati, per annulos sensim paulo angustius prominuli.

Epimera subpendula, angustiuscula; terna priora longa, post attenuata, obtusiuscula, terna posteriora brevia, incurva, angulo postico producto, obtuso. Epimera terna priora angulum annuli spatio permagno non attingentia, terna posteriora angulum annuli spatio magno, per paria sensim valde decrescente, non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ perlongæ, subtenues, incurvæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo postico rotundate truncato, margine postico subrecto.

Cauda paulum immersa, angulis posticis annuli primi totis obtectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim sensim valde divergentibus, profunde biimpressa, paulo latior quam longior (11:10), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2:5). Annulus primus maximam partem

obtectus; annulus secundus, tertius, quartus subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Anguli postici annularum quinque priorum subtruncati, priores obscure emarginati, posteriores obscure rotundati.

Annulus analis subsemicirculus, margine postico medio in angulum parvum, acutum producto, ad basin in transversum impressus, obscure verrucosus, in medio ante obscure sulcatus, duplo latior quam longior, ceteros annulos caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes analogi annulo anali paulo longiores (12:11); remus interior quam exterior sesqui longior et multo latior, post attenuatus, falcatus; remus exterior obtusiusculus, lanceolatus vel subfalcatus.

Long. 33 m. m.

Color cereus, maculis racemosis præsertim ante et post leviter notatus.

Specimen, ad Ubay, insul. Philippin., a celeb. Semper captum et in Museo Gotingensi asservatum, vidimus.

#### IV. CYMOTHOIDÆ.

*Annuli tres posteriores trunci quam priores plus vel minus breviores, annulo quinto quam quarto paulo breviore.*

*Oculi sapius plus vel minus manifesti, rarius obscure vel evanidi.*

*Antennæ primi paris sapius teretes vel teretiusculæ, rarius dilatatae vel compressæ, sœpissime breves vel breviusculæ, interdum longiusculæ, scapo plus vel minus obscure definito; sœpissime 7—8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris manifesto vel multo tenuiores et plus vel minus longiores; sœpissime 9—11-articulatae.*

*Pedes omnes uncinati, breves vel breviusculi; pedes ultimi rarissime producti. Ungulae rarius longæ vel perlongæ, sapius*

*breviusculæ vel breves, incurvæ; ungułæ ultimæ rarissime rectæ, obtusæ.*

*Cauda sœpissime manifesto articulata, sexannulata; rarissime annuli fere concreti. Annulus primus magnam partem, interdum totus, obtectus; annulus analis vel maximus, transversus, margine postico sœpe sinuato vel bilobo, vel parvus, subtriangulus, raro maximus, triangulus, margine semper glabro.*

*Articulus basalis pedum analium in angulum plus vel minus acutum interiore desinens. Remi pedum analium sœpissime breves, vel foliacei, vel attenuati, subfalcati, rarissime subfiformes, toti glabri; remus interior remum exteriorem sœpissime subæquans.*

*Mas: Remus interior pedum branchialium secundi paris processum interiore, angustum, longum sœpe emittens.*

*Femina: Remus interior pedum branchialium secundi paris processum interiore, angustum, longum rarissime emittens.  
Laminæ ovigeræ permagnæ, glabræ.*

*Larva: Sapissime parva, rarissime magna.*

*Antennæ sœpissime articulis paucis, ejusdem numeri quam in adultis constantes; antennæ secundi paris rarissime productæ, tenues, multiarticulatæ, articulis majoris numeri quam in adultis constantes.*

*Pedes prensorii sœpius breviusculi, pedes gressorios subæquantes, rarius longiusculi, pedes gressorios manifesto superantes. Ungulæ vel breviusculæ, crassiusculæ, inermes, ungulis pedum gressoriorum subæquales, vel longiusculæ, tenues, dentatæ, ungulis pedum gressoriorum manifesto longiores magisque curvalæ.*

*Pedes gressorii breviusculi. Ungulæ vel breviusculæ, crassiusculæ, vel longiusculæ, tenuiores, sœpius inermes, raro dentatæ.*

*Tribus prima: Ceratothoinæ.*

*Antennæ dilatatae vel compressæ.*

*Antennæ primi paris ad basin contiguae.*

Oculi generibus plerisque obscuri vel evanidi; generi ipsi Ceratothoæ plus vel minus manifesti; Emethæ manifesti, at parvi.

Antennæ primi paris dilatatae vel compressæ, sæpiissime breviusculæ, rarissime (Emethæ) longiusculæ; 7—8-articulatæ.

Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris manifesto tenuiores atque longiores; 9-articulatæ.

Pedes sæpiissime breviusculi (speciebus plerisque generis Ceratothoæ), rarissime breves (Emethæ), sæpe longi vel perlungi (Glossobio, Cteatessæ).

Annulus primus caudalis manifestus, ad partem majorem vel minorem obtectus. Remi pedum analium breviusculi, attenuati, sæpe subfalcati, longitudine subæquales, vel raro remus interior quam exterior paulo vel manifesto longior.

**Mas:** Remus interior pedum branchialium secundi paris sæpiissime integer, interdum (Emethæ, Ceratothoæ parallelæ atque oestroidi) processum longum, stiliformem emittens.

**Femina:** Remus interior pedum branchialium secundi paris integer.

**Larva:** parva.

Antennæ plerisque pauciarticulatæ; Ceratothoæ oxyrrhynchænæ soli antennæ secundi paris longæ, filiformes, multiarticulatæ.

Pedes prensorii sæpius breviusculi, rarius longiusculi, quam pedes gressorii manifesto longiores. Ungulæ vel breviusculæ, crassiusculæ, inermes, vel longiusculæ, tenues, dentatæ.

Pedes gressorii breviusculi. Ungulæ vel breves, crassiusculæ, vel longiusculæ, tenuiores, saepius inermes, rarius dentatæ.

Conspectus systematicus generum.

I. Caput parvum, valde immersum.

A. Truncus deplanatus.

1. Rhexana.

B. Truncus convexus.

2. Cteatessa.

II. Caput magnum, minus immersum.

A. Ungulæ inæquales, tertii paris omnium maximæ.

3. Glossobius.

B. Ungulæ æquales vel subæquales.

a. Frons summa antennis obtecta.

4. Emetha.

b. Frons inter antennas prominens.

5. Ceratothoa.

I. Caput parvum, valde immersum.

A. Truncus deplanatus.

RHEXANA n. g.

*Corpus oblongum, deplanatum; annuli sex priores trunci longitudine subæquales, sensim paulo breviores; annulus ultimus ceteris abrupte brevior.*

*Caput parvum, profunde immersum.*

*Oculi parvi, obscuri.*

*Antennæ primi paris dilatatæ vel compressæ, breviusculæ, quam caput multo breviores; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris dilatatæ vel compressæ, quam antennæ primi paris paulo longiores; 9-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis rotundate angustatis.*

*Epimera per paria ante et post longitudine valde decrescentia, at latitudine crescentia; priora angulum annuli non attingentia, posteriora angulum annuli superantia.*

*Pedes breviusculi, parium trium priorum ceteris paulo breviores.*

*Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales.*

*Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, margine postico rotundato vel in angulum obtusum producto.*

*Cauda profunde immersa.*

*Annulus analis latus, transversus.*

*Mas a femina differt:*

*statura inferiore;*

*forma nonnihil angustiore atque magis distorta.*

*Pullus stadii secundi:*

*Oculi magni, rotundi.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo longiores; 9-articulatæ.*

*Pedes longiusculi, longitudine subæquales. Ungulae ternæ priores perlóngæ, tenues, valde curvatæ, ad basin in dentes paucos, minutos incisæ.*

*Annulus analis subtriangularis. Remi pedum analium longitudine subæquales.*

Hoc genus novum forma corporis situque capitis genus Livonecæ refert, itaque facile a generibus ceteris hujus tribus Cymothoidarum distinguitur.

1. *Rhexana verrucosa* n.

*Oniscus Ceti* Spengler, Besch. Berl. Ges. Naturf. Fr. I. p. 308  
t. VII. f. G—H.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 5—6.

Subovalis vel producte ovalis, deplanata, supra planiuscula, ante valde verrucosa, plus sesqui vel fere duplo longior quam latior.

Caput parvum, subtrigonum vel subpentagonum, quam annulus quartus trunci plus quater angustius (3:13), æque longum ac latum, solito profundius immersum, fronte in angulum obtusum, lateribus obscure flexuosis, producta.

Oculi obscuri, parvi.

Antennæ primi paris dilatatae vel compressæ, marginem anticum annuli primi trunci procul attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris dilatatae vel compressæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo secundo vel tertio medio attingentes; 9-articulatæ, articulis quaternis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, angulis latissimis, valde incurvis, sensim rotundate angustatis, acutiusculis; latera annuli in lobum rotundatum, incurvum producta.

Anguli postiei annulorum sex priorum late rotundati, annuli septimi producti, incurvi, rotundate obtusi, fere obtecti.

Epimera incurva; paris primi et secundi brevia, lata, post dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii longa, angusta, post in obliquum rotundate truncata, angulo interiore longe producto, acuto; paris quarti longa, angustiuscula, post in obliquum rotundate truncata, angulo interiore producto, obtuso; paris quinti longa, latiuscula,

post in obliquum rotundate truncata, angulo interiore paulum prominulo, rotundato; paris sexti longiuscula, latiuscula, post paulum dilatata, late rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio, per paria sensim decrescente, non attingentia; paris quinti angulum annuli fere expletia; paris sexti angulum annuli spatio magno superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, parum curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum per paria sensim altitudine valde crescens, angulo exteriore rotundato, per paria sensim valde productiore, margine postico late rotundato vel in angulum obtusum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim late sinuatis, valde divergentibus, supra planiuscula, in transversum rugosa, paulo latior quam longior (11:10), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus quintus plus duplo angustior (5:11). Annulus primus quam annulus quartus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine crescentes; annulus quintus ceteris multo longior. Annulus quintus margine postico profunde flexuoso. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi.

Annulus analis transversus, lateribus margineque postico late rotundatis, supra planiusculus, ad bassin impressus, in medio carinatus, fere duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales quam annulus analis fere duplo breviores; remus interior quam exterior paulo longior et manifesto angustior, post paulum angustatus, obtusus; remus exterior post angustatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigerae 27—50 m. m.

Long. virginis 20, 5—40 m. m.

Color cereus.

## Mas adultus.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 7—8.

Subparallela, convexiuscula, ante manifesto verrucosa, plus duplo longior quam latior (7:3).

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (2:5), manifesto latius quam longius, profunde immersum, fronte in angulum obtusum vel acutiusculum, ante prominulum, lateribus obscure flexuosis, producta.

Oculi obscure definiti, parvi.

Antennæ primi paris compressæ, marginem anticum annuli primi trunci fere attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris expletæ; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ vel compressiusculæ, quam antennæ primi paris valde angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo secundo fere attingentes; 9-articulatae, articulis ternis ultimis parvis.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, angulis perlatis, in obliquum rotundate truncatis, incurvis, acutiusculis; latera annuli rotundata.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci per paria sensim brevius rotundati, annuli septimi prominuli, breviter rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi et secundi longiuscula, latiuscula, post dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti longa, angustiuscula, post geniculata, late rotundata vel rotundate truncata; paris sexti longiuscula, latiuscula, post paulum dilatata, late rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longiusculæ, crassæ, paulum curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore

prominulo, rotundato, per paria sensim magis producto, margine postico breviter rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim obscure sinuatis, paulum divergentibus, supra deplanata, in medio obscure carinata, in transversum rugosa, paulo latior quam longior (9:8), quam truncus cum capite plus duplo brevior (8:19). Annulus primus quam annulus quintus duplo angustior. Annulus primus quam annulus secundus paulo longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales; annulus quintus ceteris manifesto longior. Annulus quintus margine postico manifesto flexuoso. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus late rotundatis, manifesto convergentibus, margine postico late rotundato, ante foveolatus, ad basin obscure impressus, duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, angustatus, obtusus; remus exterior post angustatus, obtusus.

Long. 15—27 m. m.

Color cereus.

#### Pullus stadii secundi.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 9—10.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci vix duplo angustius (9:17), sesqui latius quam longius, manifesto immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi magni, subhexagoni, obscure granulosi, quinta vel quarta parte latitudinis capitinis (fere 2:9) distantes, ocellis magnis, in series octonas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum paulum superantes, articulum quintum antennarum secundi paris fere explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel obscure trisinuatus, angulis rotundate angustatis, acutis; latera annuli in lobum breviter rotundatum, incurvum producta.

Anguli postici annularum trunci rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum late rotundata; terna posteriora angustiuscula, obscure geniculata, post vix angustata atque breviter rotundata. Epimera angulum annuli expletia.

Pedes primi paris ceteris manifesto longiores atque tenuiores; ceteri subæquales, vel posteriores paulo breviores atque crassiores. Ungulæ ternæ priores perlongæ, tenuiusculæ, valde curvatæ, dentibus paucis minutis armatæ, per paria sensim paulo breviores, crassiores et minus curvatæ, dentibus paucioribus armatæ; ternæ posteriores longæ, crassiusculæ, minus curvatæ, inermes, subæquales.

Cauda libera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci fere duplo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annularum quinque priorum rotundati.

Annulus analis subtrigonus, lateribus rotundatis, profunde excavatus, in medio obscure carinatus, manifesto latior quam longior (9:8), annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto brevior (8:9). Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior vix longior, paulo angustior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 3, 5 m. m.

Color albidus, maculis magnis, atris, racemosis, in capite atque annulis trunci in series binas digestis, in annulis

caudalibus prioribus subclathratis; annulus analis ad basin marmoratus.

*Oniscus Ceti* Spengl. sine dubio nostra Rhexana est, etsi hoc animal ad oras Groenlandiae balænam infestare dicitur; nam bene animadvertisendum, patriam veteribus quum compilatoribus tum scrutatoribus vilissimi momenti fuisse, igiturque indicationes eorum de his rebus saepe nimis incertas vel etiam omnino falsas esse: nec obliviscendum est, usque ad hoc tempus nullum exemplum speciei *Cymothoarum* præter sectionem *Ægidarum* extra regiones calidas vel tepidas terræ esse repertum. *Oniscus Ceti* Linn., cui Crustaceo Spengler animalculum suum referre vult, ut inter homines doctos constat, Cyamus Ceti est.

Exempla novem (quinque feminas, quattuor mares), a cel. v. Siebold ex itinere suo Iaponico relata atque in Museo Lugdunensi Batav. asservata, vidimus; præterea exemplum feminineum probum, a nobis delineatum et examinatum, in Museo Cantabri. Mass. asservatur, at nulla indicatione notatum.

### *I. B. Truncus convexus.*

#### CTEATESSA n. g.

*Corpus oblongum vel productum, convexum; annulus primus trunci ceteris multo longior; annuli quinque medii trunci ceteris abrupte breviores.*

*Caput parvum, profunde immersum.*

*Oculi obscure definiti.*

*Antennæ primi paris compressæ, breves, quam caput multo breviores; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressæ vel compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo longiores; 9-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, angulis  
margine callosis, rotundate obtusis.*

*Epimera breviuscula, lata, priora angulum annuli magno spatio  
non attingentia, posteriora angulum annuli fere expletia.*

*Pedes breviusculi, longitudine subæquales. Ungulæ perlongæ,  
crassiuseculæ, incurvæ, subæquales. Carina pedum parium  
quattuor posteriorum minus alta, margine postico late  
rotundato.*

*Cauda profunde immersa.*

*Annulus analis amplius, subrectangulus.*

Mas atque larva latent.

Forma situque capitis hoc genus generi Rhexanæ sat  
affine, at forma corporis magnitudineque ungularum generi  
Glossobii propinquatur.

### 1. *Cteatessa retusa. n.*

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 11—13.

Producta, subparallelæ, bis vel ter (2 : 5; femina) aut ter vel  
quater (2 : 7; virgo) longior quam latior.

Caput parvum, subrhomboidale, quam annulus quartus trunci  
quater (feminæ) vel ter (virgini) angustius, æque fere  
longum ac latum, profunde immersum, fronte in angulum  
obtusiusculum, lateribus rectis, producta.

Oculi obscure definiti.

Antennæ primi paris compressæ, angulos priores annuli primi  
trunci articulo quinto attingentes, antennas secundi paris  
longitudine subæquantes; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ vel compressiusculæ, quam  
antennæ primi paris paulo angustiores, angulos priores  
XIII.

annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 9-articulatæ, articulis ultimis perbrevibus et tenuibus.

Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis rotundate obtusis.

Annuli trunci in lateribus foveolis manifestis, numerosis signati; annulus primus præterea bifoveolatus, carina lateraliter angusta, post altiore, intus curvata, pone medium annuli desinente præditus.

Anguli postici annulorum quattuor priorum trunci late rotundati vel rotundate truncati, annulorum trium posteriorum rotundati, per paria sensim magis producti atque acuti.

Epimera subpendula; paris primi et secundi longiuscula, angustiuscula (parte inferiore epimeri, solito magis pendula, apparente), post obtusiuscula; paris tertii brevia, angustiuscula; paris quarti, quinti, sexti brevia, latiuscula, post rotundate truncata, paris quinti et sexti latera annuli superantia. Epimera priora angulum annuli spatio per paria sensim decrescente non attingentia, posteriora angulum annuli spatio per paria sensim crescente superantia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ perlóngæ, crassiusculæ, incurvæ, subæquales. Carina pedum paris quarti, quinti, sexti solito minus alta, per paria sensim paulo altior, angulo exteriore paulum producto, obtuso, margine postico late rotundato; pedum paris septimi alta, angusta, subsemicircula.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subparallelis, obscure biimpressa, paulo brevior quam latior (9:10), quam truncus cum capite plus duplo brevior (9:20, feminæ; vel 9:23, virginis). Annulus primus ceteris plus duplo angustior. Annuli quattuor priores longitudine fere æquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti acute producti.

Annulus analis subrectangulus, margine antico trisinuato, lateribus late rotundatis, post paulum divergentibus, margine postico profunde sinuato, ad basin obscure impressus, verrucosus, fere duplo latior quam longior, ceteros

annulos caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales annuluni analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior sæpius paulo longior atque angustior, laminatus vel subfalcatus; remus exterior obtusus, laminatus vel subfalcatus.

Long. feminæ ovigeræ 28—30 m.m.

Long. virginis 31 m.m.

Color cereus, in capite et parte majore trunci obscurior.

Duo exempla feminæ ovigeræ, a cel. Vahlberg prope Port Natal capta, in Museo Holmiensi asservantur. Exemplum tertium, virgineum, ad Mozambique a celeb. Peters captum et in Museo Berolinensi asservatum, a nobis delineatum est; sub nomine Ceratothoæ retusæ in itinere cel. W. Peters in Mozambique (Hilgendorf, Berl. Monatsber. 1878 p. 847) commemoratur.

## *II. A. Ungulæ inæquales, tertii paris omnium maximæ.*

### GLOSSOBIUS n.

*Corpus productum rel oblongum, conrexum; annuli quattuor priores trunci quam annulus quintus et sextus manifesto longiores; annulus ultimus trunci ceteris abrupte brerior.*

*Caput mediocre rel parrum, rix rel paulum immersum.*

*Oculi parvi, minus manifesto definiti rel obscuri.*

*Antennæ primi paris dilatatae rel compressæ, breviusculæ, quam caput paulo longiores, 7-articulatae.*

*Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris paulo longiores; 7-articulatae (articulis binis ultinis sæpe evanidis).*

*Margo anticus annuli primi trunci rotundatus, angulis latis, truncatis.*

*Epimera hreria, latiuscula rel angustiuscula; paris primi carina in formam cochlearis producta rel nodo saltem insignia.*

*Epimera priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim decrescente, non attingentia, posteriora angulum annuli fere expletia vel paulum superantia.*

*Pedes longiusculi, præter par primum et secundum (Gl. linearis) vel quartum (Gl. laticaudæ). Ungulæ longæ vel perlóngæ, valde curratæ; paris tertii omnium longissimæ, quam paris secundi abrupte longiores. Carina pedum parium quatuor posteriorum alta, margine postico breviter rotundato vel in angulum obtusum producto.*

*Cauda profunde immersa.*

*Annulus analis transversus.*

*Mas a femina differt:*

*statura multo inferiore;*  
*forma corporis magis oblonga;*  
*oculis manifestis, majoribus;*  
*angulis prioribus annuli primi trunci epimerisque primi paris simplicibus;*  
*ungulis per paria sensim crescentibus;*  
*annulo anali post sensim angustiore.*

*Pullus (stadii secundi):*

*Oculi permagni, rotundati.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ; 7-articulatæ. Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo longiores; 9-articulatæ.*

*Pedes breviusculi, longitudine subæquales. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, in dentes paucos, validos incisæ (dentes pedum posteriorum quam priorum breviores).*

*Annulus analis lingulatus. Remi pedum analium longitudine subæquales.*

Femina saltēm hujus generis a feminis ceterorum generum corpore magis producto, unguis paris tertii pervalidis ceterisque multo longioribus, unguis prioribus annuli primi trunci epimerisque paris primi plus vel minus carinatis, carina sāpe in formam cochlearis longe producta, facile distinguitur.

### 1. *Glossobius linearis.*

*Ceratothoa linearis* Dana, Unit. Stat. Explor. Exped. Crust. II. p. 752. t. L. f. 1, a—1, d.

*Ceratothoa exocoeti* Cunningham, Trans. Linn. Soc. XXVII. p. 499, t. LIX. f. 5.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 1—2.

Productus, subparallelus, convexiusculus, leviter rugosus, ter vel quater longior quam latior (forma valde varians).

Caput mediocre, subpentagonum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius, fere æque longum ac latum vel paulo latius quam longius (8:7), vix vel paulum immersum, fronte ad basin valde constricta, lateribus plus minusve manifesto emarginatis, ante late vel breviter rotundata.

Oculi obscuri.

Antennæ primi paris dilatatae, marginem anticum annuli primi trunci procul attingentes, articulum quintum vel sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci attingentes vel articulis binis ultimis superantes; 7—8-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci valde rotundatus, ad angulos profunde incisus, angulis perbrevibus, latis, ante truncatis vel late rotundatis, carina, sæpe magna, in formam cochlearis producta, ornatis; latera annuli in angulum incurvum producta.

Anguli postici annularum quinque priorum subtruncati vel late emarginati, annularum duorum posteriorum prominuli, incurvi, obtecti.

Epimera subpendula, brevia; paris primi angusta (parte inferiore pendula), carina magna, in formam cochlearis pro-

ducta, ornata; paris secundi angusta (parte inferiore pendula), post paulum dilatata, rotundate obtusa; paris tertii, quarti, quinti latiuscula vel angustiuscula, post angustata, obtusa; paris sexti latiuscula, post late rotundata, altitudine latus annuli manifesto superantia. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim descrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere attingentia.

Pedes parium dñorum priorum ceteris paulo breviores. Un-  
gulæ valde curvatæ, crassiusculæ; paris primi longiusculæ;  
paris secundi longæ; parium quinque posteriorum perlóngæ,  
per paria sensim longitudine paulum decrescentes. Carina  
pedum parium quattuor posteriorum per paria sensim  
altitudine valde crescens, angulo exteriore per paria  
sensim manifestiore, margine postico breviter rotundato  
vel in angulum leviter producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis,  
lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim  
subrectis vel obscure rotundatis, manifesto divergentibus,  
deplanata, medio manifesto convexa, fere æque longa ac lata,  
vel paulo latior quam longior (6 : 5), quam truncus cum  
capite fere ter brevior. Annulus primus quam quintus  
duplo vel pæne duplo angustior (5 : 9). Annulus primus  
quam annulus secundus, tertius, quartus paulo longior,  
quam annulus quintus manifesto brevior. Annulus quintus  
margine postico profunde bisinuato vel obscure trisinuato.  
Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angu-  
stati, obtusiusculi.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, sæpissime  
post convergentibus, margine postico crasse calloso,  
bilobo, in medio sulcatus, sublaevis, fere duplo latior  
quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis longi-  
tudine fere æqualis vel paulo brevior (7 : 8). Pedes  
anales quam annulus analis vix breviores; remus interior  
quam exterior multo longior, at vix angustior, post angu-  
status, obtusus; remus exterior angustatus, obtusus,  
subfalcatus.

Long. feminae ovigerae 30—38 m. m.

Long. virginis 21—33 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris, ante creberrimis sparsus.

### Mas adultus.

#### Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 3—4.

Producte ovalis vel subparallelus, convexiusculus, sublaevis, bis vel ter longior quam latior (5 : 2).

Caput mediocre, subobcordatum, quam annulus quartus truncibus vel ter angustius (3 : 7), vix latius quam longius, minus profunde immersum, fronte in angulum acutum, propendentem, lateribus leviter emarginatis, producta.

Oculi manifesti, mediocres, rotundati.

Antennae primi paris compressiusculæ vel teretiusculæ, oculum explentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris valde tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis quaternis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci leviter trisinuatus, angulis brevibus, rotundate attenuatis; latera annuli leviter flexuosa.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci subrecti, apice rotundati; anguli postici annuli ultimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula, breviuscula; paris primi et secundi latiuscula, post dilatata, rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti angustiuscula, post angustata, late rotundata; paris sexti angustiuscula, post obtusa. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium duorum priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ, valde curvatæ, per paria ante et post longitudine paulum decrescentes. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim

valde crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico breviter rotundato vel in angulum obscurum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim rotundatis, paulum divergentibus, convexiuscula, foveolata, manifesto longior quam latior (7 : 6), quam truncus cum capite plus duplo brevior (7 : 16). Annulus primus quam annulus quintus sesqui angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores. Annulus quintus margine postico levissime trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti acuminati, acutiusculi.

Annulus analis sublingulatus, margine postico leviter emarginato, in medio sulcatus, vix duplo latior quam longior (12 : 7), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores (6 : 7); remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, post angustatus, obtusus, subfalcatus; remus exterior post angustatus, obtusus, falcatus.

Long. 5—10, 5 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris, in canda media crebrioribus sparsus.

### Pullus stadii tertii.

Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 5.

Producte subovatus, convexiusculus, leviter foveolatus, fere longior quam latior.

Caput magnum, obovatum, quam annulus quartus trunci duplo angustius, æque fere longum ac latum, vix immersum, fronte in angulum acutum, ante propendentem vel paulum incurvum, lateribus valde emarginatis, producta.

Oculi manifesti, magni, subhexagoni.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum explentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis quaternis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, angulis minutis, paulum incurvis, rotundate angustatis, acutiusculis; latera annuli flexuosa.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci late rotundati, annuli septimi paulum prominuli, breviter rotundati.

Epimera subpendula, brevia; paris primi et secundi latiuscula, post dilatata, rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti angustiuscula, post angustata, breviter rotundata; paris sexti ceteris manifesto breviora, post breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ inermes, longiusculæ, tenuiusculæ, per paria ante et post longitudine decrescentes. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim paulum crescens, angulo exteriore evanido, margine postico breviter rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi liberis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, subparallelis, convexa, vix sesqui longior quam latior (10:7), quam truncus cum capite plus duplo brevior. Annulus primus quam annulus quintus manifesto angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Annulus quintus margine postico in angulum obscurum producto. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti rotundate obtusi.

Annulus analis subsemicirculus, læviusculus, plus sesqui latior quam longior (5:3), ceteris annulis caudalibus conjunctis multo brevior (4:5). Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior manifesto brevior atque angustior, paulum angustatus, obtusus; remus exterior angustatus, obtusus, subfalcatus.

Long. 4, 5 m. m.

Color cereus, maculis racemosis, obscuris, in corpore medio crebrioribus sparsus.

Annulo ultimo trunci subtus adsunt processus duo, in formam penis porrecti. Remus interior pedum branchialium secundi paris integer.

### Pullus stadii secundi.

Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 6—8.

Producte subovatus, ter longior quam latior.

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci sesqui angustius, vix sesqui latius quam longius (fere 10:7), paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi permagni, globosi, manifesto granulosi, decima parte latitudinis capitidis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum paulum superantes, articulum sextum antennarum secundi paris expletentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto vix attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci leviter trisinuatus, angulis rotundatis, angustatis, obtusis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, brevia; bina priora latiuscula, post dilatata, rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula, post paulum angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes longitudine subæquales, priores quam posteriores paulo tenuiores. Ungulæ longæ, per paria sensim minus curvatae, valide vel saltem manifesto dentatæ, dentibus

pedum posteriorum per paria sensim minoribus, quaternis, senis.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci multo longior; annuli quinque priores præter secundum paulo minorem longitudine subæquales. Anguli postici annularum quinque priorum rotundati.

Annulus analis breviter lingulatus, vix sesqui latior quam longior (10 : 7), annulis ceteris caudalibus conjunctis vix duplo brevior. Pedes anales quam annulus analis multo longiores; remus interior quam exterior vix longior, paulo latior, sublaminatus; remus exterior laminatus.

Long. 3 m. m.

Color albidus, maculis majusculis, racemosis, atris, in series transversas arcte digestis sparsus.

### Pullus stadii primi.

Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 9.

Producte subovatus, bis vel ter longior quam latior (8 : 3).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii vix duplo angustius (9 : 17), multo latius quam longius (6 : 5), paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta. Oculi permagni, globosi, læviusculi, sexta parte latitudinis capitis distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum paulum superantes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci bisinuatus, angulis rotundate angustatis, obtusis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, brevia; bina priora latiuscula, post dilatata, rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula, post breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes subæquales. Ungulæ breviusculæ, crassæ, inermes, leviter bipartitæ, subæquales.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior (7:13), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix brevior; annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus multo longiores. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, vix sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis vix duplo brevior. Pedes anales quam annulus analis multo longiores (5:4); remus interior quam exterior vix longior atque angustior, post in obliquum late rotundatus; remus exterior subovalis.

Long. 3 m. m.

Color albidus, immaculatus, oculis maculisque atris stadii sequentis per integumenta translucentibus.

Hic *Glossobius* species complures *Exocoeti* generis infestat; femina linguam piscis, pari tertio ungularum permagno atque incurvo membranam conjunctivam inferiorem linguam perforans, amplectitur, atque ventre suo linguam summam obtegens apicem ejus pari primo pedum superat, ut os piscis difficile claudatur. Mas, ut solet, quam femina multoties minor, cauda atque ventre ejus obiectus saepe invenitur (cf. Luetken, Vid. Medd. Nat. Foren. 1858 p. 176 et 1860 p. 182). Semel in *Coryphæna* sp. (nauarch. Hygom, Mus. Haun.), certe roquin semper in ore speciei cujusdam *Exocoeti* generis inventus est, et præter tria exempla, quæ omnia verisimiliter a Museo Godeffroyano oriuntur, solummodo in mari Atlantico captus esse indicatur. Plurima exempla in Museo Hauniensi asservantur; nauarchi Hygom atque Andréa, viri oculatissimi, diligentissimi, indefessi, hoc animal in diversis locis maris

Atlantici a  $42^{\circ}$  lat. sept. usque ad  $21^{\circ}$  lat. sept. in lingua specierum diversarum, ut Ex. exilientis Val., lamelliferi K. St., brachycephali Gnthr., brachycephalo aff. speciei (secundum cel. Luetken) ceperunt; præterea  $8-10^{\circ}$  lat. sept.  $40-50^{\circ}$  long. occ. (nauarch. Madsen, Mus. Haun.);  $34^{\circ}$  lat. sept.  $51^{\circ}$  long. occ. (nauarch. Pontoppidan, Mus. Haun.); ad »Promontorium viride« (nauarch. Due, Mus. Christ.); in itinere ad Rio de Janeiro (Thomsen, Mus. Haun.); in freto »Golfstrom« (nauarch. Hygom, Mus. Haun.); in mari Atlantico, alicubi (nauarch. Hertz, A. Benzon, Mus. Haun.; C. Cooke, Mus. Peabody; nauarch. Will, Mus. Christ.) exempla inventa sunt. Sine ulla certiore indicatione in Mus. Berol.; Mus. Cantabrig. Mass.; Mus. Berg. exempla asservantur. Specimen celeberrimi Danae in freto »Gulf-stream« captum esse dicitur.

## 2. *Glossobius laticauda.*

*Cymothoa laticauda* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 274.  
*Ceratothoa crassa* Dana, Unit. Stat. Explor. Exped. Crust. II.  
 p. 753, t. L. f. 2, a—2, c.

Femina ovigera. Virgo.

(Tab. XII. Cym. XIX.) Fig. 10—11.

Prodne e ellipticus vel ellipticus, convexiusculus, ante magis compressus, post magis deplanatus, fere duplo longior quam latior.

Caput mediocre vel parvum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius, plus sequi latius quam longius (12:7), paullum immersum, fronte in angulum rotundate obtusum vel late rotundatum, lateribus profunde emarginatis, producta. Oculi minus manifesti, parvi, subrhomboidales.

Antennæ primi paris compressæ, marginem anticum annuli primi trunci articulo ultimo superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, marginem anticum annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 9-articulatæ, articulis ultimis sæpe minutis, obscuris.

Margo anticus annuli primi trunci late rotundatus, ad angulos profunde incisus, angulis latis, brevibus, sæpe carinatis, truncatis; latera annuli in angulum acutum, incurvum producta.

Anguli postici annularum sex priorum trunci plus vel minus late rotundati, annuli septimi prominuli vel producti, acutiusculi, incurvi.

Epimera subpendula vel incurva; paris prima angustiuscula, in medio nodosa, post angustata, obtusa; paris secundi angustiuscula, post angustata, obtusa; paris tertii angustiuscula vel angusta, post obtuse angustata; paris quarti latiuscula, post angustata, in obliquum rotundate truncata; paris quinti latiuscula vel angustiuscula, post angustata, rotundate obtusa; paris sexti perlata, brevia, latus annuli alte superantia. Epimera quina priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim decrescente, non attingentia; ultima angulum annuli paulum superantia.

Pedes paris primi et quarti longitudine subæquales, ceteris multo breviores. Ungulæ paris primi breviusculæ, crassiusculæ; paris secundi et tertii longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, per paria longitudine crescentes; paris quarti, quinti, sexti, septimi longæ, crassiusculæ vel crassæ, per paria sensim longitudine crescentes; paris quarti, quinti, sexti, septimi longæ, crassiusculæ vel crassæ, per paria sensim longitudine crescentes. Carina pedum parium quatuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine valde crescens, angulo exteriore late rotundato, margine postico paris quarti, quinti, sexti per paria sensim magis breviter rotundato, paris septimi in angulum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim leviter rotundatis, post paulum divergentibus, deplanata, in medio leviter convexa, fere æque longa ac lata,

quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus quam annulus quintus plus duplo angustior (6:13). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus fere duplo breviores; annulus quintus margine postico profunde trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti rotundate obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus perlata rotundatis, manifesto post convergentibus, margine postico breviter bilobo vel late sinuato, ad basin in medio impressus, duplo latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis multo longior (9:7). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (7:9); remus interior quam exterior paulo longior atque angustior, post angustatus, acutiusculus; remus exterior pone medium angustatus, obtusus.

Long. feminæ ovigeræ 21, 5—38 m. m.

Long. virginis 21, 5—33 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris, ante multo crebrioribus sparsus.

### Mas adultus.

Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 12--13.

Producte ovalis, convexiusculus, sublævis, bis vel ter longior quam latior (20:9).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci vix duplo angustius (5:9), sesqui fere latius quam longius (10:7), minus profunde immersum, fronte in angulum acutum, lateribus obscure emarginatis, modice producta.

Oculi manifesti, mediocres, subrhomboidales.

Antennæ primi paris subteretes, oculum articulo ultimo superantes, dimidiam partem articuli septimi antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis brevioribus, paulum incurvis, rotundate acuminatis, acutiusculis.

Anguli postici annulorum quinque priorum trunci subrecti, apice rotundati, annulorum duorum posteriorum prominuli, rotundate obtusi, per paria magis producti.

Epimera subpendula; paris primi et secundi lata vel latiuscula, post paulum dilatata, truncata; paris tertii angustiuscula, post paulum dilatata, late rotundata; paris quarti, quinti, sexti per paria sensim longitudine paulum decrecentia, post paulum angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, paris primi ceteris multo, paris secundi posterioribus paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore evanescente, margine postico breviter rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim late rotundatis, paulum divergentibus, subdeplanata, in medio convexiuscula, foveolata, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sequi brevior (4:7). Annulus primus quam annulus quintus plus duplo angustior (3:7). Annulus primus quam annulus secundus, tertius, quartus multo longior, annulum quintum longitudine æquans. Annulus quintus margine postico late bisinuato vel leviter trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti rotundate obtusi.

Annulus analis sublingulatus, sublævis, sparse foveolatus, sesqui latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (8:9); remus interior quam exterior vix longior atque latior, post attenuatus, acutiusculus; remus exterior post attenuatus, acutiusculus.

Long. 10, 5—11, 5 m. m.

Color cereus, maculis minutis obscuris, in cauda media crebrioribus sparsus.

**Pullus stadii secundi.**

**Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 14—15.**

Subovatus vel producte subovatus, bis vel ter longior quam latior (7:3 vel 11:4).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci multo angustius (4:5), duplo fere latius quam longius, paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi permagni, subpentagoni, manifesto granulosi, septima parte latitudinis capitis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas atque transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum vix superantes, articulum sextum antennarum secundi paris vix explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vix attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci leviter trisinuatus, angulis rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli in lobum breviter rotundatum, subpendulum producta.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula, geniculata, post vix angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes longitudine subæquales, aculeis ternis, validis, incurvis, per paria pedum sensim tenuioribus magisque rectis, in articulis binis ultimis armati. Ungulæ perlóngæ vel longæ, valde curvatae, per paria sensim breviores minusque curvatae, dentibus quaternis pervalidis, per paria pedum sensim minoribus armatae.

Cauda libera, multo longior quam latior (4:3), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3:5). Annulus primus quam annulus ultimus trunci plus duplo longior; annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales quam annulus analis manifesto longiores (7:6); remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, subovalis; remus exterior sublaminatus.

Long. 2,7—3,3 m. m.

Color albidus, maculis magnis, atris, racemosis, in series transversas fere contiguas digestis farctus.

### Pullus stadii primi.

Tab. XII. (Cym. XIX.) Fig. 16.

Subovatus, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci fere duplo angustius, sesqui latius quam longius, paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi permagni, globosi, læviusculi, septima parte latitudinis capitidis distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris crassiusculæ, oculum vix superantes, articulum sextum antennarum secundi paris vix explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris fere duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci leviter bisinuatus, angulis rotundate angustatis; latera annuli in lobum rectangulum, subpendulum producta.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, brevia; bina priora lata vel perlata, post valde dilatata, in obliquum late rotundata; terna posteriora latiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post vix angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes priores quam posteriores paulo breviores. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ vel crassæ, leviter bipartitæ, subæquales.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior (19:10), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci manifesto longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati

Annulus analis lingulatus, multo latior quam longior (5:4), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior vix longior, sed latior, in obliquum late rotundatus; remus exterior subovalis.

Long. 3 m. m.

Color albidus, maculis stadii secundi per integumenta translucentibus.

Hæc etiam species in ore specierum generis Exocoeti invitatur, at per omnia maria regionis calidæ versatur: in itinere ad Brasiliam (Hveberg, Mus. Haun.); prope Granadam (Amer. merid.; Mus. Vindobon.); in flumine Continguiba (Maloim, nauarch. Hygom, Mus. Haun.); ad Puntarena (Mus. Holm.); ad promontorium Frio (Forsell, Mus. Holm.); ad insulas Sandwich (parva caterva, Barnard, Mus. Cantabr. Mass.; Eydoux, Mus. Paris.); in mari Pacifico, alicubi (Schlöer, Mus. Holm.); ad Pulo Penang (Didrichsen, Mus. Haun.) capta est. Viginti tres exempla hujus speciei vidimus. Etiam Dana, specimen Cer. crassæ in mari Pacifico (»from the Southwestern Pacific«) captum esse, commemorat.

*II. B. a. Frons summa antennis obtecta.*

## EMETHA n. g.

*Corpus oboratum, deplanatum; annuli quinque priores trunci longitudine subæquales; annulus sextus quam annulus quintus manifesto brevior; annulus septimus quam annuli ceteri abrupte brevior.*

*Caput magnum, profunde immersum.*

*Oculi parvi, manifesti.*

*Antennæ primi paris valde dilatatae, articulo primo maximam partem contiguae, frontem summam obtegentes, longiusculæ, quam caput paulo longiores; 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris dilatatae vel compressæ, quam antennæ primi paris paulo longiores; 8-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis compressis, rotundate attenuatis.*

*Epimera brevia, latiuscula; quina priora angulum annuli magno spatio non attingentia, posteriora angulum vix superantia.*

*Pedes breviusculi, solito magis compressi, per paria ante et post longitudine paulum crescentes. Ungulae parva, longitudine subæquales. Carina pedum parium quatuor posteriorum minus alta, margine postico plus vel minus breviter rotundato.*

*Cauda minus profunde immersa.*

*Annulus analis transversus, subsemicirculus.*

*Mas a femina differt:*

*statura fere duplo inferiore;  
corpore magis oblongo atque convexo;  
antennis primi paris compressiusculis vel compressis, non contiguis, brevioribus;  
antennis secundi paris teretiusculis, 9-articulatis;  
epimeris angulum annuli subæquantibus.*

*Pullus (stadii primi):*

*Oculi permagni, rotundati.*

*Antennæ primi paris compressiusculæ, longiusculæ; 7-articulatae.*

*Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo longiores; 9-articulatae.*

*Pedes longiusculi; terni priores quam terni posteriores paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ longæ, subrectæ, ternæ priores quam ternæ posteriores paulo longiores.*

*Annulus analis lingulatus. Pedes anales lati, longitudine subæquales.*

Forma situque antennarum primi paris hoc genus a ceteris Ceratothoinis facilissime distinguitur.

### 1. *Emetha Audouinii.*

*Cymothoa Audouinii* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 274.

*Femina ovigera.*

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 14—15.

Elliptica, ante compressa, post deplanata, duplo longior quam lator.

Caput magnum, subrotundatum, vertice in nodum manifestum prominente, quam annulus quartus trunci fere quadruplo angustius, æque longum ac latum, peralte immersum, fronte paulum prominula, profunde quadrisinuata, in medio in dentem acutum prominente, antennis primi paris omnino obtecta.

Oculi manifesti, parvi, subrotundi.

Antennæ primi paris valde dilatatae, marginem anticum annuli primi articulis binis (ternis) ultimis superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatae, articulo ultimo evanescente.

Antennæ secundi paris dilatatae vel compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, marginem anticum annuli

primi trunci articulis quaternis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera manifesto sinuatus, angulis productis, compressis, incurvis, acutiusculis; latera annuli in lobum rotundatum producta.

Anguli postici annorum sex priorum trunci late, per paria sensim magis breviter rotundati, annuli septimi prominuli, obtusi.

Epimera subpendula; paris primi et secundi magna, lata, in obliquum truncata vel post in angulum producta; paris tertii et quarti magna, latiuscula, ad apicem constricta, post breviter rotundata; paris quinti magna, latiuscula, post angustata, obtusa; paris sexti ceteris fere duplo breviora, latiuscula, post rotundata, in obliquum truncata. Epimera quinque priora angulum annuli spatio per paria sensim crescente atque iterum decrescente non attingentia; posteriora angulum annuli longe superantia

Pedes per paria ante et post paulum crescentes, paris tertii omnium minimi. Ungulæ parvæ, subtenues, solito minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico in angulum, per paria sensim multo manifestiore, producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim rotundatis, manifesto divergentibus, leviter biimpressa, paulo latior quam longior (10:9), quam truncus cum capite ter brevior. Annulus primus quam annulus quintus vix sesqui angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, annulo quinto manifesto breviores. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, angustiusculi.

Annulus analis subsemicirculus, ad latera obscure impressus, plus duplo latior quam longior (fere 9:4), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior

quam exterior paulo longior, manifesto angustior, attenuatus, subfalcatus; remus exterior attenuatus, falcatus.  
Long. 11, 5—18 m. m.

Color cereus, totus fere maculis minutis, ante multo crebrioribus, atris sparsus.

### Mas adultus.

Tab. XI (Cym. XVIII.) Fig. 16—17.

Producte ovalis vel producte elliptica, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci fere duplo angustius (7:12), paulo latius quam longius (7:6), minus profunde immersum, fronte peracuta, ante procumbente vel incurva, lateribus manifesto emarginatis. Oculi manifesti, magni, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, marginem posticum oculi procul attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ, articulo ultimo evanescente.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis quinis ultimis superantes; 9-articulatæ, articulis ternis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis angustatis, acutis, incurvis.

Anguli postici annulorum trunci subrecti, apice rotundati.

Epimera subpendula; paris primi et secundi latiuscula, longa, post paulum dilatata, rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti angustiuscula, per paria sensim paulo angustiora, longa, post breviter rotundata; paris sexti angustiuscula, ceteris multo breviora, post angustata, obtusa. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores. Unghulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria

sensim paulum crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subparallelis, læviuscula, convexa, paulo longior quam latior (13:11), quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus quam annulus quintus sequi angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus paulo breviores. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusiusculi.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, angulis posticis late truncatis, ad basin obscure impressus, paulo latior quam longior (8:7), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales annulo anali longitudine subæquales; remus interior quam exterior paulo longior atque angustior, angustus, post attenuatus; remus exterior post attenuatus, subfalcatus.

Long. 5—8 m. m.

Color cereus, maculis minutis, atris, paucis sparsus.

### Pullus stadii primi.

Tab. XI. (Cym. XVIII.) Fig. 18.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncum multo angustius (5:7), multo latius quam longius (fere 4:3), paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi permagni vel magni, læviusculi, rotundati, quinta parte latitudinis capitidis distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris subteretes, oculum fere explentes, articulatum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris

manifesto tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera suspendula, brevia; paris primi et secundi lata vel latiuscula, post dilatata. in obliquum late rotundata; paris tertii, quarti, quinti angustiuscula vel angustata, post paulum angustata, obtusa. Epimera angulum annuli exemplentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ inermes, longæ, bipartitæ, parium trium priorum ceteris paulo longiores.

Cauda libera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite vix sesqui brevior (7:10). Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annularum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin obscure impressus, multo latior quam longior (4:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales quam annulus analis multo longiores (5:4); remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, subovalis; remus exterior laminatus.

Long. 2, 4 m. m.

Color albidus, maculis minutis, obscure definitis, in marginem posticum annularum parce digestis, sparsus.

Mare mediterraneum, unde duodecim exempla vidimus, habitat. Ad Nizzam (T. Thorell, Mus. Holm.); Villafrancam (in Smari insidiatore, G. Winther, Mus. Haun.); Ostiam (Jon. Collin, Mus. Haun.); Lessinam (Mus. Haun.) inventa est. Exempla typica Milne Edwardsii, a nobis comparata, alicubi in mari mediterraneo capta sunt.

*II. B. b. Frons inter antennas prominens.*

### CERATOTHOA.

*Ceratothoa* Dana, Unit. Stat. Explor. Exped. Crust. II. p. 747.

*Corpus oblongum, sapissime convexum; annuli quattuor vel quinque priores trunci longi vel perlongi, prater primum, paulo longiores, longitudine subæquales; annuli tres vel duo posteriores abrupte breviores, sapissime sensim longitudine decrescentes.*

*Caput magnum vel mediocre, rarissime parrum, profunde immersum.*

*Oculi plus vel minus manifesti, magnitudine formaque valde variantes.*

*Antennæ primi paris sœpius dilatatae, rarius compressæ, breviusculæ, quam caput sape paulo breviores, rarissime paulo longiores; 7-articulatae vel rarius 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris compressæ, rarius compressiusculæ vel dilatatae, quam antennæ primi paris manifesto longiores; 9-articulatae, raro 8-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci sœpissime late sinuatus vel fere rectus, rarius plus vel minus manifesto bisinuatus, angulis sœpissime compressis, rotundate angustatis, rarissime flexuosis.*

*Epimera longiora vel breviora, angustiuscula vel angusta, priora angulum annuli spatio magno, sœpissime per paria sensim decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli vel fere explentia vel interdum paulum superantia.*

*Pedes mediocres, parium trium priorum ceteris plus vel minus manifesto breviores. Ungulae sœpissime breviusculæ, rarius longiusculæ vel longæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta (paris primi interdum minus), margine postico plus vel minus breviter rotundato vel in angulum obtusum producto.*

*Cauda profunde immersa.*

*Annulus analis latus, subtriangulus vel subsemicirculus, saepe bilobus.*

*Mas a femina differt:*

*statura multo inferiore;*  
*forma corporis magis parallela;*  
*antennis sapissime minus dilatatis.*

*Pullus (stadii secundi):*

*Oculi permagni vel magni, rotundati vel suborales.*

*Antennæ primi paris sapissime compressiusculæ vel teretiusculæ, quam caput paulo breviores, interdum teretes atque capite multo longiores.*

*Antennæ secundi paris sapissime tereles, quam antennæ primi paris plus vel minus manifesto longiores, interdum filiformes atque antennis primi paris ter longiores.*

*Pedes longiusculi, parium trium priorum vel saltem paris primi ceteris plus vel minus longiores atque tenuiores. Ungulæ longæ, incurvæ, in dentes sapissime multos, interdum paucos, per paria unguilarum numero atque magnitudine post decrescentes, incisæ; parium trium priorum veteris multo longiores magisque curvatae.*

*Annulus analis sapissime lingulatus, interdum subtriangularis.*

*Pedes anales sapissime remis sublaminatis, subequalibus, interdum remis productis, remo interiore quam exteriore multo longiore.*

Hoc genus maximam partem specierum tribus Ceratothoinarum continet, atque diu hæsitabamus, utrum genus in plura nova genera divisorimus, necne. Quoniam tamen nullos characteres majoris momenti inter formas adultas, nempe feminas, detegere valuimus, omnes species in unum genus colligere prætulimus, etsi pullus speciei unius, *C. oxyrrhynchæna*, a ceteris valde differt. At bene animadvertisendum est, pullos multarum specierum, præsertim tamen earum, quibus *C. oxyrrhynchæna* proxima est, adhuc latere: neque obliviscendum est, solummodo stadium primum, immaturum, hujus pulli *C. oxyrrhynchæna* nobis cognitum esse, ne scire possimus,

utrum unguiae dentatae vel inermes sint (quæ ratio magni ponderis est).

Corpus oblongum atque saepissime convexum, at *C. carinatæ* supra manifesto carinatum et *C. parallelæ* præter annulos duos vel tres priores trunci supra deplanatum. Annulus primus trunci omnium maximus vel longissimus, plerisque annulus secundus, tertius, quartus permagni, longi, subæquales; annuli tres posteriores abrupte breviores, sensim longitudine decrescentes; nonnullis (*C. carinatæ*, *C. Gaudichaudii*, *C. Banksii*, *C. trigocephalæ*) annulus secundus, tertius, quartus, quintus permagni, longi, subæquales, et annuli duo posteriores abrupte breviores, longitudine decrescentes; *C. parallelæ* annulus secundus, tertius, quartus, quintus subæquales, et annuli duo posteriores abrupte breviores, longitudine æquales; *C. Gobii* atque *C. oxyrrhynchænæ* annulus secundus, tertius, quartus subæquales, et annuli tres posteriores abrupte breviores, longitudine æquales.

Caput saepissime magnum, rarius mediocre vel etiam parvum (*C. oxyrrhynchænæ*), formæ subtrigonæ, fronte in angulum plus vel minus acutum producta.

Oculi saepissime manifesti, rarius obscuri, at magnitudine formaque valde variantes.

Antennæ primi paris plerisque dilatatae, articulis primis latissimis, angulo superiore atque priore contiguis. *C. parallelæ*, *C. Italicæ*, *C. oestroidi* antennæ potius compressæ quam dilatatae dicendæ; *C. Gobii* antennæ adhuc minus dilatatae, ut dubitandum sit, utrum compressæ an compressiusculæ nominari debeant. Antennæ longitudine plerisque caput non æquant, marginem anticum annuli primi trunci non attingentes, at *C. Steindachneri* antennæ marginem attingunt et *C. parallelæ* etiam marginem articulis binis ultimis superant. Plerisque antennæ (ut in pullis) 7-articulatae sunt, at *C. parallelæ*, *C. Italicæ*, *C. Steindachneri*, *C. collari* antennæ primi paris 8-articu-

latæ, et *C. Banksii* etiam nunquam numerum majorem quam septem invenimus.

Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris plus vel minus tenuiores vel angustiores, plerisque manifesto longiores, easque sæpiissime articulis ternis ultimis superantes. *C. Gobii* hæc antennæ antennas primi paris articulo ultimo solummodo superant.

Margo anticus annuli primi trunci plerisque fere rectus vel late sinuatus aut paulum rotundatus, ad basin angulorum plus vel minus profunde incisus, interdum plus vel minus obscure sinuatus. Anguli priores plerisque æquati, proni vel in æquum porrecti, rotundate attenuati; *C. carinatae* anguli compressiusculi, *C. Steindachneri*, *C. collari*, *C. oxyrrhynchænæ* in carinam altam compressi, *C. Gaudichaudii* flexuose angustati.

*Epimera* subpendula vel subincurva, forma, latitudine, longitudine valde variantia; postica abrupte, rarissime (*C. Gaudichaudii*) solummodo paulo breviora; *C. Gaudichaudii* atque *C. Banksii* parte inferiore epimerorum binorum priorum magna, pendula, detecta (ut *Cteatessæ retusæ*) insignia. *Epimera* priora angulum annuli spatio magno, sæpiissime per paria decrescente, non attingunt, posteriora angulum annuli spatio parvo non attingunt vel eundem fere explet, rarius (*C. parallelæ*, *C. Italicæ*, *C. collari*) postica angulum annuli paulum superant; *C. Gaudichaudii* et *C. collari* spatium per paria ante et post decrescit.

Pedes parium trium priorum plerisque quam ceteri solummodo paulo breviores vel subæquales; *C. Gaudichaudii*, *C. Gobii*, *C. oxyrrhynchænæ* tamen manifesto longiores. Ungulæ plerisque mediocres, plus vel minus curvatae, inter se subæquales. *C. collari* atque *C. oxyrrhynchænæ* ungułæ longiusculæ, *C. Gobii* etiam longæ. Carina pedum paris quarti plerisque alta; carina pedum parium trium posteriorum per paria sensim plus vel minus crescens; *C. carinatae* carina pedum paris quarti parva, *C. parallelæ* mediocris, *C. oestroidi* minus alta.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subparallelis vel paulum rotundatis, plus vel minus divergentibus, raro (*C. trigonocephalæ*, *C. Steindachneri*) paulum convergentibus.

Annulus analis latus, transversus, plerisque subsemicirculus, margine postico raro sinuato (*C. carinatæ*, *C. parallelæ*) vel bilobo (*C. Gobii*). *C. Gaudichaudii* annulus analis subtrapezoideus, *C. Banksii* subhexagonus, lateribus valde convergentibus. Pedes anales plerisque annulo anali longitudine subæquales vel paulo breviores, raro paulo (*C. trigonocephalæ*, *C. oxyrrhynchænæ*) vel etiam manifesto (*C. carinatæ*, *C. Gobii*) longiores.

Septem speciebus hujus generis pulli a nobis delineati atque descripti sunt, quorum sex priores inter se subsimiles; pullus tamen septimus, *C. oxyrrhynchænæ*, a ceteris pullis hujus generis quin etiam hujus tribus Cymothoidarum valde differt. Ita antennæ primi paris multo tenuiores, antennæ secundi paris valde tenuiores, filiformes, multiarticulatae inveniuntur. Ungulæ stadii primi inermes sunt, at fieri potest, eas studio sequenti dentatas prodire, quæ tamen incisura forsitan propter stadium valde immaturum pullorum a nobis examinatorum nondum præformata esset vel oculos nostros effugeret.

### Conspectus systematicus specierum.

#### I. Truncus carinatus.

##### 1. Carinata.

#### II. Truncus deplanatus.

##### 2. Parallelæ.

#### III. Truncus convexus.

##### A. Anguli priores annuli primi trunci æquati.

###### a. Frons obtusa.

3. Gaudichaudii. 4. Banksii.  
 b. Frons acuta vel acutiuscula.
5. Italica. 6. Oestroides.  
 7. Gobii. 8. Trigonocephala.  
 B. Anguli priores annuli primi trunci carinati.
9. Steindachneri. 10. Collaris.  
 11. Oxyrrhynchæna.

*I. Truncus carinatus.*

*1. Ceratothoa carinata.*

Cymothoa carinata Bianconi, Mem. accad. Bologn. ser. II.  
 IX. (1869) p. 210. t. II. f. 2a—2b.

Virgo.

Tab. XIII. (Cym. XX.) Fig. 1—2.

Producte subelliptica, convexiuscula, carinata, sublævis, bis  
 vel ter longior quam latior (5 : 2).

Caput magnum, subcordatum, in vertice carinatum, in fronte  
 impressum, quam annulus quartus trunci bis vel ter an-  
 gustius (fere 3 : 7), multo latius quam longius (fere 5 : 4),  
 solito minus profunde immersum, fronte in angulum ob-  
 tursum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi manifesti, parvi, subovales.

Antennæ primi paris dilatatae, marginem anticum annuli primi  
 trunci fere attingentes, articulum sextum antennarum  
 secundi paris expletos; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris dilatatae, quam antennæ primi paris  
 paulo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci  
 articulo quinto attingentes; 9(vel 8)-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, in medio obscure productus, ad angulos leviter sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, paulum incurvis, compressiusculis, obtusis; latera annuli in angulum acentum producta.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci late rotundati, annuli septimi producti, rotundate obtusi.

Epimera subpendula, angustiuscula; paris primi et secundi post paulum dilatata, rotundate obtusa; paris tertii, quarti, quinti post paulum angustata, apice producta, obtusa; paris sexti ceteris multo breviora, post breviter rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio magno non attingentia; bina posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ breviusculæ, crassæ vel crassiusculæ, longitudine subæquales. Carina pedum paris quarti parva; parium trium posteriorum alta, per paria sensim paulum crescents, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto divergentibus, subdeplanata, in medio manifesto carinata, multo latior quam longior (fere 5:4), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (fere 2:5). Annulus primus quam annulus quintus fere sesqui angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Annulus quintus margine postico manifesto trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angustati, obtusi.

Annulus analis transversus, margine postico late rotundato, in medio obscure sinuato, deplanatus vel leviter excavatus, in medio carinatus, bis vel ter latior quam longior, (fere 5:2), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis multo longiores (5:4); remus interior quam exterior vix vel paulo longior, manifesto angustior, post attenuatus,

acus; remus exterior post angustatus, acutiusculus, subflexuosus.

Long. 13—28 m. m.

Color cereus.

Virginem, ad Mozambique captam, Museum Berolinense nobis investigandam tradidit. Etiam Bianconi, l. c., huic speciei eundem locum indicat. Quattuor virgines juniores, at sine indicatione loci, in Museo Parisiensi asservantur.

## *II. Truncus deplanatus.*

### *2. Ceratothoa parallela.*

*Cymothoa parallela* Otto, Nov. Act. Acad. Leop. Car. Nat. Cur. XIV. p. 351. t. XXII. f. 3—4.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 273.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XIII. (Cym. XX.) Fig. 3—4.

Producte ovalis, deplanata, obscure foveolata, ter circiter longior quam latior (3 : 1 vel 36 : 11).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncis duplo angustius, paulo latius quam longius (7 : 8), profunde immersum, fronte peracuta, ante procumbente, lateribus leviter emarginatis.

Oculi manifesti, magni, subrotundati.

Antennæ primi paris compressæ, marginem anticum annuli primi truncis articulis binis ultimis superantes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ, articulo ultimo minimo, evanescente.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, marginem anticum annuli primi trunci articulis ternis vel quaternis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci ferme rectus, angulis angustis, productis, acutis, paulum incurvis, in æquum fere porrectis.

Anguli postici annuli primi et secundi trunci truncati, annuli tertii, quarti, quinti rotundati, annuli sexti et septimi prominuli, obtusi, per paria sensim angustiores.

Epimera subpendula, priora ampla, posteriora parva, per paria sensim magnitudine decrescentia; paris primi et secundi post dilatata, in obliquum truncata; paris tertii, quarti, quinti post angustata; paris sexti post brevius rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio per paria sensim decrescente non attingentia; paris quinti angulum annuli explentia; paris sexti angulum annuli paulum superantia.

Pedes subæquales. Ungulæ mediocres, subtenues, minus curvatae, subæquales. Carina pedum quattuor posteriorum mediocris, per paria sensim altior, angulo exteriore rotundato, margine postico per paria sensim brevius rotundato vel angulate producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim parallelis vel subparallelis, obscure biimpressa, deplanata, annulo secundo in carinam transversam prominulo, paulo longior quam latior (10 : 9), quam truncus cum capite ter fere brevior. Annulus primus annulis ceteris plus sesqui angustior (3 : 5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti rotundate obtusi vel obtusi, per paria sensim paulo angustiores.

Annulus analis subsemicirculus, margine postico sinuato, angulis prioribus rotundate truncatis, ad basin obscure bifoveolatus, latior quam longior plus sesqui (8 : 5), an-

nulis ceteris caudalibus conjunctis plus vel minus longior (usque ad 13 : 9). Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior paulo longior atque angustior, post angustatus; remus exterior post angustatus, paulum falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 9—26 m. m.

Long. virginis 7, 5—22, 5 m. m.

Color cereus, in dorso medio corporis ante maculis minutissimis, creberrimis, nigricantibus sparsus.

### Mas adultus.

Tab. XIII. (Cym. XX.) Fig. 5—6.

Producte elliptica vel subparalleia, convexa, sublævis, quater ferme longior quam latior.

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii plus sesqui angusties (3 : 5), paulo latius quam longius (8 : 7), profunde immersum, fronte subrugulosa, acuta, ante procumbente, lateribus leviter emarginatis.

Oculi manifesti, magni, subrotundati.

Antennæ primi paris compressæ, oculum vix superantes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, marginem anticum annuli primi truncii attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii subrectus, angulis angustis, productis, acutis, paulum incurvis, in æquum fere porrectis; latera annuli manifesto rotundata.

Anguli postici annularum truncii subrecti, apice rotundati.

Epimera subpendula; paris primi et secundi longa, lata, post dilatata atque rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti longa, latiuscula, post paulum dilatata, rotundate truncata; paris sexti ceteris manifesto breviora, angusti-

uscula, post angustata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes subæquales. Ungulæ mediocres, crassiusculæ, minus curvatæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum mediocris, per paria sensim manifesto altior, angulo exteriore rotundato, margine postico per paria pedum sensim brevius rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis posticis annuli primi liberis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto divergentibus, laevis, convexa, annulo secundo quam annulis ceteris vix altiore, paulo longior quam latior (6 : 5), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2 : 5). Annulus primus quam annulus quintus multo angustior (4 : 5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus paulo breviores. Anguli postici annularum quinque priorum angusti, obtusiusculi.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin obscure impressus, manifesto latior quam longior (7 : 6), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior paulo brevior, manifesto angustior, post angustatus vel attenuatus, subfalcatus; remus exterior post angustatus, falcatus.

Long. 4, 5—10, 5 m. m.

Color cereus.

#### Pullus stadii secundi.

Tab. XIII. (Cym. XX.) Fig 7—9.

Producte ovata, plus ter longior quam latior (24 : 7).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii multo angustius (fere 5 : 4), sesqui fere latius quam longius, paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi maximi, globosi, granulosi, plus quam decima parte latitudinis capitis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris teretiusculæ, oculum fere explentes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, angulis acuminatis, incurvis, acutiusculis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera subpendula, latiuscula; bina priora post dilatata, latius rotundata; terna posteriora post angustata, obtusa. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris multo longiores. Ungulæ ternæ priores perlóngæ, valde curvatæ, dentibus octonis vel undenis, validis, acutis armatæ; ternæ posteriores longæ, leviter incurvæ, ad basin undulate, perminute denticulatæ.

Cauda libera, plus sesqui longior quam latior (18 : 11), quam truncus cum capite vix sesqui brevior (9 : 13). Annulus primus quam annulus ultimus trunci manifesto longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annularum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, multo latior quam longior (9 : 7), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (9 : 11). Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior vix longior, paulo latior, laminatus; remus exterior laminatus.

Color albidus, maculis racemosis, in marginem posticum annularum digestis, raris sparsus; annulus analis immaculatus.

Long. 2, 5 m. m.

## Pullus stadii primi.

Tab. XIII. (Cym. XX.) Fig. 10.

Producte ovata, bis vel ter longior quam latior (fere 5 : 2). Caput permagnum, trigonum, quam annulus quartus truncis qui angustius, multo latius quam longius (fere 4 : 3), paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus profunde emarginatis, producta.

Oculi permagni, globosi, lèves, sexta parte latitudinis capitis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris subteretes, oculum fere expletos, articulum quintum antennarum secundi paris expletos; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncis articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncis late sinuatus, angulis brevibus, acutiusculis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum truncis late rotundati.

Epimera subpendula, angustiuscula; bina priora post dilatata, latius rotundata; terna posteriora post angustata, obtusa. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris multo longiores atque tenuiores. Ungulæ inermes, manifesto bipartitæ; ternæ priores longæ; ternæ posteriores longiusculæ, quam priores multo crassiores.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite manifesto brevior (6 : 7). Annulus primus quam annulus ultimus truncis plus duplo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales vel sensim paulo longiores. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, manifesto latior quam longior (10 : 9), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus sesqui brevior

(9:14). Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior vix longior, paulo latior, laminatus; remus exterior laminatus.

Long. 2, 5 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi atri.

Hæc species magnitudine valde variat, at specimina typica quum cel. Ottonis tum cel. Milne Edwardsii inter se comparata nullum dubium, quin Milne Edwards speciem suam ad speciem Ottonis recte retulerit, nobis reliquerunt.

Mare mediterraneum cum parte adjacente maris Atlantici habitat sat vulgaris; quinquaginta fere vidimus exempla. Ad insulam Madeiram Will. Sørensen (Mus. Haun.) feminam cum mare in fauce *Boopis vulgaris* supine affixam cepit; octo exempla ad eandem insulam capta in Museo Bonnensi asservantur. Præterea in portu Carthagena (J. Collin, Mus. Haun.); ad Nizzam (T. Thorell, Mus. Upsal.; M. Schultze, Mus. Bonn.); O. Mørch, Mus. Haun.); Villafrancam (G. Winther, Mus. Haun.); Ajaccio (Mus. Vindobon.); Neapolin (Mus. Christian.); Messinam (Haeckel, Mus. Berol.; Mus. Vindobon.); Oran (Bravais, Mus. Paris. — Specim. typ.); ad oras Dalmatiæ (Mus. Vindobon.); ad Tergestam (Steenstrup, Mus. Haun.); alicubi in mari mediterraneo (Ottone, Mus. Vratisl. — Specim. typ.; Mus. Goting.) capta est. Duo exempla in cute *Esocis Belonis* capta esse a cel. Ottone indicantur.

### *III. Truncus convexus.*

A. *Anguli priores annuli primi trunci aquati.*

a. *Frons obtusa.*

### *3. Ceratothoa Gaudichaudii.*

*Cymothoa Gaudichaudii* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III.  
p. 271.

*Ceratothoa rapax* Heller, Reise Novaræ. Crust. p. 146. t. XII. f. 17.

## Femina ovigera.

Tab. XIII. (Cym. XX.) Fig. 11—15.

Producte ovata, convexa, sublævis, bis vel ter longior quam latior (fere 8:3).

Caput magnum, subtrigonum, in medio impressum, quam annulus quartus truncii ter angustius, multo latius quam longius (fere 5:4), profunde immersum, fronte in angulum obtusum, lateribus late rotundatis, producta.

Oculi parvi vel mediocres, plus vel minus obscure definiti, subrotundati.

Antennæ primi paris dilatatae vel compressæ, oculum vix superantes, articulum quintum antennarum secundi paris expletentes; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ vel dilatatae, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo tertio superantes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncii late sinuatus vel obscure bisinuatus, angulis latis, flexuose angustatis, incurvis, obtusis; latera annuli in angulum obtusum, incurvum producta.

Anguli postici annularum sex priorum truncii late rotundati, annuli septimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula, parte inferiore paris primi et secundi detecta; paris primi et secundi longa, latiuscula, post dilatata, in obliquum late rotundata; paris tertii, quarti, quinti longa, latiuscula, post valde angustata, geniculata, breviter rotundata; paris sexti longiuscula, latiuscula, post paulum angustata, late rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria ante et post decrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere exaplentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores. Ungulæ breviusculæ, crassæ, parum curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum

alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore evanido, margine postico breviter, per paria sensim brevius rotundato vel in angulum obtusum producto.

Cauda saepissime profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto rotundatis atque divergentibus, planiuscula, paulo latior quam longior (fere 8 : 7), quam truncus cum capite bis vel ter brevior. Annulus primus quam annulus quintus plus sesqui angustior (fere 16 : 9). Annuli quattuor priores longitudine subaequales, vel annulus primus ceteris paulo longior, annulus quintus annulus ceteris manifesto longior. Annulus quintus margine postico profunde trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusi.

Annulus analis subtrapezoideus, lateribus valde convergentibus, margine postico late rotundato, leviter rugulosus, ad basin leviter impressus, vix duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (5 : 4 vel 6 : 5). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior multo vel manifesto longior atque angustior, angustatus, acutiusculus, falcatus; remus exterior post angustatus, acutiusculus, falcatus.

Long. 33—56 m. m.

Color cereus.

#### Mas adultus.

#### Tab. XIV. (Cym. XXI.) Fig. 1—4.

Subparallelia, convexiuscula, sublævis, ter longior quam latior. Caput magnum, subtrigonum, in medio impressum, quam annulus quartus trunci plus duplo (fere 5 : 12) angustius, manifesto latius quam longius (fere 6 : 5), profunde immersum, fronte obtuse angulata vel rotundata, lateribus subrectis.

Oculi mediocres, plus vel minus manifesti, rhomboidales.

Antennæ primi paris compressæ, oculum vix explentes, articulum quartum antennarum secundi paris paulum superantes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ prius paris valde angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo secundo fere attingentes; 9-articulatæ, articulis ternis vel quaternis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, angulis latis vel perlatis, flexuose angustatis, incurvis, acutiusculis; latera annuli in angulum obtusum, incurvum producta.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera incurva; paris primi et secundi longiuscula, latiuscula vel lata, post valde dilatata, late rotundata; paris tertii, quarti, quinti longiuscula, per paria sensim breviora, angustiuscula vel angusta, per paria sensim angustiora, post angustata, geniculata, breviter rotundata; paris sexti breviuscula, angustiuscula, post paulum angustata, late rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio breviusculo non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ breves, crassæ, parum curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico in angulum obtusum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto rotundatis atque divergentibus, paulo longior quam latior, quam truncus cum capite bis vel ter brevior. Annulus primus quam annulus quintus fere duplo angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus ceteris paulo longior. Annulus quintus margine postico profunde quadrisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti rotundate obtusi.

Annulus analis breviter lingulatus, rugulosus, ad basin impressus, leviter carinatus, vix duplo latior quam longior, annulis ceteris candalibus conjunctis manifesto longior. Pedes anales quam annulus analis vix longiores; remus interior quam exterior manifesto longior atque angustior, angustatus, acutiusculus, falcatus; remus exterior post angustatus vel attenuatus, acutiusculus, falcatus.

Long. 13—32 m. m

Color cereus.

### Pullus stadii primi.

#### Tab. XIV. (Cym. XXI.) Fig. 5.

Suboyata, bis vel ter longior quam latior (fere 5:2).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncus plus sesqui angustius (5:9), multo latius quam longius (5:4), paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta. Oculi mediocres, subovales, lèves, quinta parte latitudinis capititis distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum vix expletentes, articulum septimum antennarum secundi paris fere expletentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncus articulo sexto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora latiuscula vel lata, post valde dilatata, in obliquum late rotundata; terrena posteriora angustiuscula, post vix dilatata, obtusa. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque

tenuiores. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ vel crassæ, leviter bipartitæ, paulum curvatæ, inermes, subæquales. Cauda libera, plus sesqui longior quam latior (5:3), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix duplo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

*Annulus analis lingulatus*, multo latior quam longior (fere 5:4), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (fere 4:5). Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 3,7 m. m.

Color albidus, maculis atris, minutis, racemosis, in series transversas, annulis trunci binas, annulis caudalibus ternas digestis, annulo anali præter basin immaculatus.

Hæc species mare Pacificum, oras Americæ meridionalis alluens, habitat. Ad Coquimbo (Gaudichaud, Mus. Paris. — Specim. typ. cel. Milne Edwardsii); ad oras Chilenses (inter navigationem Novaræ, Mus. Vindobon. — Specim. typ. C. rapacis Hell.); ad Callao (in ore Thynni, inter navigationem Galateæ, Mus. Haun.; Dubois, Mus. Paris.; Kroeyer, Mus. Haun.); ad oras Peruvianas (Tschudi, Mus. Berol.); ad Mazatlan (Salmin, mercat., Mus. Berol.); ad insulas Chinches (caterva parva, Verngren, Mus. Holm.) capta est. Se-decim exempla vidimus.

#### 4. *Ceratothoa Banksii.*

*Pediculus marinus* Seba, Thesaur. t. XL. f. 1, B. C.  
*Cymothoa Banksii* Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 353.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 309.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 273.

*Cymothoa trionocephala* Milne Edwards, Ann. sc. nat. 2. sér. III. t. XIV. f. 1—2.

Cuvier, Règn. anim. ill. Crust. Pl. 65. f. 2.

Guérin, Iconogr. Crust. Pl. 29. f. 2.

Femina ovigera. Virgo adolescens.

Tab. XIV. (Cym. XXI.) Fig. 6—7.

Producte obovata, convexa, sublævis, bis vel ter longior quam latior (5:2 vel 8:3).

Caput magnum, subovatum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius, manifesto latius quam longius (7:6 vel 6:5), profunde immersum, fronte in angulum obtusum, lateribus manifesto vel profunde emarginatis, porrecta.

Oculi parvi, plus vel minus obscuri, rhomboidales, angulis longe productis.

Antennæ primi paris dilatatae, marginem anticum annuli primi trunci fere attingentes, articulum quintum vel sextum antennarum secundi paris expletentes; 7 (vel 6)-articulatae.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio attingentes; 9 (vel 8)-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus vel in medio leviter productus, ad angulos leviter sulcatus, angulis incurvis, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli in lobum magnum, apice truncatum, incurvum producta.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci plus vel minus late rotundati, annuli septimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula, parte inferiore epimerorum binorum priorum detecta; paris primi et secundi longiuscula, latiuscula, post dilatata, rotundata vel rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti longa, latiuscula, post valde angustata, geniculata, rotundate obtusa; paris sexti breviuscula, post angustata, rotundate obtusa. Epimera terna priora angulum annuli spatio magno non attingentia; terna posteriora angulum annuli spatio parvo, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ

breviusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales. Cårina pedum parium quattuor posteriorum alta vel peralta, per paria sensim crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, per paria sensim magis producto, margine postico late rotundato vel in angulum obscurum producto. Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto rotundatis, paulum divergentibus, subdeplanata, paulo latior quam longior (11:10), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2:5 vel 2:3). Annulus primus quam annulus quintus plus sesqui angustior (fere 3:5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Annulus quintus margine postico manifesto vel profunde trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angustati, obtusi.

Annulus analis subhexagonus, margine postico late rotundato, ad basin obscure impressus, sublaevis, duplo vel plus sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto vel multo longior (10:9 vel 11:9). Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores; remus interior quam exterior paulo longior atque angustior, post attenuatus, acutiusculus; remus exterior post attenuatus, acutiusculus, saepe paulum flexuosus.

Long. feminæ ovigeræ 38—55 m. m.

Long. virginis 32—57 m. m.

Color cereus.

#### Mas adultus.

Tab. XIV. (Cym. XXI.) Fig. 8—9.

Producte ovata, convexa vel convexiuscula, sublaevis, bis vel ter longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus trunciter angustius, manifesto longius quam latius (7:6), pro-

funde immersum, fronte in angulum obtusum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi manifesti, mediocres vel parvi, rhomboidales, angulis rotundatis.

Antennæ primi paris compressæ vel compressiusculæ, marginem anticum annuli primi trunci fere attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, ad angulos leviter sinuatus, angulis productis, sensim angustatis, leviter incurvis; latera annuli late rotundata vel flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci late rotundati.

Epimera subpendula, longiuscula; paris primi et secundi latiuscula, post paulum dilatata, rotundate truncata; paris tertii angustiuscula, post rotundate truncata; paris quarti et quinti angustiuscula vel angusta, post paulum constricta, late rotundata; paris sexti ceteris multo breviora, angustiuscula, post paulum angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum per paria sensim longitudine crescentes, ceteris manifesto breviores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim paulum crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim late rotundatis, leviter convergentibus, subdeplanata vel convexiuscula, paulo longior quam latior, quam truncus cum capite plus duplo brevior (fere 3:7). Annulus primus quam annulus quintus fere duplo angustior. Annuli quinque priores longitudine subæquales. Annulus quintus margine postico late bisinuato vel leviter trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angustati, acutiusculi.

Annulus analis breviter lingulatus, in medio obscure carinatus atque foveolatus, vix duplo latior quam longior (16 : 9), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (4 : 5); remus interior quam exterior vix vel paulo longior, multo angustior, attenuatus, acutiusculus; remus exterior angustatus, acutiusculus, subflexuosus.

Long. 14—25 m. m.

Color cereus.

### Pullus stadii secundi.

Tab. XIV. (Cym. XXI.) Fig. 10—15.

Producte subovata, ter longior quam latior.

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncus plus sesqui angustius (3 : 5), latius quam longius plus sesqui (5 : 3), manifesto immersum, fronte in angulum acutum, incurvum, lateribus profunde emarginatis, producta.

Oculi permagni, subovales vel subhexagoni, granulosi, quinta parte latitudinis capitidis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum explentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, angulis rotundate angustatis, incurvis, acutiusculis; latera annuli in lobum brevem, late rotundatum producta.

Anguli postici annularum truncorum late rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; terna posteriora

angustiuscula, geniculata; post vix dilatata, late rotundata.  
Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ ternæ priores longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, per paria sensim brevioreas atque minus curvatæ; ternæ posteriores longæ, crassiusculæ, subæquales; ungułæ primæ dentibus quinis vel septenis minutis armatæ.

Cauda libera, plus sesqui longior quam latior (fere 5 : 3), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2 : 5). Annulus primus quam annulus ultimus truncii vix longior, quam annuli ceteri caudales vix brevior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, multo latior quam longior (5 : 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores (9 : 8); remus interior quam exterior vix brevior, at paulo latior, laminatus; remus exterior laminatus.

Long. 5 m. m.

Color albidus, maculis minutis, obscuris, racemosis, in limbum atque tres lineas rectas (medium manifestiore) digestis ornatus.

### Pullus stadii primi.

Tab. XIV. (Cym. XXI.) Fig. 16—21.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (fere 5 : 2).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius (9 : 20), sesqui latius quam longius, manifesto immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus profunde emarginatis, producta.

Oculi mediocres, rotundati, lèves, fere duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum manifesto superantes, articulum septimum antennarum secundi paris expletentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto vix attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis rotundate angustatis, incurvis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci late rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum late rotundata; terna posteriora angustiuscula, post paulum angustata, obtusa. Epimera angulum annuli explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulae mediocres, crassiusculæ, inermes, obscure bipartitæ, longitudine subæquales.

Cauda libera, plus sesqui longior quam latior (7:4), quam truncus cum capite vix sesqui brevior (7:10). Annulus primus quam annulus ultimus trunci multo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, manifesto latior quam longior (8:7), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (4:5). Pedes anales quam annulus analis vix longiores; remus interior quam exterior paulo brevior, at vix angustior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 4, 2 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi atri.

In ore piscium, mare oras meridionales Africæ et Asiæ alluens habitantium, sat vulgaris capitur. Fere sexaginta exempla, quorum tertia pars mares erat, examinavimus. Cum Anilocra Capensi caterva parva sæpius ad promontorium Bonæ spei in ore »røde [rubri] Hottentot« (Sargi Hottentotti Sm.??) capta est (De Vylder, Mus. Holm.; Krebs, Mus. Berol.; nauarch. Corneliusen, Mus. Haun., cfr. huj. oper. part. II. in Naturhist. Tidsskr. vol. XIII. p. 150; de Castelnau, Mus. Paris.;

Layard, Mus. Cantabr. Mass.; nauarch. Andréa, Mus. Haun.; inter navigationem Novaræ, Mus. Vindobon.); ad promontorium York (Higgins, Mus. Holm.); ad Port Natal (Vahlberg, Mus. Holm.); ad Madras et ad Iavam (inter navigationem Novaræ, Mus. Vindobon.; Mus. Berol.); alicubi in mari Indico (Bleeker, Mus. Lugdun. Batav.; Salmin, mercat., Mus. Holm.).

*III. A. b. Frons acuta vel acutiuscula.*

5. *Ceratothoa Italica n.*

*Femina ovigera.*

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 1—2.

Producte ovalis, compressiuscula, sublævis, bis vel ter longior quam latior (5 : 2).

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus truncis bis vel ter angustius (2 : 5), manifesto latius quam longius (6 : 5), profunde immersum, fronte acutiuscula vel acuta, lateribus manifesto emarginatis.

Oculi plus vel minus obscuri, angusti, obliqui.

Antennæ primi paris compressæ, marginem anticum annuli primi truncis procul attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris expletos; 8-articulatæ, articulis binis ultimis minimis vel evanidis.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, marginem anticum annuli primi truncis articulis binis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto bisinuatus, angulis paulum incurvis, latis, ante in obliquum rotundate truncatis, in æquum fere porrectis.

Anguli postici annularum sex priorum truncis late rotundati, annuli septimi prominuli, obtusi.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi et secundi angustiuscula, post rotundate truncata; paris tertii et quarti latiuscula vel lata, post valde angustata, ad apicem constricta, rotundata; paris quinti latiuscula, post valde angustata, acutiuscula; paris sexti latiuscula, post paulum angustata, late rotundata; parium quattuor priorum per paria sensim longitudine decrescentia. Epimera parium quinque priorum spatio per paria sensim decrescente angulum annuli non attingentia; paris sexti angulum annuli expletia vel paulum superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ mediocres, crassiusculæ, subæquales. Carina pedum paris quarti, quinti, sexti mediocris vel alta, per paria sensim multo altior, angulo exteriore in dentem parvum prominulo, margine postico late rotundato; paris septimi peralta, angulo exteriore rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrotundatis vel subrectis, subparallelis, obscure bi-impressa, parum convexa, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (4:11). Annulus primus quam annulus quintus plus sesqui angustior (3:5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores; annulus quintus margine postico profunde trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi.

Annulus analis subsemicirculus, ad basin manifesto impressus, ante manifesto carinatus, scrobiculatus, sesqui latior quam longior, ceteris annulis caudalibus conjunctis manifesto longior. Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores; remus interior quam exterior vix longior, multo angustior, angustus, post angustatus, acutiusculus; remus exterior post angustatus, acutiusculus, falcatus.

Long. 35 m. m.

Color cereus.

## Pullus stadii secundi.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 3—4.

Producte ovata, plus duplo longior quam latior (fere 7 : 3).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus *trunci* sesqui angustius, duplo latius quam longius, paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi permagni, subovales, granulosi, sexta parte latitudinis capitis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum fere explentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late rotundatus, angulis prioribus acuminatis, incurvis, acutiusculis; latera annuli in lobum magnum, rotundatum producta.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera subpendula; bina priora breviuscula, lata, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; terna posteriora longiuscula, angustiuscula, geniculata, post paulum dilatata, late vel per paria sensim brevius rotundata. Epimera angulum annuli explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ longæ, crassiusculæ, per paria sensim minus curvatæ; ternæ priores dentibus senis vel quinis, per paria pedum sensim evanescentibus, armatae.

Cauda libera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite vix sesqui brevior (9 : 13). Annulus primus annulum ultimum trunci longitudine subæquans; annuli tres priores longitudine subæquales; annulus quartus et quintus prioribus manifesto longiores, sensim longitudine crescentes.

Anguli postici annularum quinque priorum vix prominuli, rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin obscure impressus atque carinatus, multo latior quam longior (4 : 3), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales annulum analem longitudine æquantes; remus interior quam exterior paulo brevior et manifesto latior, subovalis; remus exterior laminatus.

Long. 3 m. m.

Color albidus, maculis magnis, obscuris, valde racemosis capiti marginique postico annularum trunci arctius digestis sparsus, lateribus annularum quinque priorum caudalium obscure clathratus, annulo anali immaculatus.

Specimen examinatum in mare Adriatico prope Fiume captum esse indicatur, et Museo Hauniensi a Dom. Budde-Lund donatum est.

### 6. *Ceratothoa oestroides*.

*Canolira oestroides* Risso, Hist. nat. Eur. mer. V. p. 123.

*Cymothoa oestroides* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 273.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 5—6.

Producte elliptica, ante magis convexa, bis vel ter longior quam latior (fere 5 : 2).

Caput mediocre, subtrigonum, in medio impressum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (3 : 7), fere æque longum ac latum, minus profunde immersum, fronte in angulum acutum, ante procumbentem, lateribus obscure emarginatis, producta.

Oculi sæpius manifesti, mediocres, subpentagoni.

Antennæ primi paris compressæ, oculum explentes, articulum sextum antennarum secundi paris vix explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, marginem anticum annuli primi trunci attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci levissime bisinuatus, angulis mediocribus, paulum incurvis, angustatis, in æquum fere porrectis; latera annuli post in lobum rotundatum producta.

Anguli postici annularum sex priorum trunci late, per paria sensim brevius rotundati; annuli septimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula vel incurva; paris primi et secundi longa, angustiuscula, post dilatata, rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti longa vel longiuscula, per paria sensim longitudine decrescentia, angustiuscula vel angusta, post angustata, ad apicem geniculata, rotundate obtusa; paris sexti ceteris multo breviora, post angustata, obtusa. Epimera quina priora angulum annuli spatio per paria sensim decrescente non attingentia; posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ mediocres, crassiusculæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim paulum rotundatis, vix divergentibus, in medio paulum convexa, æque longa ac lata, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (fere 2:5). Annulus primus quam annulus quintus sesqui angustior. Annulus primus quam annulus secundus, tertius, quartus manifesto longior, quam quintus vix brevior; annulus quintus margine postico profunde bi-vel trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angustati, obtusiusculi vel acutiusculi.

Annulus analis subsemicirculus, ad basin impressus, obscure carinatus, læviusculus, vix duplo latior quam longior (fere 11 : 6), ceteros annulos caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulo anali longitudine subæquales; remus interior quam exterior manifesto brevior atque angustior, angustatus, subfalcatus; remus exterior subfalcatus.

Long. feminæ ovigeræ 16, 5—28 m. m.

Long. virginis 16, 5—24 m. m.

Color cereus, ante et in cauda media maculis minutis, obscuris, saepe racemosis arctius sparsus.

### Mas adultus.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 7—8.

Producte elliptica, compressiuscula, sublævis, bis vel ter longior quam latior (7 : 19).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncis duplo angustius, vix latius quam longius, minus profunde immersum, fronte in angulum acutum, lateribus obscure emarginatis, producta.

Oculi manifesti, magni, subovales.

Antennæ primi paris compressæ, oculum explentes, articulum sextum antennarum secundi paris fere explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto angustiores, marginem anticum annuli primi truncis articulis binis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncis subrectus, leviter bisinuatus, angulis prioribus compressiusculis, incurvis, rotundate attenuatis, acutiusculis.

Anguli postici annulorum quinque priorum truncis subrecti, apice rotundati, duorum posteriorum prominuli, breviter rotundati.

Epimera incurva vel subpendula; paris primi et secundi lata, post valde dilatata, truncata vel rotundate truncata; paris tertii angustiuscula, post paulum dilatata, rotundate truncata; paris quarti angustiuscula, post vix dilatata, rotundate truncata; paris quinti angustiuscula vel angusta, post angustata, obtusa; paris sexti angustiuscula, ceteris valde breviora, post angustata, obtusa. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore parum prominulo, rotundato, margine postico in angulum evanescensem producto.

Cauda minus profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, paulum divergentibus, lævis, in medio convexa, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite vix duplo brevior. Annulus primus quam annulus quintus plus sesqui angustior (3:5). Annuli quinque priores longitudine subæquales. Annulus quintus margine postico late bisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusiusculi.

Annulus analis subcordatus, ad basin profunde impressus, multo latior quam longior (5:4), ceteris annulis caudalibus conjunctis paulo longior (8:7). Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior vix longior, paulo angustior, angustatus, acutiusculus; remus exterior acutiusculus, falcatus.

Long. 7, 5—10 m. m.

Color cereus, maculis minutis, atris, paucis præsertim in lateribus sparsus.

#### Pullus stadii secundi.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 9—10.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (fere 8:3).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci vix sesqui angustius (7 : 10), plus sesqui latius quam longius (5 : 3), vix immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta. Oculi magni, subovales, granulosi, quinta parte latitudinis capitis distantes, ocellis magnis, in novenas series rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum vix explentes, articulum sextum antennarum secundi<sup>i</sup>paris fere explentes; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci leviter trisinuatus, angulis rotundate acuminatis, acutiusculis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula, post geniculata, paulum dilatata, breviter rotundata, per paria sensim obscurius geniculata atque dilatata. Epimera angulum annuli explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ perlóngæ vel longæ, dentatæ, per paria sensim minus curvatæ atque longitudine decrescentes, dentibus per paria pedum sensim numero et magnitudine deminutis.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (3 : 4). Annulus primus quam annulus ultimus trunci ter longior; annuli quinque priores longitudine subæquales vel sensim paulo longiores. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, in medio obscure carinatus, fere æque longus ac latus, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (5:6). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus

interior quam exterior paulo brevior atque latior, subovalis; remus exterior sublaminatus.

Long. 3, 3 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi atri.

### Pullus stadii primi.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 11.

**Subovata**, bis vel ter longior quam latior (12 : 5).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii vix duplo angustius (11 : 20), multo latius quam longius (fere 4 : 3), vix immersum, fronte in angulum acutum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi magni, subovales, lèves, quinta parte latitudinis capitis distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum vix explentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo sexto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii trisinuatus, angulis rotundate acuminatis, acutiusculis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum truncii rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum late rotundata; terna posteriora angustiuscula, leviter geniculata, post vix dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli explentia.

Pedes parinnm trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, inernes, bipartitæ; ternæ priores ceteris paulo tenuiores magisque curvatae.

Cauda libera, plus sesqui longior quam latior (5 : 3), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam

annulus ultimus trunci paulo brevior, annulis ceteris manifesto brevior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis lingulatus, multo latior quam longior (5 : 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (4 : 5). Pedes anales quam annulus analis manifesto longiores (9 : 8); remus interior quam exterior paulo brevior, vix latior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 3, 1 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi atri.

Mare mediterraneum oras Italicas alluens habitat sat vulgaris (exempla quinquaginta vidimus). Ad Nizzam (Peters, Mus. Berol.; T. Thorell, Mus. Upsal.; Max Schultze, Mus. Bonn.; Milne Edwards, Mus. Paris. — Specim. typ.); Villafrancam (in ore Boopis vulgaris, G. Winther, Mus. Haun.); Ajaccio (Mus. Vindobon.); Neapolin (J. Collin, Mus. Haun.; Mus. Christ.); Messinam (Haeckel, Mus. Berol.) capta est.

### 7. *Ceratothoa Gobii n.*

Femina ovigera.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 12—13.

Producte elliptica, convexiuscula, sublævis, bis vel ter longior quam latior (13 : 5).

Caput mediocre, subtrigonum, in medio impressum, quam annulus quartus trunci duplo angustius, multo latius quam longius (9 : 7), minus profunde immersum, fronte in angulum acutum, ante propendentem, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi manifesti, magni, subrotundati.

Antennæ primi paris compressæ vel compressiusculæ, oculum

fere explentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatae.

Antennae secundi paris compressiusculae, quam antennae primi paris manifesto angustiores, marginem anticum annuli primi trunci vix attingentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis compressis, parum productis, rotundate obtusis.

Anguli postici annularum quinque priorum trunci late rotundati, annuli sexti breviter rotundati, annuli septimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi et secundi latiuscula, post paulum dilatata, in obliquum late rotundata; paris tertii, quarti, quinti angustiuscula, post paulum angustata, in obliquum late rotundata; paris sexti ceteris multo breviora, angustiuscula, post paulum angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores. Ungulae longae, crassiusculae, incurvae, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico in angulum evanescentem producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto divergentibus, in medio convexa, paulo latior quam longior (8:7), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (19:7). Annulus primus quam annulus quintus duplo angustior. Annuli quinque priores sensim longitudine crescentes. Annulus quintus margine postico medio in lobum latum producto. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusi.

Annulus analis transversus, bilobus, ad basin profunde impressus, in medio sulcatus, laeviusculus, bis vel ter latior quam longior (8:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (3:4). Pedes anales quam annulus analis multo longiores (4:3); remus interior quam exterior

manifesto longior atque angustior, angustus, attenuatus, subfalcatus; remus exterior angustatus, subfalcatus.

Long. 13 m. m.

Color cereus.

Specimen examinatum (Mus. Cantabr. Mass.) a cel. Haeckel ad Messinam captum est.

### 8. *Ceratothoa trigonocephala.*

*Cymothoa trigonocephala* Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 353.  
 Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 272; nec Ann. d. sc. nat.; nec Guérin.  
 De Haan, Faun. Japon. p. 227. t. L. f. 7a—b.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 1—2.

Ovata vel producte ovata, convexa, sublævis, bis vel ter longior quam latior (11 : 5 vel 5 : 2).

Caput magnum, subtrigonum, in medio impressum, quam annulus quartus truncī ter vel quater angustius (3 : 1 vel 4 : 1), multo latius quam longius (fere 4 : 3), profunde immersum, fronte in angulum acutiusculum, lateribus emarginatis, producta.

Oculi manifesti, mediocres, subquadrati.

Antennæ primi paris dilatatae, oculum paulum superantes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi truncī articulo tertio fere attingentes; 9-articulatæ, articulis binis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi trunci plus minusve manifesto bisinuatus, angulis minus latis, angustatis, incurvis; latera annuli in lobum obtusum, subpendulum producta.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci late rotundati, annuli septimi prominuli, incurvi, breviter rotundati.

Epimera subpendula, longiuscula, angustiuscula; paris primi et secundi post paulum dilatata, in obliquum late rotundata; paris tertii, quarti, quinti post manifesto vel multum angustata, geniculata, breviter rotundata; paris sexti ceteris manifesto breviora, post paulum angustata, late rotundata. Epimera quina priora angulum annuli spatio magno, per paria ante et post decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulae breviusculae, crassiusculae vel crassae, parum curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore evanido, margine postico brevissime rotundato vel in angulum obtusum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim leviter rotundatis, vix convergentibus, subdeplanata, in medio vix carinata, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (fere 2 : 5). Annulus primus quam annulus quintus sesqui vel duplo angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales; annulus quintus præcedentibus multo longior. Annulus quintus margine postico profunde trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusi.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin profunde impressus, leviter foveolatus, plus sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (4 : 3 vel 5 : 4). Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior manifesto longior atque angustior, angustatus, acutiusculus, subfalcatus; remus exterior post angustatus, acutiusculus, falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 25, 5—52, 5 m. m.

Long. virginis 23—43 m. m.

Color cereus.

Mas adultus.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 3—4.

Subparallelia, convexa vel convexiuscula, sublaevis, bis vel ter longior quam latior (fere 5:2).

Caput magnum vel mediocre, subtrigonum, in medio impressum, quam annulus quartus truncii bis vel ter angustius (3:8), multo latius quam longius (6:5), profunde immersum, fronte in angulum obtusum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi manifesti, mediocres, subpiriformes vel rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum procul superantes, articulum quintum antennarum secundi paris fere expletos; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii subrectus vel perlate rotundatus, angulis rotundate angustatis, incurvis, obtusis; latera annuli in lobum rotundatum, subpendulum producta.

Anguli postici annularum truncii late rotundati.

Epimera subincurva; paris primi et secundi breviuscula, latiuscula, post valde dilatata, late rotundata vel rotundata truncata; paris tertii, quarti, quinti longiuscula, angustiuscula vel angusta, post geniculata, latius vel brevius rotundata; paris sexti breviuscula, angustiuscula, post late rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ vel crassæ, parum curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo

exteriore paulum prominulo vel fere evanido, margine postico in angulum obtusum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim rotundatis, paulum divergentibus, convexiuscula, in transversum rugosa, multo longior quam latior (fere 4:3), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (fere 3:7). Annulus primus quam annulus quintus sesqui angustior. Annulus primus quam annulus secundus, tertius, quartus paulo longior; annulus quintus praecedentibus manifesto longior. Annulus quintus margine postico profunde trisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusi. Annulus analis breviter lingulatus, rugosus, ad basin impressus, vix sesqui latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior vix longior, paulo angustior, attenuatus, acutiusculus; remus exterior post angustatus vel attenuatus, acutiusculus, subfalcatus.

Long. 11—12 m. m.

Color cereus.

### Pullus stadii secundi.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 5—6.

Producte subovata, ter fere longior quam latior.

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncis sesqui angustius, sesqui latius quam longius, paulum immersum, fronte in angulum acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis, producta.

Oculi permagni, globosi, levius granulosi, sexta parte latitudinis capitidis distantes, ocellis magnis, in series novenas rectas et transversas digestis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum vix superantes,  
XIII.

articulum sextum antennarum secundi paris fere expletentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci sinuatus vel leviter trisinuatus, angulis rotundate angustatis, acutis; latera annuli breviter rotundata.

Anguli postici annularum trunci rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora latiuscula, post manifesto dilatata, in obliquum late rotundata; terma posteriora post vix dilatata, late rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes primi paris ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ ternæ priores longæ, valde curvatæ, crassiusculæ, dentibus quinis vel quaternis, per paria pedum sensim minoribus, armatæ; ternæ posteriores longiusculæ, minus curvatæ, crassiusculæ vel crassæ, inermes.

Cauda libera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (7:9). Annulus primus quam annulus ultimus trunci duplo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annularum quinque priorum paulum prominuli, rotundate obtusi.

Annulus analis lingulatus, ad basin manifesto impressus, vix sesqui longior quam latior (10:7), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus duplo brevior (7:16). Pedes anales quam annulus analis manifesto longiores (8:7); remus interior quam exterior paulo brevior, vix latior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 3, 6 m. m.

Color albidus, maculis magnis, atris, racemosis, capiti et annulis trunci in series transversas digestis, margini postico annularum trunci ater, annulis quinque prioribus caudæ annuloque anali basi atro clathratus.

## Pullus stadii primi.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 7.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (fere 5 : 2).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus qurtus truncia  
bis vel ter angustius (fere 2 : 5), plus sesqui latius quam  
longius (9 : 5), paulum immersum, fronte in angulum  
acutum, ante incurvum, lateribus manifesto emarginatis,  
producta.

Oculi magni, subovales, læves, quarta parte latitudinis capitis  
distantes, ocellis obscure definitis.

Antennæ primi paris compressiusculæ, oculum fere explentes,  
articulum sextum antennarum secundi paris explentes;  
7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi  
paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi  
trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel leviter  
bisinuatus, angulis rotundate angustatis, obtusiusculis;  
latera annuli late rotundata.

Anguli postici annolorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora latiuscula, post  
valde dilatata, in obliquum late rotundata; terna posteriora  
angustiuscula, post vix dilatata, latius vel per paria  
sensim brevius rotundata. Epimera angulum annuli fere  
explentia.

Pedes paris primi ceteris vix longiores et paulo tenuiores.  
Ungulæ breves, crassæ, inermes, leviter bipartitæ, sub-  
æquales.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior (9 : 17), quam  
truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam  
annulus ultimus trunci multo longior; annuli quinque  
priorum longitudine subæquales. Anguli postici annolorum  
quinque priorum vix prominuli, rotundati.

Annulus analis lingulatus, ad basin obscure impressus, multo latior quam longior (9:7), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 3, 5 m. m.

Color albidus, maculis parvis, atris, obscure racemosis annulo cuique in series binas transversas digestis.

Per totum mare Indicum atque Pacificum, at praeципue ad oras Novæ-Hollandiae invenitur: ad Port Natal (Vahlberg, Mus. Holm.); ex itinere ad Iavam (Tauber, Mus. Scol. Westen.); ad oras Chinenses (Mus. Paris.); ad oras Iaponicas (v. Siebold, Mus. Lugdun. Batav. — Exempla typica autoris celeb.); ad oras Novæ-Hollandiæ (ad Adelaide, Schomburgk, Mus. Berol.); ad Sidney, inter navigationem Novaræ, Mus. Vindobon.; ad Melbourne, a Jörgensen capt. et Mus. Haun. ab. J. Collin don.; in freto Mortonis, Verreaux, Mus. Paris.; alicubi, Lhotzky, Mus. Berol.); ad insulas Norfolk (New South Wales, Putnam, Mus. Peabody); ad Novas-Hebridas (Sallé, Mus. Paris.); in freto Phocarum (Freycinet, Mus. Paris.). Viginti exempla vidimus.

### *III. B. Anguli priores annuli primi trunci carinati.*

#### *9. Ceratothoa Steindachneri.*

Ceratothoa Steindachneri Koelbel, Neu. Cym. p. 3. t. I. f. 2, a—2, e.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XV. (Cym. XXII.) Fig. 14--15.

Elliptica, compressiuscula, sesqui longior quam latior.

Caput magnum, subpentagonum, in transversum profunde sulcatum vel impressum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (2 : 5), sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte acuta, producta, lateribus emarginatis, margine antico calloso.

Oculi plus vel minus manifesti, parvi, subquadrati.

Antennæ primi paris dilatatae, marginem anticum annuli primi trunci attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris vix explentes; 8-articulatæ, articulo ultimo evanescente.

Antennæ secundi paris compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, marginem anticum annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera obscure sinuatus, angulis mediocribus, compressis, paulum incurvis, rotundate obtusis.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci rotundate truncati vel rotundati, annuli septimi prominuli, obtusi.

Epimera subincurva, latiuscula; paris primi et secundi post rotundate truncata; paris tertii præcedentibus paulo longiora, ante apicem constricta, post late rotundata; paris quarti et quinti præcedentibus paulo breviora, ante apicem leviter constricta, post breviter rotundata; paris sexti ceteris multo breviora, post angustata, obtusa. Epimera angulum annuli spatio, per paria sensim decrescente (spatio primo mediocri, ultimo vix ullo), non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ mediocres, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, subæquales. Carina pedum quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico in angulum producto.

Cauda profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim paulum rotundatis, vix convergentibus, obscure biimpressa, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus maximam partem obtectus. Annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales,

quam annulus quintus sesqui breviores. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angustati, acutinsculi. Annulus analis semicirculus, angulis prioribus late truncatis, ad basin impressus, ante obscure sulcatus, duplo latior quam longior, ceteros annulos caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (7 : 8); remus interior quam exterior manifesto longior, multo angustior, attenuatus, subfiliformis; remus exterior attenuatus, falcatus.

Long. feminæ ovigeræ 22—25 m. m.

Long. virginis 14, 5—16 m. m.

Color cereus.

Hujus speciei exempla quinque, quorum unum typicum cel. Koelbeli, vidimus. Mare Atlanticum et mediterraneum habitat: ad Ulisipponem (in branchiis Pagri vulgaris, Steindachner, Mus. Vindobon., cf. Koelbel l. c. p. 3); ad Nizzam (femina in evolut. et virgo, T. Thorell, Mus. Upsal.); ad Villafrancam (in lingua Scorpænæ Cabrillæ, G. Winther, Mus. Haun.). Specimen quintum, sine ulla certiore indicatione, in Museo Vindobon. asservatur.

### 10. *Ceratothoa collaris* n.

Femina ovigera.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 8—9.

Producte elliptica, ante compressiuscula, post convexa, annulis truncis in transversum leviter impressis, annulo primo bituberculato, bis vel ter longior quam latior (fere 5 : 2). Caput mediocre, subtrigonum, in transversum impressum, quam annulus quartus truncis bis vel ter angustius (3 : 8), multo latius quam longius (5 : 4), minus profunde immersum, fronte in angulum, lateribus leviter emarginatis, producta.

Oculi minus manifesti, mediocres, subovales.

Antennæ primi paris dilatatae, oculum fere explentes, articulum quartum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris fere duplo angustiores, marginem anticum annuli primi trunci vix attingentes; 9-articulatae, articulis ternis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera sulcatus, angulis mediocribus, valde compressis, paulum incurvis, rotundate obtusis.

Anguli postici annulorum quinque priorum trunci per paria sensim brevius rotundati; annuli sexti subrecti; anguli septimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi et secundi angustiuscula vel angusta, post angustata, rotundate obtusa; paris tertii et quarti angustiuscula, post angustata, ad apicem paulum constricta, post in obliquum late rotundata; paris quinti et sexti angustiuscula, per paria sensim longitudine decrescentia, post angustata, apice obtusa. Epimera quina priora angulum annuli spatio per paria ante et post decrescente non attingentia; posteriora angulum annuli paulum superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulae longiusculæ, crassiusculæ, subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, crassa, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico in angulum per paria sensim magis manifestum producto.

Cauda solito multo profundius immersa, angulis posticis annulorum trium priorum obtectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim paulum rotundatis, valde divergentibus, leviter biimpressa, parum convexa, manifesto latior quam longior (6:5), quam trunca cum capite vix ter brevior. Annulus primus quam annulus quintus fere duplo angustior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Annulus quintus

margine postico profunde bisinuato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti angustiusculi, angustati, obtusiusculi.

Annulus analis semicirculus, ad basiu in transversum profunde impressus, in medio profunde sulcatus, sublaevis, plus duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subaequans. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (fere 3:4); remus interior quam exterior vix longior, sed angustior, attenuatus, subfalcatus; remus exterior subfalcatus.

Long. 38 m. m.

Color cereus.

Specimen, ad Algeriam a cel. Lucas captum, in Museo Parisiensi asservatur.

### *11. Ceratothoa oxyrrhynchæna.*

*Ceratothoa oxyrrhynchæna* Koelbel, Neu. Cymoth. p. 1. t.  
I. f. 1a—1e.

Femina ovigera.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 10—13.

Producte obovata, compressiuscula, leviter foveolata, bis vel ter longior quam latior (25:11).

Caput mediocre vel parvum, subtrigonum, fronte impressa, quam annulus quartus trunci triplo angustius, multo latius quam longius (11:9), profunde immersum, fronte in angulum acutum, procumbentem, lateribus subrectis, producta.

Oculi manifesti, mediocres, subovales.

Antennæ primi paris dilatatae, marginem anticum annuli primi trunci vix attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris fere expletos; 7-articulatae.

Antennæ secundi paris dilatatae vel compressæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio vel quarto attingentes; 9-articulatae, articulo ultimo minimo.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis prioribus rotundate angustatis, paulum incurvis, alte compressis, obtusis; latera annuli in angulum obtusum producta.

Anguli postici annularum sex priorum trunci late, per paria sensim brevius rotundati; annuli septimi prominuli, rotundate obtusi.

Epimera subpendula, longiuscula, angustiuscula; paris primi et secundi post paulum dilatata, late rotundata; paris tertii, quarti, quinti post paulum angustata, geniculata, breviter rotundata; paris sexti ceteris multo breviora, post late rotundata vel rotundate truncata. Epimera quina priora angulum annuli spatio magno, annulis omnibus subæquali, non attingentia; posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ vel subtenues, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore rotundato, per paria sensim magis prominulo, margine postico plus minusve late rotundato. Articulus secundus et tertius pedum compressi, in aciem acutam, per paria sensim altiore magisque prominulam dilatati.

Cauda solito minus profunde immersa, angulis posticis annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti coniunctim manifesto rotundatis atque divergentibus, convexiuscula, sublævis, manifesto latior quam longior (8:7), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2:5). Annulus primus quam annulus quintus sesqui angustior. Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales vel sensim longitudine paulum crescentes; annulus quintus præcedentibus manifesto vel multo longior. Annulus quintus

margine postico leviter bisinuato, in medio late rotundato. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus breviter rotundatis, margine postico late rotundato, in medio sinuato, ad basin profunde impressus, leviter sulcatus, plus duplo latior quam longior (17:8), annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto longior (8:7). Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior manifesto longior atque angustior, post angustatus, acutiusculus; remus exterior post angustatus, obtusus, subfalcatus.

Long. 25—26 m. m.

Color cereus.

### Pullus stadii primi.

Tab. XVI. (Cym. XXIII.) Fig. 14.

Producte subovata, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus truncus bis vel ter angustius (2:5), vix latius quam longius, paulum immersum, fronte in angulum acutum, incurvum, lateribus valde emarginatis, producta.

Oculi mediocres vel parvi, subovales, æquati, fere dimidia parte latitudinis capitum distantes, ocellis manifestis, in series septenas rectas et novenas transversas digestis.

Antennæ primi paris teretes vel filiformes, annulum secundum truncus fere attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris fere explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris filiformes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, annulum analem paene attingentes; fere 27-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncus late sinuatus vel leviter trisinuatus, angulis rotundate angustatis, incurvis, obtusis; latera annuli in lobum rotundatum producta.

Anguli postici annulorum trunci rotundati.

Epimera subpendula, latiuscula, post late rotundata. Epimera anguln̄ annuli explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores atque tenuiores. Ungulæ mediocres, crassiusculæ, inermes, obscure bipartitæ, longitudine subæquales.

Cauda libera, duplo fere longior quam lator (9 : 5), quam truncus cum capite fere sesqui brevior (7 : 10). Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo brevior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Anguli postici annulorum quinque priorum rotundati.

Annulus analis subtriangulus, lateribus leviter bisinuatis, apice in dentes paucos breves inciso, æque longus ac latus, annulis ceteris caudalibus conjunctis vix brevior. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior multo longior, sed vix lator, post paulum angustatus, in dentes plures majores incisus, paulum flexuosus; remus exterior post paulum angustatus, in dentes plures mediocres incisus.

Long. 2, 4 m. m.

Color albidus; oculi obscuri.

Mare Iaponicum habitat. Exemplum typicum Dr. Koelbeli, Musei Vindobonensis, atque alterum, ex itinere cel. v. Siebold Museo Lugdun. Batav. relatum, vidimus.

## EXPLICATIO FIGURARUM.

## Tab. XI. (Cym. XVIII.)

Fig. 1—2. *Saophra Typus Blkr. Virgo.*

- 1. *Virgo, prona.*  $\frac{5}{4}$ .
- 2. *Truncus, obliquus.*  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 3—4. *Saophra aurita n. Femina ovigera.*

- 3. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{5}{4}$ .
- 4. *Truncus, obliquus.*  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 5—6. *Rhexana verrucosa n. Femina ovigera.*

- 5. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{1}{1}$ .
- 6. *Truncus, obliquus.*  $\frac{1}{1}$ .

Fig. 7—8. *Rhexana verrucosa n. Mas adultus.*

- 7. *Mas adultus, pronus.*  $\frac{7}{4}$ .
- 8. *Truncus, obliquus.*  $\frac{7}{4}$ .

Fig. 9—10. *Rhexana verrucosa n. Pullus stadii secundi.*

- 9. *Pullus, pronus.*  $\frac{12}{1}$ .
- 10. *Ungula paris primi, obliqua.*  $\frac{80}{1}$ .

Fig. 11—13. *Cteatessa retusa n. Virgo.*

- 11. *Virgo, prona.*  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 12. Truncus, obliquus.  $^8/5.$

— 13. Pes paris sexti, obliquus.  $^5/2.$

Fig. 14—15. Emetha Audouinii Milne Edw. Femina prolifera.

— 14. Femina prolifera, prona.  $^5/2.$

— 15. Truncus, obliquus.  $^5/2.$

Fig. 16—17. Emetha Audouinii Milne Edw. Mas adultus.

— 16. Mas adultus, pronus.  $^5/1.$

— 17. Truncus, obliquus.  $^5/1.$

Fig. 18. Emetha Audouinii Milne Edw. Pullus stadii primi.

— 18. Pullus, pronus.  $^{15}/1.$

### *Tab. XII. (Cym. XIX.)*

Fig. 1—2. *Glossobius linearis* Dana. Femina ovigera.

— 1. Femina ovigera, prona.  $^{1}/1.$

— 2. Truncus, obliquus.  $^{1}/1.$

Fig. 3—4. *Glossobius linearis* Dana. Mas adultus.

— 3. Mas adultus, pronus.  $^{3}/1.$

— 4. Truncus, obliquus.  $^{3}/1.$

Fig. 5. *Glossobius linearis* Dana. Pullus stadii tertii.

— 5. Pullus, pronus.  $^{10}/1.$

Fig. 6—8. *Glossobius linearis* Dana. Pullus stadii secundi.

— 6. Pullus, pronus.  $^{15}/1.$

— 7. Ungula paris primi, obliqua.  $^{90}/1.$

— 8. Ungula paris sexti, obliqua.  $^{90}/1.$

Fig. 9. *Glossobius linearis* Dana. Pullus stadii primi.

— 9. Pullus, pronus.  $^{15}/1.$

Fig. 10—11. *Glossobius laticauda* Milne Edw. Femina ovigera.

- 10. Femina ovigera, prona.  $^{10}/_1$ .
- 11. Truncus, obliquus.  $^{10}/_1$ .

Fig. 12—13. *Glossobius laticauda* Milne Edw. Mas adultus.

- 12. Mas adultus, pronus.  $^{10}/_3$ .
- 13. Truncus, obliquus.  $^{10}/_3$ .

Fig. 14—15. *Glossobius laticauda* Milne Edw. Pullus stadii secundi.

- 14. Pullus, pronus.  $^{15}/_1$ .
- 15. Pars extima pedis paris primi, obliqua.  $^{80}/_1$ .

Fig. 16. *Glossobius laticauda* Milne Edw. Pullus stadii primi.

- 16. Pullus, pronus.  $^{16}/_1$ .

### *Tab. XIII. (Cym. XX.)*

Fig. 1—2. *Ceratothoa carinata* Bianc. Virgo.

- 1. Virgo, prona.  $^{3}/_2$ .
- 2. Truncus, obliquus.  $^{3}/_2$ .

Fig. 3—4. *Ceratothoa parallela* Otto. Femina ovigera.

- 3. Femina ovigera, prona.  $^{7}/_3$ .
- 4. Truncus obliquus.  $^{7}/_3$ .

Fig. 5—6. *Ceratothoa parallela* Otto. Mas adultus.

- 5. Mas adultus, pronus.  $^{5}/_1$ .
- 6. Truncus, obliquus.  $^{5}/_1$ .

Fig. 7—9. *Ceratothoa parallela* Otto. Pullus stadii secundi.

- 7. Pullus, pronus.  $^{17}/_1$ .
- 8. Pars extima antennæ dextræ primi paris, a latere posteriore exhibita, filis sensilibus conferta.  $^{90}/_1$ .
- 9. Ungula primi paris, obliqua.  $^{90}/_1$ .

- Fig. 10. *Ceratothoa parallela* Otto. *Pullus stadii primi.*  
 — 10. *Pullus, pronus.*  $^{20}/_1$ .

- Fig. 11—14. *Ceratothoa Gaudichaudii* Milne Edw.  
*Femina ovigera.*  
 — 11. *Femina ovigera, prona.*  $^1/_1$ .  
 — 12. *Truncus, obliquus.*  $^1/_1$ .  
 — 13. *Pes paris secundi, obliquus.*  $^{5/2}$ .  
 — 14. *Pes paris septimi, obliquus.*  $^{5/2}$ .

- Fig. 15. *Ceratothoa Gaudichaudii* Milne Edw. *Femina prolifera, var.*  
 — 15. *Femina prolifera var., prona.*  $^1/_1$ .

*Tab. XIV. (Cym. XXI.)*

- Fig. 1—4. *Ceratothoa Gaudichaudii* Milne Edw. *Mas adultus.*  
 — 1. *Mas adultus, pronus.*  $^{4/3}$ .  
 — 2. *Truncus, obliquus.*  $^{4/3}$ .  
 — 3. *Pes paris secundi, obliquus.*  $^{3/1}$ .  
 — 4. *Pes paris septimi, obliquus.*  $^{3/1}$ .  
 Fig. 5. *Ceratothoa Gaudichaudii* Milne Edw. *Pullus stadii primi.*  
 — 5. *Pullus, pronus.*  $^{15}/_1$ .

- Fig. 6—7. *Ceratothoa Banksii* Leach. *Femina prolifera.*

- 6. *Femina prolifera, prona.*  $^1/_1$ .
- 7. *Truncus, obliquus.*  $^1/_1$ .

- Fig. 8—9. *Ceratothoa Banksii* Leach. *Mas adultus.*  
 — 8. *Mas adultus, pronus.*  $^{5/3}$ .  
 — 9. *Truncus, obliquus.*  $^{5/3}$ .

- Fig. 10—15. *Ceratothoa Banksii* Leach. *Pullus stadii secundi.*

Fig. 10. Pullus, pronus.  $^{10}/_1$ .

- 11. Antennæ, a latere posteriore exhibitæ.  $^{30}/_1$ .
- 12. Pars extima palpi mandibularis dextri, supina.  $^{90}/_1$ .
- 13. Pes paris primi, obliquus.  $^{20}/_1$ .
- 14. Pes paris tertii, obliquus.  $^{20}/_1$ .
- 15. Pes paris sexti, obliquus.  $^{20}/_1$ .

Fig. 16—21. *Ceratothoa Banksii* Leach. Pullus stadii primi.

- 16. Pullus, pronus.  $^{12}/_1$ .
- 17. Antennæ, a latere posteriore exhibitæ.  $^{25}/_1$ .
- 18. Pars extima palpi mandibularis dextri, supina.  $^{90}/_1$ .
- 19. Pes paris primi, obliquus.  $^{25}/_1$ .
- 20. Pes paris tertii, obliquus.  $^{25}/_1$ .
- 21. Pes paris sexti, obliquus.  $^{25}/_1$ .

### *Tab. XV. (Cym. XXII.)*

Fig. 1—2. *Ceratothoa Italica* n. Femina prolifera.

- 1. Femina prolifera, prona.  $^{1}/_1$ .
- 2. Truncus, obliquus.  $^{1}/_1$ .

Fig. 3—4. *Ceratothoa Italica* n. Pullus stadii secundi.

- 3. Pullus pronus.  $^{15}/_1$ .
- 4. Ungula paris primi, obliqua.  $^{65}/_1$ .

Fig. 5—6. *Ceratothoa oestroides* Risso. Femina ovigera.

- 5. Femina ovigera, prona.  $^{3}/_1$ .
- 6. Truncus, obliquus.  $^{3}/_1$ .

Fig. 7—8. *Ceratothoa oestroides* Risso. Mas adultus.

- 7. Mas adultus, pronus.  $^{5}/_2$ .
- 8. Truncus, obliquus.  $^{5}/_2$ .

Fig. 9—10. *Ceratothoa oestroides* Risso. Pullus stadii secundi.

- 9. Pullus, pronus.  $^{15}/_1$ .

- Fig. 10. *Ungula paris primi*, obliqua.  $^{60}/_1$ .  
 Fig. 11. *Ceratothoa oestroides* Risso. *Pullus stadii primi*.  
 — 11. *Pullus*, pronus.  $^{15}/_1$ .
- Fig. 12—13. *Ceratothoa Gobii* n. *Femina ovigera*.  
 — 12. *Femina ovigera*, prona.  $^{3}/_1$ .  
 — 13. *Truncus*, obliquus.  $^{3}/_1$ .
- Fig. 14—15. *Ceratothoa Steindachneri* Koelb. *Femina ovigera*.  
 — 14. *Femina ovigera*, prona.  $^{7}/_4$ .  
 — 15. *Truncus*, obliquus.  $^{7}/_4$ .

*Tab. XVI. (Cym. XXIII.)*


- Fig. 1—2. *Ceratothoa trigonocephala* Leach. *Femina prolifera*.  
 — 1. *Femina prolifera*, prona.  $^{1}/_1$ .  
 — 2. *Truncus*, obliquus.  $^{1}/_1$ .
- Fig. 3—4. *Ceratothoa trigonocephala* Leach. *Mas adultus*.  
 — 3. *Mas adultus*, pronus.  $^{2}/_1$ .  
 — 4. *Truncus*, obliquus.  $^{2}/_1$ .
- Fig. 5—6. *Ceratothoa trigonocephala* Leach. *Pullus stadii secundi*.  
 — 5. *Pullus*, pronus.  $^{15}/_1$ .  
 — 6. *Ungula paris primi*, obliqua.  $^{90}/_1$ .
- Fig. 7. *Ceratothoa trigonocephala* Leach. *Pullus stadii primi*.  
 — 7. *Pullus*, pronus.  $^{12}/_1$ .
- Fig. 8—9. *Ceratothoa collaris* n. *Femina ovigera*.  
 — 8. *Femina ovigera*, prona.  $^{1}/_1$ .  
 — 9. *Truncus*, obliquus.  $^{1}/_1$ .

Fig. 10—13. *Ceratothoa oxyrrhynchæna* Koelb. Fe-  
mina prolifera.

- 10. Femina prolifera, prona.  $^{1/1}$ .
- 11. Truncus, obliquus.  $^{9/5}$
- 12. Pes paris secundi, obliquus.  $^{4/1}$ .
- 13. Pes paris septimi, obliquus  $^{4/1}$


Fig. 14. *Ceratothoa oxyrrhynchæna* Koelb. Pullus  
stadii primi.

- 14. Pullus, pronus.  $^{18/1}$ .



Saophra: 1-2. *Typus*. 3-4. *aurita*. Rhexana: 5-10. *verrucosa*.  
Cleatessa: 11-13. *retusa*. Emettha: 14-18. *Audouinius*.






*Glossobius*: 1-9. *linearis*. 10-16. *laticauda*.

Lovendal sc



7.



2.




4.




3.



5.




10.




13.



15.



11.



12.




8.



Ceratothoa: 1-2. carinata. 3-10. parallela. 11-15. Gaudichaudii.




Lovendal sc.






Ceratothoæ: 1-4. *Italica*. 5-11. *Oestroides*. 12-13. *Gobii*.  
14-15. *Steindachneri*.






II.



6.



13.



Ceratothoa: 1-7. *trigonocephala*. 8-9. *collaris*.  
10-14. *oxyrrhyncha*.



Cymothoae

IV Cymothoidæ



Naturhistorisk Tidsskrift Ser. III. Vol. XIV.

# SYMBOLÆ

AD

MONOGRAPHIAM

# CYMOThoARUM

CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIPSERUNT

J. C. SCHIØDTE ET FR. MEINERT

## IV. CYMOTHOIDÆ

TRIB. II. CYMOTHOINÆ. TRIB. III. LIVONECINÆ

ACCEDUNT TABULÆ AENEÆ TREDECIM

HAUNIÆ

TYPIS H. H. THIELE

MDCCCLXXXIV  
1884

185238



SYMBOLÆ AD MONOGRAPHIAM CYMOTHOARUM  
CRUSTACEORUM ISOPODUM FAMILIÆ

SCRIPSERUNT

J. C. SCHICEDTE ET FR. MEINERT

(Continuatio)

IV. CYMOTHOIDÆ.

*Tribus secunda: Cymothoinæ.*

*Antennæ sœpissime, præsertim secundi paris, plus minusve teretes, numquam dilatatae vel manifesto compressæ.*

*Antennæ primi paris ad basin manifesto distantes.*

*Corpus sœpissime convexum.*

*Cauda a trunko manifesto discreta.*

*Corpus convexum; rarissime pars prior solummodo trunci (Enispæ) vel corpus totum (Ichthyoxeno atque Catoessæ) convexiuscula.*

*Oculi sœpissime majores, in adultis plus minusve evanidi, rarissime (Telothæ atque Cinusæ) manifesti, parvi.*

*Antennæ primi paris sœpe vel sœpissime compressiusculæ, crassiusculæ, breviusculæ; sœpissime 8-articulatæ, raro 7-, rarissime 6- vel 9-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris vix vel sœpe paulo longiores; 8—11-articulatæ.*

*Pedes breviusculi, parium trium priorum quam parium quatuor posteriorum paulo vel vix breviores. Ungulæ sœpissime longæ, crassiusculæ, plus minusve curvatae. Carina pedum parium quattuor posteriorum generi Cy-*

mothoæ atque generi *Cinusæ* sæpiissime alta, per paria sensim altitudine plus minusve crescens, generibus ceteris paulum expressa.

Cauda a trunco manifesto discreta, ad basin angustata, annulo quinto quam annulo anali latiore. Rarissime latera caudæ subparallelæ (*Enispæ*) vel etiam divergentia (*Catoessæ*). Annulus primus manifestus, ad partem majorem vel minorem obtectus.

Remi pedum analium breviusculi, attenuati, sæpe subfalcati, sæpius longitudine subæquales.

**Mas:** Remus interior pedum caudalium secundi paris processum longum, stiliformem vel filiformem emittens. (Generi *Telothæ* mas latet, generi *Enispæ* remus caducus).

**Femina:** Remus interior pedum caudalium secundi paris integer.

**Larva:** parva, rarissime magna (*Cinusæ*). (Generi *Enispæ* larva latet.)

Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris sæpius multo vel valde longiores, majorisque numeri articulorum (12-16). Rarius antennæ utriusque paris ejusdem fere longitudinis inter se, vel antennæ secundi paris solummodo paulo longiores quam antennæ primi paris, ejusdemque numeri articulorum ac in adultis (7-10).

Pedes parium trium priorum sæpius longiusculi, quam pedes parium trium posteriorum manifesto longiores, rarius breviusculi, pedibus parium trium posteriorum longitudine subæquales vel manifesto breviores. Ungulæ sæpius longæ, infra in dentes 9-15 incisæ, rarius longiusculæ, inermes.

Pedes parium trium posteriorum breviusculi vel longiusculi. Ungulæ inermes.

#### Conspectus systematicus generum.

- I. Antennæ primi paris ad basin latius distantes.
  - A. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta.

## 1. Cymothoa.

- B. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.  
 a. Corpus vel cauda saltem convexa.  
   1. Cauda obconica.

## 2. Telotha.

## 2. Cauda subcylindrica.

## 3. Enisp a.

- b. Corpus convexiusculum vel ferme planiusculum.  
   1. Cauda ad basin constricta.

## 4. Ichthyoxenus.

## 2. Cauda obconica.

## 5. Catoessa.

## II. Antennæ primi paris angustius distantes.

- A. Annulus analis annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior.

## 6. Cinusa.

- B. Annulus analis annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior.

## 7. Rhiothra.

## I. Antennæ primi paris ad basin latius distantes.

- A. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta.

## CYMOTHOA.

Cymothoa Fabricius, Entom. system. II. p. 503.

*Corpus subobovatum vel producte subobovatum. Annulus primus trunci quam secundus manifesto longior; annulus secundus,*

*tertius, quartus longitudine subæquales vel sensim paulum crescentes; annulus quintus, sextus, septimus ceteris breviores, membratim longitudine sœpissime valde decrescentes.*

*Caput mediocre, plus minusve profunde immersum.*

*Oculi mediocres vel maiores, at sape evanidi vel nulli.*

*Antennæ primi paris sœpissime compressiusculæ, plus minusve incrassatæ, quam caput plus minusve breviores; 8-articulatæ, rarissime 6-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris sœpissime teretiusculæ vel subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores et paulo longiores; 9-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci plus minusve sinuatus, ad latera sape sinuatus vel incisus, angulis prioribus brevibus vel productis.*

*Epimera priora quam posteriora sœpissime latiora, media ceteris longiora; quina priora angulum annuli spatio majore vel minore non attingentia, posteriora angulum annuli explentia vel eum sœpissime spatio parvo superantia.*

*Pedes breviusculi, parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longæ, crassiuseculæ, plus minusve curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor vel saltem trium posteriorum alta vel peralta, per paria sensim longitudine crescens, angulo exteriore sape prominulo vel producto.*

*Cauda profunde immersa. Latera annulorum quinque priorum in angulos binos producta, quorum superior sape latius rotundatus vel fere evanidus, inferior incurvus, magis productus, per paria sensim longitudine decrescens.*

*Annulis analis latus, sape transversus.*

*Mas a femina differt:*

*statura inferiore;*

*forma nonnihil angustiore, magis ovali, sape distorta; processibus stiliformibus remi interioris pedum branchialium secundi paris.*

*Pullus stadii secundi:*

*Oculi parvi vel mediocres, ovales vel rotundati.*

*Antennæ primi paris longiusculæ, rarissime (Cym. excisæ) breviusculæ, teretiusculæ; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris longæ vel perlongæ, rarissime (Cym. excisæ) breviusculæ, filiformes vel tereles, quam antennæ primi paris multo vel pluries longiores, rarissime iis vix longiores (Cym. excisæ); 12—16-articulatæ, rarissime (Cym. excisæ) 9-articulatæ.*

*Pedes parium trium priorum longiusculi, ceteris manifesto longiores, ungulis in dentes multos intus incisis (præter Cym. eximiam?); parium trium posteriorum breviusculi, ungulis inermibus.*

*Annulus analis breviter lingulatus vel subcordiformis. Remi pedum analium sapissime longitudine subæquales; rarissime (Cym. excisæ) remus interior quam exterior multo brevior.*

Genus *Cymothoæ*, a Fabricio vulgatum et jam a Dana et Bleeker restrictum, a nobis in fines multo magis restrictos redactum est.

#### Conspectus systematicus specierum.

I. Anguli priores annuli primi trunci breves vel breviusculi (caput medium non attingentes).

1. *Frontalis.* 2. *Curta.* 3. *Exigua.* 4. *Brasiliensis.* 5. *Plebeia.*

II. Anguli priores annuli primi trunci mediocres (caput medium fere explentes vel paulum superantes).

A. Truncus convexiusculus vel compressiusculus.

a. Frons truncata vel rotundata.

6. *Excisa.* 7. *Gerris.* 8. *Ianuarii.* 9. *Limbata.*

b. Frons in angulum producta.

10. Indica. 11. Rhina.

B. Truncus globosus.

12. Globosa.

III. Anguli priores annuli primi trunci longi vel producti  
(caput fere explentes vel paulum superantes).

13. Eremita. 14. Truncata. 15. Oestrum.  
16. Eximia. 17. Borbonica.

I. Anguli priores annuli primi trunci breves vel breviusculi  
(caput medium non attingentes).

1. *Cymothoa frontalis.*

*Cymothoa frontalis* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 271.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. VI. (Cym. XXIV.) Fig. 1—2.

Producte obovata, compressiuscula, bis vel ter longior quam latior (8 : 3).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 3 : 8), fere æque longum ac latum, paulum immersum, fronte ante incurva, rotundata. Oculi evanidi.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci vix attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, ad latera profunde incisus, angulis prioribus brevibus, rotundate obtusis; latera annuli constricta, late sinuata.

Anguli postici annulorum priorum trunci rotundati, posteriorum rotundate truncati.

Epimera subpendula, breviuscula; paris primi et secundi angustiuscula, post paulum dilatata, truncata vel rotundate truncata; paris tertii et quarti angusta, post vix angustata, in obliquum late rotundata; paris quinti et sexti angustiuscula vel latiuscula, post manifesto angustata, in obliquum truncata. Epimera quina priora angulum annuli spatio per paria sensim valde decrescente non attingentia; posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris breviores; parium quatuor posteriorum per paria sensim longitudine crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum per paria sensim altitudine valde crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico manifesto rotundato.

Cauda solito minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti continuis, subrectis, subparallelis: convexa, paulo longior quam latior, quam truncus cum capite plus duplo breviores. Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti late sinuatus, ad latera in lobum obtusum productus; annuli quinti in angulum perobtusum medium productus. Anguli superiores annulorum quinque priorum latissime rotundati vel fere evanidi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti plus vel minus producti, attenuati, per paria sensim longitudine decrescentes; annuli quinti prominuli, rotundate obtusi.

Annulus analis subrectangulus, lateribus late rotundatis, ad basin profunde impressus, foveolatus, obscure carinatus, quam annulus quintus caudalis multo latior, fere sesqui

latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo vel fere sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis fere sesqui breviores; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, paulum angustatus, breviter rotundatus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 24—28 m. m.

Long. virginis 20 m. m.

Color cereus vel albidus, maculis minutis, obscuris, vix rachemosis sparsus, maculis parvis numerosis in lateribus truncis caudaque præter basin cereis vel albidis relictis.

Mare Indicum habitat. Duo exempla (typica celeb. Milne Edwardsii) Dussumier Museo Parisiensi tradidit; tertium ad Bangkok captum (Bocourt, Mus. Paris.).

## 2. *Cymothoa curta* n.

Femina ovigera.

Tab. VI. (Cym. XXIV.) Fig. 3—4.

Subovalis, convexiuscula, vix duplo longior quam latior (fere 9 : 5).

Caput mediocre, subrotundatum, quam annulus quartus truncis vel ter angustius (vix 2 : 5), paulo latius quam longius (11 : 10), paulum immersum, fronte declivi vel obscure incurva, late rotundata.

Oculi mediocres, minus manifesti, in transversum subovales. Antennæ primi paris teretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncis fere attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, ad latera manifesto incisus, angulis prioribus brevissimis, rotundate truncatis; latera annuli late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, mediocria, angustiuscula; paris primi et secundi post valde dilatata, rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti post paulum angusta, in obliquum late rotundata; paris sexti post paulum angustata, rotundate obtusa. Epimera quina priora angulum annuli spatio parvo, per paria ante et post paulum decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli fere expletia vel paulum superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulae longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum decrescentes. Carina pedum parium quattuor posteriorum per paria sensim altitudine valde crescens, angulo exteriore parium trium pænultimorum evanido, paris ultimi prominulo, margine postico parium trium pænultimorum breviter rotundato, paris ultimi late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli prinni obtectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim sinuatis, valde divergentibus: manifesto bisulcata, vix latior quam longior, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 5: 9). Annuli quinque priores sensim longitudine crescentes. Margo posticus annulorum quinque priorum late sinuatus, ad latera in lobum manifestum, per annulos sensim magis obtusum, productus. Anguli superiores annulorum quinque priorum fere evanidi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, acutiusculi.

Annulus analis transversus, lateribus vix rotundatis, margine postico late rotundato, quam annulus quintus caudalis paulo latior, duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes analogi quam annulus analis multo breviores (4: 5); remus

interior quam exterior multo brevior et vix latior, post angustatus, obtusus; remus exterior post angustatus, obtusus.

Long. 14 m. m.

Color cereus.

Mas adultus.

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 5—6.

Subovalis, dextrorsa, convexiuscula, procul duplo longior quam latior (fere 12: 7).

Caput parvum vel mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 2: 5), paulo latius quam longius, minus profunde immersum, fronte late rotundata.

Oculi manifesti, parvi vel mediocres, subrotundi.

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera obscure impressus, angulis prioribus breviusculis, rotundate angustatis, subincurvis, acutiusculis; latera annuli late sinuata.

Anguli postici annorum trunci perlate rotundati vel fere evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva, brevia vel breviuscula, per paria sensim longitudine crescentia et latitudine decrescentia; paris primi et secundi lata, post dilatata, late rotundata vel rotundate truncata; paris tertii latiuscula, post valde dilatata, late rotundata; paris quarti, quinti, sexti angustiuscula, manifesto dilatata, per paria sensim brevius rotundata. Epimera paris primi, secundi,

tertii, sexti angulum annuli expletia; paris quarti et quinti angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico late rotundato.

Cauda solito minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto pivergentibus: convexiuscula, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 3: 5). Annuli quinque priores sensim longitudine paulum crescentes. Margo posticus annulorum quinque priorum late sinuatus, ad latera in lobum manifestum, per annulos sensim magis obtusum, productus. Anguli superiores annulorum quinque priorum fere evanidi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, acutiusculi.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico obscure bilobo, quam annulus quintus caudalis vix latior, fere duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (6: 5). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (5: 6); remus interior quam exterior paulo brevior, at multo latior, post angustatus, acutiusculus; remus exterior post angustatus, obtusiusculus.

Long. 7 m. m.

Color cereus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellas paulum superantes.

Duo exempla, femina cum mare, in branchiis Anablepis tetrophthalmi capta, in Museo Vindobonensi asservantur. Patria non notata est.

3. *Cymothoa exigua* n.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 7—8.

Producte obovata, compressiuscula, plus duplo longior quam latior (9: 4).

Caput mediocre, subtrigonum, ante late rotundatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 2: 5), manifesto latius quam longius (fere 7: 6), paulum immersum, fronte ante incurva, late rotundata.

Oculi manifesti, mediocres, subtrigoni vel subrectanguli.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes, articulum octavum antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris subteretes vel compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, angulis prioribus brevibus, rotundate obtusis; latera annuli subrecta.

Anguli postici annulorum priorum trunci rotundati, posteriorum rotundate truncati.

Epimera incurva vel subincurva, longiuscula; paris primi et secundi angustiuscula, post paulum dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii et quarti angustiuscula, post paulum angustata, in obliquum late rotundata; paris quinti et sexti latiuscula, post valde vel vix (virgini) angustata, in obliquum late rotundata. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio magno, per paria sensim crescente, non attingentia; paris quarti angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris quinti angulum annuli fere explentia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris breviores; parium quatuor posteriorum per paria sensim longitudine vix crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico plus vel minus late rotundato.

Cauda profunde vel minus profunde (virgini) immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim paulum sinuatis, manifesto divergentibus: obscure bisulcata, multo latior quam longior (fere 5: 4), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (fere 2: 5). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales vel sensim paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quinque priorum late sinuatus, ad latera in lobum obtusum productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti fere evanidi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti producti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes; annuli quinti prominuli, rotundate obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico late sinuato, ad basin in medio impressus, obscure foveolatus, quam annulus quintus candalis multo latior, plus duplo latior quam longior (7: 3), annulis ceteris caudalibus conjunctis paulo longior. Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior multo brevior et paulo angustior, paulum angustatus, breviter rotundatus; remus exterior subfalcatus, post breviter rotundatus.

Long. feminæ ovigeræ 20 m. m.

Long. virginis 15,5 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris sparsus, maculis in strigam transversam capitis et in plagam medianam, maculis oblongis cereis relictis, trunci confluentibus.

Specimen typicum ad Charles Island, inter insulas Gallo-pagos, inter navigationem Hassleri captum; virgo ad oras Panamenses in ore Citharichthyis sordidi inventa est. Exemplum utrumque in Museo Cantabrigensi Mass. asservatur.

4. *Cymothoa Brasiliensis n.*

*Cymothoa excisa?* Dana, Unit. Stat. Expl. Exped. Crust.  
II. p. 749. t. II. f. 10.

Femina ovigera.

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 9—10.

Subobovata, convexiuscula, ante compressiuscula, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, lateribus rotundatis, quam annulus quartus truncī ter angustius, multo latius quam longius (4: 3), minus profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi manifesti, mediocres, rotundati vel lineares, curvati.

Antennæ primi paris teretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncī articulo pænultimo attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris attingentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncī articulo septimo attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī subrectus, ad latera manifesto incisus, angulis prioribus brevibus, rotundate obtusis; latera annuli subrecta.

Anguli postici annularum truncī late rotundati vel fere evanidi.

Epimera subpendula, breviuscula, angusta; paris primi et secundi post paulum dilatata, in obliquum truncata; paris tertii et quarti post vix dilatata, rotundate truncata;

paris quinti et sexti post latius vel brevius rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim paulum decrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli spatio parvo, per paria decrescente, non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paullum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum solito minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico breviter rotundato.

Cauda plus vel minus profunde immersa, angulis inferioribus annulorum trium priorum interdum obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctum subrectis, valde divergentibus: manifesto bisulcata, paulo latior quam longior, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (fere 2: 5). Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum late sinuatus, ad latera in lobum obtusissimum vel (posterioribus) obtusum productus; annuli quinti obscure trilobus. Anguli superiores annulorum quinque priorum fere evanidi. Anguli inferiores annuli quarti et quinti obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico obscure bilobo, ad basin profunde impressus, subrugulosus, duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (fere 5: 4). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (fere 4: 5); remus interior quam exterior vix longior et paulo angustior, angustiusculus, angustatus; remus exterior angustiusculus, subfalcatus.

Long. 15, 5—16, 5 m. m.

Color cereus, maculis minutis atris per totum corpus sparsus; annulus analis præter partem basalem dilutus, immaculatus.

Exemplum ad Rio de Janeiro inter navigationem C. Wilkes a cel. Dana captum, et »Cymothoa excisa Perty?« notatum, in Museo Cantabrigensi Mass. asservatur; exemplum alterum, ad Maroim captum, Museo Hauniensi a nauarcho Hygom donatum est.

5. *Cymothoa plebeia* n.

Femina ovigera.

Tab. IX. (Cym. XXVII). Fig. 1—2.

Producte subobovata, compressiuscula, disco annuli primi trunci medio nodum obscure sulcatum gerente, plus duplo longior quam latior (11: 5).

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus trunci plus duplo angustius (4: 9), multo latius quam longius (fere 5: 4), profunde immersum, fronte declivi, ante breviter rotundata.

Oculi ægre distinguendi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo vix attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus, ad latera profunde sinuatus, angulis prioribus breviusculis, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli manifesto constricta, late emarginata.

Anguli postici annulorum trunci perlate rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula; bina priora latiuscula, post manifesto dilatata, truncata; quaterna posteriora angustiuscula, post paulum angustata, late

rotundata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria longitudine vix crescentes. Ungulæ longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum paris quarti minus alta, angulo exteriore rotundato, margine postico late rotundato; pedum parium trium posteriorum alta, per paria sensim longitudine crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico breviter rotundato.

Cauda solito minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi vix liberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim manifesto sinuatis, divergentibus: convexiuscula, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus multo breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum late sinuatus, ad latera in lobum manifestum, per annulos sensim magis obtusum, productus; annuli quinti in lobum medium obtusum productus. Anguli superiores annuli secundi et tertii fere evanidi; annuli quarti et quinti rotundate obtusi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico obscure bilobo, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis multo latior, plus sesqui latior quam longior (7: 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (4: 3). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (3: 4); remus interior quam exterior paulo brevior et vix latior, subfalcatus, obtusus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 21 m. m.

Color cereus, disco trunci obscuriore.

Specimen ad Promontorium viride captum in Museo Christianensi asservatur.

*II. Anguli priores annuli primi trunei mediocres (caput medium fere explentes vel paulum superantes).*

*A. Truncus convexiusculus vel compressiusculus.*  
*a. Ifronts truncata vel rotundata.*

6. *Cymothoa excisa.*

*Cymothoa excisa* Perty, Del. Anim. p. 211.

*Cymothoa parasita* Saussure, Mém. soc. phys. Genève. XIV.  
2. t. V. f. 44.

? *Crustaceum quoddam animalculum Acarapitambam vexans*, Marcgrav, Hist. pisc. IV. p. 155. sequ.

*Femina ovigera. Virgo.*

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 11—12.

Obovata vel producte obovata, compressiuscula vel convexiuscula, duplo vel plus duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, ante rotundate truncatum, lateribus obscure callosis, quam annulus quartus truncii ter angustius, manifesto latius quam longius (9: 8 vel 7: 6), minus profunde immersum, fronte proclivi vel ante paullum incurva, rotundate truncata.

Oculi mediocres vel parvi, quadranguli, saepe evanidi.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii articulo ultimo vel articulis binis ultimis superantes, articulum sextum vel septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncii articulis ternis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel bisinuatus, ad latera profunde incisus, angulis prioribus brevibus, prominulis, acutiusculis; latera annuli paulum constricta, subrecta.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula, angustiuscula; bina priora post paulum dilatata, rotundate truncata; quaterna posteriora post paulum angustata, in obliquum rotundate truncata. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio majore, per paria sensim crescente, non attingentia; paris quarti et quinti angulum annuli spatio minore, per paria decrescente, non attingentia; paris sexti angulum annuli vix vel paulum superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris breviores; parium quattuor posteriorum subæquales. Ungulæ longæ, crassiusculæ, minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim valde crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico carinarum priorum late, posteriorum breviter vel angulate rotundato (carina pedum posticorum sæpe altissima, latere exteriore truncato).

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annularum quinque priorum conjunctim profunde sinuatis, valde divergentibus: bisulcata, multo vel saltem manifesto latior quam longior (17: 14 vel 11: 10), quam truncus cum capite plus duplo brevior (fere 5: 12). Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales vel sensim paulo longiores, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annularum quattuor priorum plus vel minus profunde sinuatus, ad latera in lobum obtusum productus; annuli quinti late sinuatus, in lobum medium angulate productus. Anguli superiores annularum quattuor priorum late rotundati; annuli quinti evanidi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti producti vel sensim magis prominuli, acutiusculi; annuli quinti rotundate obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico late sinuato vel bilobo, ad basin leviter impressus, sublævis, quam annulus quintus caudalis multo latior, duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (fere 4: 5); remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, sublaminatus vel subfalcatus; remus exterior subfalcatus.

Long. feminæ ovigeræ 15—34 m. m.

Long. virginis 13, 5—28 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis perminutis obscuris in fascias annularum quinque priorum trunci ante marginem posticum et in plagam medium caudæ artius digestis sparsus.

#### Mas adultus.

#### Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 13—14.

Obovata vel producte obovata, convexiuscula, fere duplo longior quam latior.

Caput mediocre, suborbiculatum vel polygonum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 2: 5), fere æque longum ac latum, minus profunde immersum, fronte paullum prominula, propendente vel declivi, latius vel brevius rotundata.

Oculi manifesti, mediocres, subrectanguli.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis vel quaternis ultimis superantes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis quaternis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera plus vel minus profunde sinuatus, angulis prioribus brevibus, porrectis, acutiusculis; latera annuli subrecta.

Anguli postici annularum trunci perlate rotundati vel fere evanidi.

Epimera subpendula, longiuscula, latiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post paulum dilatata; parium priorum late, parium posteriorum breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia; epimera paris quarti et quinti ceteris paulo breviora, angulum annuli spatio parvo saepius non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi et secundi obtectis, lateribus annuli tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, plus vel minus manifesto divergentibus: convexiuscula, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite vix duplo brevior. Annulus primus fere totus obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine sensim paulum crescentes. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti perlate sinuatus, ad latera in lobum obtusum vel (annulis posterioribus) perobtusum productus; annuli quinti in angulum obtusum medium productus. Anguli superiores annuli tertii, quarti, quinti prominuli, acutiusculi. Anguli inferiores annuli tertii, quarti, quinti incurvi, paulum prominuli.

Annulus analis subsemicirculus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior manifesto brevior et paulo latior, sublaminatus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 9—14 m. m.

Color cereus vel flavus, immaculatus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellas multum superantes.

Pullus stadii secundi.

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 15—16.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (5: 2), læviuscula. Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, latius rotundate truncatum, quam annulus quartus trunci plus sesqui angustius (3: 5), vix sesqui latius quam longius (10: 7), vix immersum, fronte incurva, in angulum rotundate truncatum producta.

Oculi parvi vel mediocres, ovales, læviusculi, duabus quintis partibus latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum primum trunci fere explentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris breviusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, annulum primum trunci paulum superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel obscure trisinuatus.

Anguli postici annolorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta; bina priora angustiuscula, margine postico in obliquum late rotundato; terna posteriora angusta, margine postico minus late rotundato. Epimera bina priora angulum annuli explentia; terna posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores; parium trium posteriorum longitudine æquales. Ungulæ crassiusculæ, incurvæ; parium trium priorum ceteris multo longiores, intus in dentes novenos vel denos parvos incisæ; parium trium posteriorum inermes.

Cauda sublibera, longior quam latior plus sesqui (8: 5), quam truncus qum capite sesqui brevior. Annulus primus quam

annulus ultimus trunci vix longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annulorum quinque priorum latus rotundata.

Annulus analis breviter lingulatus, sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior multo brevior et fere sesqui latior, sublaminatus, setis ciliatis novenis armatus; remus exterior producte laminatus, præter setas senas ciliatas uncinis armatus binis, quorum exterior quam interior duplo minor.

Long. 2 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi nigri.

#### Pullus stadii primi.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (5: 2), læviuscula.

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, late rotundate truncatum, quam annulus quartus trunci duplo angustius, multo latius quam longius (fere 5: 4), vix immersum, fronte incurva, in angulum rotundate truncatum producta. Oculi parvi, ovales, læviusculi, dimidia parte latitudinis capitum distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum primum trunci fere expletæ, quam antennæ secundi paris paulo longiores; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris breviusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, annulum primum trunci fere expletæ; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, angustiuscula, margine postico breviter rotundato. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, paulum incurvæ, obscure bipartitæ, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus

quam annulus ultimus trunci vix longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis breviter lingulatus, sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales annulos duos ultimos conjunctos longitudine subæquantes; remus interior quam exterior multo brevior atque latior, breviter laminatus, verrucis senis vel septenis minutis armatus; remus exterior laminatus, verrucis quinis vel senis armatus.

Long. 2 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi nigri.

Plus viginti exempla hujus speciei sat vulgaris et ad oras orientales Americæ a Massachusetts usque ad Desterro degentis examinavimus. In his locis inventa est: Massachusetts (Mus. Cantabr. Mass.); »Bahamas, New Providence« (J. Shaw, Mus. Cantabr. Mass.); Beloxi, »in branchiis Spari« (Kröyer, Mus. Haun.); Cuba (Gundelach, Mus. Berol.); Maranhão (Agassiz et Bourget, inter navigationem Thayeri, Mus. Cantabr. Mass.); Marcos (Castelnau et Brullé, Mus. Paris.); Rio de Janeiro (»in Loliginis specie«, Kröyer, Mus. Haun.; Gad, Mus. Haun.; inter navigationem Thayeri, Mus. Cantabr. Mass.). Nauarchus Hygom exemplum, in specie quadam Clupeoidum inventum, at sine indicatione patriæ notatum, Museo Hauniensi donavit.

## 7. *Cymothoa Gerris n.*

*Femina ovigera.*

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 17—18.

Subobovata, convexiuscula vel ante compressiuscula, duplo longior quam latior.

Caput mediocre vel parvum, sublingulatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 2: 5), multo

latius quam longius (5: 4), minus profunde immersum,  
fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi manifesti, mediocres, pentagoni.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem  
annuli primi trunci articulo pænultimo attingentes, articulum  
octavum antenorarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.  
Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris  
multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci ar-  
ticulo ultimo superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis pri-  
oribus longiusculis, porrectis, acutiusculis; latera annuli  
subrecta.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula, angustiuscula; paris primi  
et secundi post paulum dilatata, late rotundata; paris  
tertii, quarti, quinti post paulum angustata, late rotun-  
data; paris sexti post vix angustata, breviter rotundata.  
Epimera paris primi, secundi, tertii, quarti angulum  
annuli spatio magno, per paria sensim crescente, non  
attingentia; paris quinti angulum annuli spatio minore  
non attingentia; paris sexti angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores, parium  
quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum  
vel vix crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ,  
longitudine subæquales. Carina pedum parium trium  
pænultimorum minus alta, per paria sensim crescens,  
angulo exteriore rotundato, margine postico breviter rotun-  
dato; paris ultimi ceteris abrupte altior, angulo exteriore  
prominulo, margine postico late rotundato.

Cauda solito minus profunde immersa, angulis inferioribus  
annuli primi subliberis, lateribus annularum quinque prio-  
rum conjunctim paulum sinuatis, manifesto divergentibus:  
convexuscula, manifesto longior quam latior (9: 8), quam  
truncus cum capite duplo brevior. Annuli quinque prio-  
res sensim longitudine crescentes. Margo posticus annu-  
lorum quattuor priorum late sinuatus, ad latera in  
lobum obtusum vel (annulis posterioribus) perobtusum

productus. Anguli superiores annuli secundi et tertii fere evanidi; quarti vix prominuli, late rotundati; quinti prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annulorum priorum paulum producti, acutiusculi; annulorum posteriorum prominuli, obtusiusculi.

Annulus analis triangulus, ad basin bisulcatus, quam annulus quintus caudalis multo latior, plus sesqui latior quam longior (8: 5), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales quam annulus analis vix sesqui breviores; remus interior quam exterior multo brevior et vix latior, subfalcatus; remus exterior subfalcatus.

Long. 13 m. m.

Color cereus, plaga media magna, maculam majusculam dilutam includente, annuli analis obscura.

Specimen, in cavitate oris Gerris Brasiliani Cuv. ad Caxoeira captum, Museo Hauniensi a cel. Kröyer donatum est.

### 8. *Cymothoa Ianuarii* n.

Virgo.

Tab. VI. (Cym. XXIV). Fig. 19—20.

Subobovata vel producte obovata, convexiuscula, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus bis vel ter angustius (fere 2: 5), per paulo latius quam longius, profunde immersum, fronte proclivi, ante rotundata vel rotundate truncata.

Oculi plus vel minus manifesti, mediocres, subpiriformes.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris  
multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci  
articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci subrectus vel late sinuatus,  
angulis prioribus longis, porrectis, angustatis, obtusis;  
latera annuli manifesto sinuata.

Anguli postici annulorum trunci perlate rotundati vel fere evanidi.  
Epimera subpendula, breviuscula; paris primi et secundi latius-  
cula, post manifesto dilatata, rotundate truncata; paris  
tertii angustiuscula, post vix dilatata, late rotundata;  
paris quarti, quinti, sexti post breviter rotundata. Epi-  
mera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio  
parvo, longitudine subæquali, non attingentia; paris quarti  
et quinti angulum annuli spatio majore, per paria cres-  
cente, non attingentia; paris sexti angulum annuli spatio  
parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores, parium  
quattuor posteriorum per paria sensim longitudine pau-  
lum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, minus cur-  
vatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium  
quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim longi-  
tudine crescens, angulo exteriore valde prominulo, mar-  
gine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis inferioribus annulorum duo-  
rum vel quattuor priorum obtectis, lateribus annuli secundi,  
tertii, quarti, quinti conjunctim late sinuatis, valde diver-  
gentibus: convexiuscula, multo latior quam longior, quam  
truncus cum capite procul duplo brevior (5: 9). Annu-  
lus primus maximam partem obtectus; annulus secundus,  
tertius, quartus, quintus sensim longitudine paulum cre-  
scentes. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti,  
quinti perlate sinuatus, ad latera in lobum obtusissi-  
num productus. Anguli superiores annulorum priorum  
perlate rotundati; annulorum posteriorum evanidi. An-  
guli inferiores annuli tertii, quarti, quinti producti, obtusi.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, divergentibus,  
margine postico late rotundato vel obscure bilobo, con-

vexiusculus, quam annulus quintus caudalis vix vel paulo latior, duplo latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine subæquans. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (7: 9); remus interior quam exterior multo brevior et manifesto latior, sublaminitatus; remus exterior subfalcatus.

Long. 13,5—20 m. m.

Color cereus.

Duo exempla inter navigationem Thayeri ad Rio de Janeiro capta in Museo Cantabrigensi Mass. asservantur, quorum alterum in ore Priacanthi sp., alterum in ore Platessæ ? sp. (»lepidibus magnis instructæ«) inventa sunt.

### 9. *Cymothoa limbata* n.

Virgo.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 1—2.

Producte subovalis, convexiuscula, duplo longior quam latior. Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus truncus vel ter angustius (2: 5), paulo latius quam longius (10: 9), profunde immersum, fronte declivi, rotundate obtusa.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam ante ~~ante~~ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli ~~trunci~~ articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci trisinuatus, angulis prioribus magnis, rotundate angustatis, subincurvis; latera annuli leviter flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci perlate rotundati vel fere evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula; paris primi et secundi latiuscula, post paulum dilatata, rotundate truncata; paris tertii latiuscula, post late rotundata; paris quarti, quinti, sexti angustiuscula, post in obliquum truncata. Epimera quina priora angulum annuli spatio parvo, ante et post per paria sensim decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris breviores, parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulae longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum decrescentes. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim paulum crescens, angulo exteriore rectangulate rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, valde divergentibus: subdeplanata, æque longa ac lata, quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus fere totus obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus multo breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti perlate sinuatus, ad latera in lobum obtusum productus; annuli quinti late bisinuatus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti breviter rotundati. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti valde producti, obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico bilobo, sulcatus, quam annulus quintus caudalis plus latior, plus sesqui latior quam longior (5: 3), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus sesqui longior (fere 5: 3). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (3: 4); remus interior quam exterior vix lon-

gior neque latior, angustatus, obtusus; reinus exterior subfalcatus.

Long. 17 m. m.

Color cereus, disco capitis et trunci, annulis caudalibus præter annulum analem limboque trunci obscurioribus.

Specimen descriptum ad promontorium York Novæ-Hollandiæ captum esse indicatur (Salmin, mercat., Mus. Holm.).

*II. A. b. Frons in angulum producta.*

*10. Cymothoa Indica n.*

Femina ovigera.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 1—2.

Subobovata vel producte subobovata, ante compressiuscula, disco annuli primi trunci pone marginem profunde biimpresso, plus duplo longior quam latior (11: 5).

Caput mediocre, subtrigonum, utrinque angulis prioribus annuli primi trunci partim obiectum, quam annulus quartus trunci plus duplo angustius (4: 9), multo latius quam longius, profunde immersum, fronte declivi, in angulum obtusum producta.

Oculi obscure definiti.

Antennæ speciminis descripti caducæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera peralte sinuatus vel incisus, angulis prioribus longiusculis, angustis, obtusis, incurvis; latera annuli subrecta, profundius constricta.

Anguli postici annulorum trunci late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula; paris primi et secundi angustiuscula, post manifesto dilatata, late rotundata; paris tertii et quarti angusta, post vix dila-

tata, breviter rotundata; paris quinti et sexti angusta, post geniculata, rotundata obtusa. Epimera parium quattuor priorum angulum annuli spatio magno, subæque longo, non attingentia; paris quinti angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris sexti angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum paris quarti parva, angulo exteriore evanido, margine postico breviter rotundato; pedum parium trium posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore rectangulate rotundato, margine postico subrecto vel leviter sinuato.

Cauda profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi et secundi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, valde divergentibus: leviter bisulcata, multo latior quam longior (7: 6), quam truncus cum capite bis vel ter brevior (4: 11). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti manifesto bisinuatus, ad latera in lobum manifestum, per paria sensim magis obtusum, productus; annuli quinti obscure flexuosus, in lobum medium manifesto productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti vix prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annuli tertii, quarti, quinti vix prominuli, breviter rotundati.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico manifesto sinuato, obscure foveolatus, quam annulus quintus caudalis multo latior, duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (7: 5). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (4: 5); remus interior quam exterior paulo brevior et vix latior, subfalcatus; remus exterior subfalcatus.

Long. 20 m. m.

Color cereus, maculis minutis, atris in lineas transversas annularum trunci et caudæ digestis.

## Mas adultus.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 3—4.

Producte subovalis, dextrorsa, convexiuscula, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus truncī plus duplo angustius (4: 9), manifesto latius quam longius (8: 7), minus profunde immersum, fronte declivi, in angulum obtusum producta.

Oculi minimi, ægre distinguendi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncī articulo quarto attingentes, articulū octavum antennarum secundi paris fere explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncī articulo quarto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī trisinuatus, angulis prioribus breviusculis, acutiusculis; latera annuli constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annularum truncī late rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora latiuscula, post paulum dilatata, late rotundata; quaterna posteriora angustiuscula, post paulum vel vix dilatata, breviter rotundata vel rotundate obtusa. Epimera parium trium priorum angulum annuli explentia; paris quarti et quinti angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum solito multo minus alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico subrecto vel late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, paulum divergentibus: convexiuscula, æque longa ac lata, quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus fere totus obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine vix crescentes. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti late sinuatus, ad latera in lobum obtusum productus; annuli quinti subrectus, ad latera vix lobatus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti vix prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annuli tertii, quarti, quinti vix prominuli, breviter rotundati.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico perlate rotundato, quam annulus quintus caudalis vix latior, plus sesqui latior quam longior (5: 3), annulus ceteris caudalibus coniunctis multo longior (fere 7: 5). Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior vix longior neque latior, post angustatus, subfalcatus.

Long. 9 m. m.

Color cereus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi parisi in specimine descripto caduci.

Exempla duo (femina et mas), male conservata, in mari Indico ad Bangkok capta, in Museo Berolinensi asservantur.

### 11. *Cymothoa Rhina* n.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. X. (Cym. XXVIII). Fig. 1—2.

Subobovata, convexiuscula, annulo primo trunci pone marginem anticum atque in medio impresso, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti trunci callose marginatis, fere duplo longior quam latior.

Caput mediocre vel parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci ter angustius, æque longum ac latum, profunde immersum, fronte proclivi, in angulum obtusum longe producta.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes vel paulum superantes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinnatus, ad latera peralte incisus, angulis prioribus productis, incurvis, angustis, acutiusculis; latera annuli valde constricta, flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci latissime rotundati; posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva, longa, angustiuscula vel angusta, per paria sensim latitudine decrescentia, post dilatata vel geniculata; quaterna priora obtuse angustata; bina posteriora breviter rotundata. Epimera quina priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli paulum superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine crescentes. Ungulæ perlóngæ, crassiusculæ, valde curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore valde prominulo, margine postico rotundate truncato.

Cauda plus vel minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi vel annulorum duorum priorum obtectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim subrectis, valde divergentibus: obscure bisulcata, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite bis vel ter brevior. Annulus primus magnam vel maximam partem, interdum

totus obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus sesqui breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum perlate sinuatus vel obscure flexuosus, ad latera in lobum perobtusum productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti per paria sensim magis prominuli, breviusque rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti, obtusiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis sublingulatus, lateribus rotundatis, margine postico sinuato, ad basin obscure impressus, quam annulus quintus caudalis paulo latior, plus sesqui latior quam longior. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (fere 3: 4); remus interior quam exterior vix brevior neque latior, subfalcatus, attenuatus; remus exterior subfalcatus, acutiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 23,5—32 m. m.

Long. virginis 26 m. m.

Color cereus.

### Mas adultus.

Tab. X. (Cym. XXVIII). Fig. 3—4.

Subobovata, convexiuscula, vix duplo longior quam latior.

Caput mediocre vel magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius, paulo longius quam latius, profunde immersum, fronte declivi, in angulum obtusum longe producta.

Oculi ægre distinguendi, mediocres, subrotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, antennis secundi paris paulo breviores; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto sinuatus, ad latera altius sinuatus, angulis prioribus breviusculis, paulum curvatis, angustatis, acutiusculis; latera annuli non constricta, paulum flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci perlate rotundati vel fere evanidi.

Epimera subpendula; bina priora breviuscula, lata, post vix dilatata, rotundate truncata; quaterna posteriora latiuscula, angustiuscula, post paulum dilatata, breviter rotunda. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore valde prominulo, margine postico subrecto.

Cauda minus profunde immersa, angulis prioribus annuli primi vel annulorum duorum priorum obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto divergentibus: convexiuscula, manifesto longior quam latior, quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum late sinuatus, ad latera in lobum perobtusum vel fere evanidum productus; annuli quinti subrectus vel in lobum medium perobtusum productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, per paria sensim magis producti, obtusi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, angustati, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis brèviter lingulatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis paulo latior, sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo

brevior (4: 5). Pedes anales quam annulus aualis vix longiores; remus interior quam exterior paulo brevior et vix latior, subfalcatus, acutiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 11—12 m. m.

Color cereus, disco annuli analis obscuriore.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellas fere expletentes, ad apicem plus vel minus curvati.

Fere decem exempla inter insulas Philippin. a cel. Semper (Mus. Goting.) capta sunt: nempe ad Zamboanga femina cum mare, ad Ubay, in Mesoprione Gembra et Mes. fulviflamma, plures feminæ, quum ovigeræ tum virgines, et duo mares (Mus. Goting.).

## *II. B. Truncus globosus.*

### 12. *Cymothoa globosa n.*

Virgo.

Tab. X. (Cym. XXVIII). Fig. 5—6.

Subobovata, globosa, plus sesqui longior quam latior (fere 5: 3). Caput mediocre vel magnum, suborbiculare vel subrhomboidale, quam annulus quartus trunci vix ter angustius, æque longum ac latum, minus profunde immersum, fronte subtrigona, ante incurva, rotundate truncata.

Oculi manifesti, mediocres, subrhomboidales.

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris fere expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, ad latera alte incisus, angulis prioribus brevibus, paulum curvatis, rectangulate rotundatis; latera annuli manifesto constricta atque sinuata.

Anguli postici annulorum trunci late vel latissime rotundati. Epimera suspendula; paris primi et secundi brevia, latiuscula vel lata, post paulum dilatata, late rotundata; paris tertii et quarti longa, angustiuscula, post angustata, breviter rotundata; paris quinti et sexti longiuscula, latiuscula, post dilatata, in obliquum rotundate truncata. Epimera quina priora angulum annuli spatio parvo, per paria sensim paulum decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli fere expletia vel paulum superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim paulum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore valde prominulo, margine postico rotundate truncato.

Cauda profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim sinuatis, valde divergentibus: obscure bisulcata, manifesto latior quam longior (fere 9: 8), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum bisinuatus, ad latera in lobum manifestum productus; annuli quinti ad latera obscure sinuatus, medius in lobum triangulum productus. Anguli superiores annulorum priorum fere evanidi, posteriorum paulum prominuli. Anguli inferiores producti, rotundate obtusati.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico sinuato, ad basin manifesto impressus, in medio profunde sulcatus, quam annulus quintus caudalis multo latior, plus duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto longior (9: 8). Pedes anales quam annulus analis sesqui breviores; remus in-

terior quam exterior multo brevior et vix latior, sublaminatus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 17,5 m. m.

Color flavus, lineolis plurimis, tenuissimis, subracemosis, nigris in balteos obscuros digestis.

In mari Altantico inter navigationem Eugeniae specimen in ore Ephippi Fabri a cel. Kinberg captum est (Mus. Holm.).

*III. Anguli priores annuli primi trunci longi vel producti (caput fere explentes vel paulum superantes).*

### 13. *Cymothoa Eremita.*

*Oniscus Oestrum* Spengler, Besch. Berl. Ges. Naturf. Fr. I. p. 312. t. VII. f. I—K.

*Oniscus Eremita* Bruennich, Vid. Selsk. Skrift. Nye Saml. II. p. 319.

*Cymothoa Stromatei* Bleeker, Crust. Ind. Archip. p. 35. t. II. f. 13.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 3—4.

Subobovata vel producte subobovata, convexa, annulo primo trunci pone marginem anticum sulcato, in disco lateribusque plus vel minus manifesto verrucoso, lateribus annularum ceterorum trunci verrucosis atque callose marginatis, vix vel procul duplo longior quam latior (25: 13 vel 5: 3).

Caput mediocre, subpentagonum, quam annulus quartus trunciter angustius, multo latius quam longius (fere 4: 3), peralte immersum, fronte ante incurva, rotundate truncata vel obscure emarginata.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio attingentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, ad latera manifesto incisus, angulis prioribus perlóngis, porrectis, incurvis, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli constricta, flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci brevius, posteriorum latius rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula, angustiuscula vel angusta, per paria sensim latitudine decrescentia, post rotundate truncata vel late rotundata. Epimera parium quattuor priorum angulum annuli spatio mediocri vel parvo, per paria sensim decrescente, non attingentia; paris quinti angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim manifesto longiores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, per paria sensim vix longiores, at manifesto crassiores. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine valde crescens, angulo exteriore valde prominulo vel producto, margine postico subrecto vel per paria sensim magis flexuoso.

Cauda profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi plus vel minus obtectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim paulum sinuatis, valde divergentibus: convexiuscula, bisulcata, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite duplo vel fere duplo brevior (1: 2 vel 5: 9). Annuli quattuor priores sensim longitudine crescentes, quam annulus quintus abrupte breviores. Margo posticus annuli primi late sinuatus; annuli secundi, tertii,

quarti per annulos sensim manifestius flexuosus, ad latera in lobum manifestum productus; annuli quinti subrectus aut plus vel minus flexuosus. Anguli superiores annularum quattuor priorum fere evanidi; annuli quinti prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annularum quinque priorum longe producti, obtusi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico obscure bilobo, ad basin manifesto impressus, in medio sulcatus, quam annulus quintus caudalis multo latior, procul duplo latior quam longior (fere 7: 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (4: 3). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (fere 4: 5); remus interior quam exterior brevior, manifesto latior, angustatus, acutiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 25—44,5 m. m.

Long. virginis 28,5—35 m. m.

Color cereus vel fulvus.

#### Femina ovigera, vetula.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 5.

Vetula a femina typica statura majore, præsertim latitudine majore distinguitur. Præterea margo posticus annularum trunci inæqualiter flexuosus, annularum caudalium altius flexuosus, annulus analis multo latior.

#### Femina ovigera, juvenilis.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 6—7.

Magis producta, minus convexa, minus rugulosa.

Caput majus, latius, minus profunde immersum.

Oculi manifesti, quamvis ægre distinguendi.

Antennæ longitudine subæquales.

Margo anticus annuli primi trunci levius sinuatus, angulis prioribus multo brevioribus; latera annuli minus constricta, subrecta.

Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim minus crescens, angulo exteriore minus porrecto.

Cauda levius immersa, angulis inferioribus annuli primi liberis.

Margo annularum posticorum caudalium levius flexuosus.

Annulus analis in medio minus profunde sulcatus.

Long. 20—26 m. m.

### Mas adultus.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 8—9.

Producte subobovata, convexiuscula, plus duplo longior quam latior (11: 5).

Caput mediocre vel magnum, sublingulatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (2: 5), manifesto latius quam longius (8: 7), profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi ægre distinguendi, parvi, transversi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vel quinto attingentes, articulum septimum vel octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera manifesto sinuatus, angulis prioribus breviusculis, incurvis, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli leviter constricta, flexuosa.

Anguli postici annularum trunci late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula, lata vel latiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post

paulum dilatata, late rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris multo minores; parium quattuor posteriorum per paria sensim manifesto longiores. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta vel peralta, per paria sensim altitudine paulum crescentes, angulo exteriore valde prominulo, per paria sensim latius rotundato, margine postico late vel latissime rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi subliberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim subrectis, valde divergentibus: bisulcata, paulo longior quam latior (10: 9), quam truncus cum capite vix duplo brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine sensim paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli primi late sinuatus; annuli secundi, tertii, quarti alte bisinuatus, ad latera in lobum manifestum productus; annuli quinti manifesto flexuosus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti late rotundati; annuli quinti prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti, angustati, acutiusculi, longitudine subæquales.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis plus vel minus latior, plus sesqui latior quam longior (5: 3), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (5: 4). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (4: 5); remus interior quam exterior vix longior, at paulo angustior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 14—24,5 m. m.

Color cereus vel flavus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellas superantes.

## Mas juvenilis.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 10—11.

Magis producta.

Caput majus, minus immersum.

Oculi majores.

Antennæ tenuiores, longitudine fere subæquales.

Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta.

Cauda paulo minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi liberis. Annulus primus brevius obtectus. Margo posticus annulorum quinque priorum levius flexuosus.

Long. 15 m. m.

## Pullus stadii secundi.

Tab. VII. (Cym. XXV). Fig. 12—13.

Subovata, plus duplo longior quam latior (fere 11: 5), læviuscula.

Caput magnum, subtrigonum, rotundate truncatum, quam annulus quartus trunci duplo angustius, multo latius quam longius (fere 5: 4), vix immersum, fronte ante incurva, in angulum acutum vel acutiusculum producta.

Oculi parvi, ovales, læviusculi, plus dimidia parte latitudinis capit is distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum secundum trunci paulum superantes, articulum septimum antennarum secundi paris fere explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, longæ, annulum quintum trunci fere explentes; 13-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel obscure bisinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subincurva, angustiuscula; bina priora post valde dilatata, rotundate truncata; terna posteriora post pau-

lum dilatata, brevius rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores; trium posteriorum longitudine æquales. Ungulæ parium trium priorum perlongæ, minus curvatæ, intus in dentes quin-denos parvos incisæ; parium trium posteriorum longæ, crassiusculæ, incurvæ, inermes.

Cauda sublibera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci manifesto longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annulorum quinque pri-orum late rotundata.

Annulus analis breviter subcordiformis, multo latior quam longior (5: 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus sesqui brevior (3: 5). Pedes anales quam annulus analis plus sesqui longiores; remus interior quam exterior paulo longior et multo latior, laminatus, setis ciliatis undenis vel ternis denis armatus; remus exterior producte laminatus, setis ciliatis septenis, quarum ultima valde, pænultima ceteris multo minor, armatus.

Long. 2, 7 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi nigri.

Descriptio, quam cel. Bruennich l. c. dedit, non tam certa est, ut hanc nostram speciem ad Cymothoam Eremitam retu-lissemus, nisi figuræ Spengleri citasset. De quibus figuris dubitare non licet, quin Spengler nostram Cymothoam Eremitam delineaverit, tametsi patria Groenlandia et habitatio balæna esse indicantur (cf. annotationes nostras in particula tertia hujus investigationis, Naturh. Tidsskr. 3. R. 13. B. p. 296). Præ-terea bene notandum est, specimina Bruennichii in Museo Hauniensi adhuc exstare (cf. Luetken, Vid. Medd. Naturh. Foren. 1858, p. 172).

Mare Indicum atque Pacificum, e quibus maribus viginti exempla vidimus, sat frequenter habitat: Madras, Koenig (specimen typicum cel. Bruennichii, etiam nunc linguam Stro-matei Paru Blkr., »Coryphænæ apodis«, amplectens et capite

antico per orificium capitum abscisi piscis paulum prominens in collectione vetere Musei Hauniensis cum exemplo altero, etiam in lingua Stromatei Paru hærente, asservatum est); Pulo Penang, femina cum mare (Mus. Haun., femina in lingua, prona, porrecta, mas in cavitatis branchialis latere sinistro inter lamellam secundam et tertiam branchiale Stromatei Paru, teste cel. Luetken, reperta); Singapore, in Psettodi Erumei (inter navigationem Galateæ, Mus. Haun.; Thomsen, Mus. Haun.); Iava, in ore Psettodis Erumei (Mus. Vindobon.); Bangka (v. d. Bossche, Mus. Lugdun. Batav.); Mabatua (Bleeker, Mus. Lugdun. Batav.); Menado (A. B. Meyer, Mus. Berol.); Bohol (Semper, Mus. Goting.); »Marineles, Ubay«, (Semper, Mus. Goting.); Legaspi (Jagor, Mus. Berol.); Insul. societatis (Bernard, Mus. Cantabr. Mass.); »Japan« (Salmin, merc., Mus. Holm.).

#### 14. *Cymothoa truncata* n.

Femina ovigera.

Tab. IX. (Cym. XXVII). Fig. 3—4.

Subobovata, convexa, disco annuli primi trunci in transversum sulcato, plus vel minus rugulosa, lateribus annulorum ceterorum trunci callose marginatis, plus vel minus rugulosis, fere duplo longior quam latior.

Caput magnum, subtrapezoideum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius, paulo latius quam longius, peralte immersum, fronte callose marginata, ante incurva, rotundate truncata.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris subteretes, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio medio attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris fere expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncī articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī late sinuatus, ad latera alte incisus, angulis prioribus longis, incurvis, obtusis; latera annuli valde constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annulorum truncī per paria sensim latius rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula, latinscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post dilatata vel geniculata, subtruncata, angulo exteriore parium quinque priorum per paria sensim magis producto atque acuto; paris sexti producto, obtuso. Epimera quina priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli spatio minore superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ vel crassæ, minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico latius rotundato.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi subliberis vel obiectis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim alte sinuatis, valde divergentibus: obscure bisulcata, multo latior quam longior (4: 3), quam truncus cum capite multo vel fere sesqui brevior (3: 4 vel 3: 4, 5). Annuli quattuor priores longitudine subæquales vel sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus fere duplo breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum late sinnatus, ad latera in lobum manifestum vel ante et post magis obtusum productus; annuli quinti late curvatus, obscure flexuosus. Anguli superiores annulorum quinque priorum perlate rotundati, fere evanidi. Anguli inferiores annulorum quin-

que priorum producti vel prominuli, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis maximus, transversus, lateribus rotundatis, valde dilatatis, margine postico sinuato, in medio obscure carinatus, quam annulus quintus caudalis ad basin multo latior, bis vel ter latior quam longior (5: 2), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (6: 5). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (3: 4); remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 34—38 m. m.

Color flavus.

### Femina ovigera, vetula.

Tab. IX. (Cym. XXVII). Fig. 5.

Aestate provecta quam forma typica valde latior atque manifestius rugulosa; margo posticus annulorum caudalium altius flexuosus; annulus analis maximopere dilatatus, lateribus margineque postico corrosionis.

### Mas adultus.

Tab. IX. (Cym. XXVII). Fig. 6—7.

Producte subovata, convexiuscula, plus duplo longior quam latior (fere 11: 5).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius (fere 13: 6), multo latius quam longius (6: 5), profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi obscure definiti, parvi, transversi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ vel crassæ, angulum priorem annuli primi truncii articulo quarto vix attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris fere explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris fere duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci trisinuatus, sinibus laterali- bus altioribus, angulis prioribus longiusculis, paulum incurvis, rotundate angustatis, acutiusculis; latera annuli leviter constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci late rotundati.

Epimera subpendula, longiuscula, lata vel latiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post valde dilatata, late rotundata vel rotundate truncata. Epimera quina priora angulum annuli spatio parvo, per paria sensim paulum decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli vix superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore valde prominulo, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obiectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto sinnatis atque divergentibus: convexiuscula, paulo longior quam latior, quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annuli quattuor priores sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum obscure trisinuatus vel flexuosus, ad latera in lobum manifestum productus; annuli quinti bisinuatus, medius in lobum subtrigonum productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, per paria sensim paulo productiores magisque acuti. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi vel acuti, longitudine subæquales.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico sinuato, ad basin obscure impressus, quam annulus

quintus caudalis paulo latior, latior quam longior plus sesqui (5: 3), annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto longior (7: 6). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (fere 4: 5): remus interior quam exterior manifesto brevior et vix angustior, angustatus, angustiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 16, 5 m. m.

Color cereus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris longitudinis lamellarum.

### *Pullus stadii secundi.*

Tab. IX. (Cym. XXVII). Fig. 8.

Producte subovata, plus duplo longior quam latior (11: 5), laeviuscula.

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, truncatum, quam annulus quartus trunci sesqui angustius, sesqui latius quam longius, paulum immersum, fronte ante incurva, in angulum acutum producta.

Oculi mediocres, subovales, laeviusculi, dimidia parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum primum trunci procul explentes, articulum sextum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, longæ, annulum tertium trunci fere explentes; 12-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subinvoluta, angustinscula; bina priora post valde dilatata, rotundate truncata; terna posteriora paulum dilatata, post brevius rotundata.

Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores. Ungulæ parium trium priorum perlongæ, minus curvatae, intus in dentes denos, post sensim minores, incisæ; parium trium posteriorum longæ, crassiusculæ, incurvæ, inermes.

Canda sublibera, vix sesqui longior quam latior (10: 7), quam truncus cum capite plus duplo brevior (fere 3: 7). Annulus primus quam annulus ultimus trunci fere duplo longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latéra annulorum quinque priorum late rotundata.

Annulus analis breviter lingulatus, plus sesqui latior quam longior (5: 3), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus sesqui brevior (3: 5). Pedes anales quam annulus analis plus sesqui longiores; remus interior quam exterior paulo longior et manifesto latior, hastatus, setis ciliatis novenis armatus; remus exterior producte laminatus, setis ciliatis septenis, quarum binæ exteriore ceteris multo minores, armatus.

Long. 2, 33 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi nigri.

Mas et femina, sine ulla indicatione patriæ vel piscium, quibus victitaverint, in Museo Cantabrigensi Mass. asservantur. Exemplum tertium, femina ovigera, cum duobus exemplis Cym. Eremitæ, Museo Lugdunensi Batav. sub nomine Cym. Stromatei Blkr. (o: Eremitæ) a cel. Bleeker missum et ad Mabatua in Stromateo majore captum esse indicatur. Exemplum quartum, ad Camiguin, insul. Luzon, a cel. Semper captum, nunc in Museo Gotingensi asservatur.

### 15. *Cymothoa Oestrum.*

*Oniscus Oestrum* Linn., Syst. Nat. ed. X. I. p. 636. n. 2. —  
Fauna Su. ed. II. n. 2053. Syst. Nat. ed. XII  
I. P. 2. p. 1059. n. 2.

*Asellus Oestrum* Olivier, Encycl. méthod. IV. p. 253.

*Cymothoa Oestrum* Fabricius, Entom. Syst. II. p. 505 n. 6.  
Leach, Trans Linn. Soc. XI. p. 372 —  
Dict. sc. nat XII. p. 352.  
Desmarest, Consid. gén Crust. p. 309. t  
47. f. 6—7.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 269.

Cuvier, Règn. anim. ill. Pl. 65. f. 1.

Schiødte, Naturh. Tidsskr. 3. R. 4. B. p. 192. t. XI. f. 3.

*Cymothoa Dufresnei* Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 352.

Desmarest, Consid. gén. Crust. p. 309.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 270.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 5—6.

Subovalis vel subobovata, convexiuscula vel compressiuscula, annulo primo trunci, in transversum bisulcato, cum lateribus callose marginatis annulorum ceterorum trunci plus vel minus verrucoso, procul duplo longior quam latior (fere 9: 5).

Caput majuscum, subtrapezoideum, quam annulus quartus trunci ter angustius, multo latius quam longius (7: 5), peralte immersum, fronte ante incurva, latissima, subtruncata vel rotundate truncata.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vel quinto attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ vel compressæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticüs annuli primi trunci subrectus vel late sinuatus, ad latera alte incisus, angulis prioribus permagnis, frontem superantibus vel explentibus, in æquum porrectis, ante breviter rotundatis; latera annuli flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula; paris primi latiuscula, ante dilatata, post late sinuata, angulo exteriore prominulo; paris secundi latiuscula, post dilatata,

late sinuata, angulo exteriore prominulo; paris tertii angustinscula, post paulum dilatata, truncata; paris quarti, quinti, sexti angusta, post subtruncata, angulo exteriore prominulo. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio magno, per paria sensim crescente, non attingentia; paris quarti angulum annuli spatio minore non attingentia; paris quinti angulum annuli fere explentia; paris sexti angulum annuli spatio majore superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine valde crescens, angulo exteriore pedum paris quarti producto, acutiusculo, pedum paris quinti plus vel minus prominulo, pedum paris sexti et septimi rotundato, margine postico breviter rotundato vel in angulum producto.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi liberis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, valde divergentibus: manifesto bisulcata, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine sensim crescentes, quam annulus quintus multo breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti manifesto bisinuatus, ad latera in lobum manifestum productus; annuli quinti subrectus vel obscure flexuosus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti fere evanidi. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti, per paria sensim longitudine decrescentes magisque obtusi. Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico late sinuato, ad basin obscure impressus, quam annulus quintus caudalis multo latior, plus sesqui longior quam latior (5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis vix sesqui brevior (7:10). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior

manifesto longior et vix latior, angustatus, subfalcatus;  
remus exterior angustatus, subfalcatus.

Long. feminæ ovigeræ 23—43 m. m.

Long. virginis 14—42 m. m.

Color cereus, immaculatus, rarissime læte viridis.

### Vetula.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 7.

Vetula a femina typica pluribus numeris differt: semper inter maximas, multo latior, multo magis rugulosa; margo posticus annulorum trunci sæpe plus vel minus corrosus, annulorum caudalium altius flexuosus, annuli analis valde corrosus; annulus analis sæpe totus deformis vel monstruosus; anguli priores annuli primi trunci longius producti, latiores.

### Mas adultus.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 8—9.

Producte subobovata, convexa, plus duplo longior quam latior. Caput majuscum, subtrigonum, quam annulus quartus truncis sesqui angustius, paulo latius quam longius (10:9), profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, antennas secundi paris articulo ultimo superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo antiens annuli primi trunci leviter sinuatus, ad latera iterum obscure sinuatus, angulis prioribus breviusculis, latis, porrectis, ante breviter rotundatis; latera annuli flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci ferme evanidi.

Epimera subpendula, breviuscula; paris primi et secundi lata, post paulum dilatata, late rotundata; paris tertii latiuscula, post vix dilatata, breviter rotundata; paris quarti, quinti, sexti angustiuscula vel angusta, per paria sensim angustiora, post in obliquum late rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli expletia; bina posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum subæquales vel per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore producto vel (annulis posterioribus) prominulo, margine postico subrecto vel leviter flexuoso.

Cauda solito minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi liberis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, valde divergentibus: planiuscula, vix latior quam longior, quam truncus cum capite bis vel ter brevior (2:5). Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus et tertius longitudine subæquales, quam annulus quartus multo breviores; annulus quintus annulis ceteris multo longior. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti late sinuatus vel obscure trisinuatus, ad latera in lobum perobtusum productus; annuli quinti in lobum medium obtusissimum productus. Anguli superiores annulorum quinque priorum latius vel per paria sensim brevius rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin sulcatus, quam annulus quintus caudalis paulo vel vix latior, duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (fere 7:6). Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores (fere 8:9); remus interior quam ex-

terior manifesto longior et vix angustior, angustatus, subfalcatus; remus exterior angustatus, subfalcatus.

Long. 11—21 m. m.

Color cereus, immaculatus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris longitudinis lamellarum.

### Pullus stadii secundi.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 10—12.

Subovata, bis vel ter longior quam latior (fere 5:2), laeviuscula.

Caput magnum, subtrigonum, late truncatum, quam annulus quartus trunci duplo angustius, manifesto latius quam longius (fere 7:6), paulum immersum, fronte incurva, in angulum acutum vel acutiusculum producta.

Oculi parvi, ovales, laeviusculi, duabus partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum secundum trunci fere explentes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris filiformes, perlóngæ, corpus longitudine plus minusve superantes; 14—15-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, angustiuscula, margine postico breviter rotundato. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo longiores. Ungulæ parium trium priorum ceteris multo longiores, apice incurvæ, intus in dentes duodenos vel quindenos majores incisæ; parium trium posteriorum longæ vel perlóngæ, crassæ vel crassiusculæ, incurvæ, inermes.

Cauda sublibera, plus sesqui longior quam latior (5:3), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 5:8). Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix longior;

annuli quattuor priores longitudine subæquales vel sensim paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis subcordatus, multo latior quam longior (6:5), annulis ceteris caudalibus conjunctis duplo brevior. Pedes anales annulos quattuor ultimos conjunctos longitudine subæquantes; remus interior quam exterior manifesto longior et paulo latior, producte laminatus, paulum curvatus, setis ciliatis octonis vel septenis armatus; remus exterior producte laminatus, setis ciliatis quinis armatus.

Long. 2,3 m. m.

Color albidus; oculi nigri; remi pedum analium saepe maculatis amplis, obscuris, in vittam latam confluentibus picti.

### Pullus stadii primi.

Tab. VIII. (Cym. XXVI). Fig. 13.

Subovata, plus duplo longior quam latior (fere 9:4), læviuscula.

Caput permagnum, subtrigonum, ante rotundatum, quam annulus quartus truncii vix duplo angustius (fere 5:9), æque longum ac latum, paulum immersum, fronte incurva, in angulum acutiusculum producta.

Oculi parvi, ovales, læviusculi, duabus partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum secundum truncii fere explentes, articulum septimum antennarum secundi paris vix explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris filiformes, longæ, annulum ultimum truncii paulum superantes; 14—15-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncii profunde sinuatus.

Anguli postici annulorum truncii non producti, rotundati.

Epimera involuta, angustiuscula, margine postico breviter rotundato. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ longæ vel longiusculæ, crassæ vel crassiusculæ, paulum curvatæ, obscure bipartitæ; parium trium priorum ceteris paulo longiores.

Cauda libera, fere sesqui longior quam latior (11: 7), quam truncus cum capite vix duplo brevior (fere 5: 9). Annulus primus quam annulus ultimus trunci manifesto longior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis subcordatus, multo latior quam longior (6: 5), annulis ceteris caudalibus conjunctis duplo brevior. Pedes anales annulos ultimos tres conjunctos longitudine æquantes; remus interior quam exterior manifesto longior atque latior, producte laminatus, paulum curvatus, in margine verrucis octonis vel septenis armatus; remus exterior producte laminatus, in margine verrucis quinis armatus.

Long. 2 m. m.

Color albidus; oculi nigri.

Variant feminæ virginesque hujus speciei quodammodo, habitum juvenilem sustentantes: margine antico frontis plus vel minus breviter rotundato, angulis prioribus annuli primi trunci minus productis marginemque anticum frontis interdum non attingentibus; virginæ juniori quin etiam feminæ ovigeræ inferioris magnitudinis interdum oculi conspicui vel male definiti sunt. Quamobrem non dubitare licet, quin *Cymothoa Dufresnei*, a cel. Leach l. c. *vulgata*, non satis a *Cymothoa Oestro* differat, neque vilis ponderis nobis fuit, specimen typicum cel. Milne Edwardsii, nunc in Museo Parisiensi assertatum et a nobis cum magno numero Cym. Oestri typicæ comparatum, solummodo talibus characteribus minus insignibus differre.

Hæc species, inter maximas atque nobilissimas familias Cymothoarum, mare Caraibicum et Mexicanum Americæ habitat et præsertim ad oras insularum Virginearum dictarum invenitur; igiturque magna copia ab insulis Danicis redacta in Museo Hauniensi asservatur (Dr. Hornbeck, Riise, Dr.

(Œrsted, Grønsund, Krebs, Suenson, Wiinstedt). Etiam ab insulis St. Bartholomæi et St. Christophori plura exempla Museo Holniensi redacta sunt (Dr. Goës, Molin); ad insulam Gallicanam Guadeloupe specimen typicum Cym. Dufresnei Milne. Edw. captum est (l'Herminier, Mus. Paris.). Præterea prope St. Annam in litore Mexicano (Caspersen, Mus. Haun.) et ad Caracas in litore Venezuelæ (Karsten, Mus. Berol.) vel etiam alicubi in mari Atlantico (Gefion, Mus. Berol.; C. O. Lovén, Mus. Holm.) inventa est. Sæpius in lingua Carangis (Œrsted, Karstens) vel »in piscis Scomberoidei lingua, os totum replens« (Goës), reperta esse dicitur. Dom. Krebs, vir oculatissimus, qui multos annos in insulis Danicis degit, et cui Museum Hauniense etiam majorem copiam hujus animalculi debet, affirmat, se quattuor exempla semel in Strombo Gigante intra testam cepisse.

### 16. *Cymothoa eximia* n.

Femina ovigera.

Tab. IX. (Cym. XXVII). Fig. 9—10.

Producte subobovata, convexa, disco annuli primi trunci manifesto verrucoso, lateribus annuli secundi, tertii, quarti callose marginatis atque verrucosis, plus duplo longior quam latior (fere 11: 5).

Caput magnum, subpentagonum, qnam annulus quartus trunciter angustius, multo latius quam longius (5: 4), peralte immersum, fronte lata, ante incurva, subrecta vel rotundate truncata.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ vel crassæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio attingentes, articulum sextum dimidiam partem antennarum secundi paris explentes; 6-articulatae.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, crassiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 7-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, quinquesinusosus, angulis prioribus longis, angustatis, obtusiusculis; latera annuli valde constricta, leviter flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci priorum brevius, posteriorum latius rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula vel longa, latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post paulum dilatata vel geniculata; margo posticus paris primi, secundi, tertii in angulum acutiusculum productus, paris quarti et quinti rotundate obtusus, paris sexti in obliquum truncatus. Epimera quina priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, priores crassiusculæ, posteriores crassæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria altitudine crescens, angulo exteriore producto vel prominulo, per paria sensim magis obtuso, margine postico rotundato.

Cauda peralte immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, annuli secundi subliberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim subrectis, valde divergentibus: peralte bisulcata, manifesto latior quam longior (fere 9:8), quam truncus cum capite plus duplo brevior. Annulus primus, secundus, tertius longitudine subæquales; annulus quartus præcedentibus multo longior; annulus quintus quam quartus fere duplo longior. Margo posticus annulorum quattuor priorum manifesto flexuosus, ad latera in lobum obtusum vel (annulis posterioribus) obtusiorem productus; annuli quinti subrectus, in lobum medium

manifestum productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, per paria sensim magis producti. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis transversus, lateribus rotundatis, margine postico bilobo, in medio obscure sulcatus, quam annulus quintus caudalis paulo latior, duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (fere 5:4). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior multo brevior et paulo latior, subfalcatus, acutiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 50 m. m.

Color flavus, immaculatus.

### Pullus stadii primi.

Tab. IX. (Cym. XXVII.) Fig. 11.

Subovata, plus duplo longior quam latior (7:3), laeviuscula.

Caput magnum, subtrigonum, truncatum, quam annulus quartus trunci procul duplo angustius (5:9), plus sesqui latius quam longius (5:3), paulum immersum, fronte incurva, in angulum obtusum producta.

Oculi parvi, rotundati, laeviusculi, plus dimidia parte latitudinis capitidis distantes (11:20).

Antennæ primi paris teretiusculæ, annulum primum trunci paulum superantes, articulum sextum antennarum secundi paris vix explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris filiformes, perlóngæ, annulum tertium caudalem fere explentes; 16-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel obscure bisinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, angustiuscula; bina priora post paulum dilatata, latius rotundata; terma posteriora paulum an-

gustata, obtuse rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ longæ, minus curvatæ, obscure bipartitæ, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, plus sesqui longior quam latior (5:3), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix brevior; annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Latera annulorum quinque priorum late rotundata.

Annulus analis sublingulatus, vix sesqui latior quam longior (10:7), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui brevior. Pedes anales quam annulus analis sesqui longiores; rennus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, sublaminatus, verrucis senis vel novenis armatus; remus exterior laminatus, verrucis quaternis vel quinis armatus.

Long. 2,8 m. m.

Color albidus, immaculatus; oculi nigri.

Specimen ad »Gebeh, Indiæ orientalis«, a Bernstein captum, in Museo Lugdunensi Batav. asservatur.

### 17. *Cymothoa Borbonica* n.

Virgo.

Tab. X. (Cym. XXVIII.) Fig. 7—8.

Producte subovalis vel obovata, convexiuscula vel convexa, disco annuli primi trunci profunde in transversum impresso atque verrucoso, lateribus annulorum ceterorum callosis, in transversum plus vel minus profunde impressis atque verrucosis, fere duplo longior quam latior.

Caput mediocre vel magnum, subtrigonum vel subrotundatum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere

2:5), multo latius quam longius (5:4), peralte, at minus arcte immersum, fronte declivi, in angulum rotundate obtusum producta.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes, antennas secundi paris articulo septimo expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera iterum alte sinuatus, annulis prioribus productis, incurvis, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli manifesto constricta atque flexuosa.

Anguli postici annularum trunci per paria sensim latius rotundati.

Epimera subpendula, longiuscula, latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim longitudine decrescentia, post valde dilatata vel geniculata; priora late rotundata, posteriora truncata. Epimera quina priora spatio majore vel minore, per paria sensim longitudine decrescente, angulum annuli non attingentia; posteriora angulum annuli fere expletia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ perlongæ, crassiusculæ, incurvæ, ante et post sensim per paria longitudine et robore decrescentes. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore longe producto vel (annulis posterioribus) prominulo, per paria sensim magis rotundato, margine postico rotundato vel in angulum obtusum producto.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi subliberis, lateribus annularum quinque priorum conjunctim subrectis, valde divergentibus: obscure bisulcata, æque longa ac lata, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annuli quattuor priores longitudine subæ-

quales vel sensim paulo longiores, quam annulus quintus duplo breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum perlate sinuatus, ad latera in lobum obtusum vel obtusissimum productus; annuli quinti in lobum medium obtusum, integrum vel trisinuatum productus. Anguli superiores annulorum quinque priorum prominuli, per paria sensim magis producti. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin obscure impressus, in medio profunde sulcatus, quam annulus quintus caudalis multo vel valde latior, plus sesqui latior quam longior (fere 5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (fere 4:3). Pédes anales quam annulus analis sesqui breviores; remus interior quam exterior multo brevior, at paulo latior, angustatus, obtusus; remus exterior falcatus, obtusus.

Long. 34—44 m. m.

Color cereus vel flavus, immaculatus.

### Mas adultus.

Tab. X. (Cym. XXVIII.) Fig. 9—10.

Producte subovalis, convexiuscula, duplo longior quam latior. Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus truncibus vel ter angustius (fere 2:5), multo latius quam longius (fere 7:6), profunde immersum, fronte incurva, late rotundata.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, antennæ secundi paris paulo longiores; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vix attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus majoribus, angulis prioribus breviusculis, incurvis, acutiusculis; latera annuli flexnosa.

Anguli postici annularum trunci latissime rotundati.

Epimera subpendula; paris primi et secundi lata vel latiuscula, post paulum dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii latiuscula, post valde dilatata, late rotundata; paris quarti, quiuti, sexti angustiuscula, post valde dilatata vel geniculata. Epimera priora angulum annuli fere expletia; posteriora angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore valde prominulo, margine postico subrecto vel paulum flexuoso.

Cauda minus profunde immersa, angulis inferioribus annuli primi obtectis, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, valde divergentibus: convexiuscula, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite duplo brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annularum quattuor priorum late sinuatus vel obscure flexuosus, ad latera in lobum obtusissimum productus; annuli quinti subrectus vel obscure flexuosus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, per paria sensim magis producti, obtusi. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, angustati, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis transversus, angulis posticis rotundatis, in medio sulcatus, quam annulus quintus caudalis paulo latior, procul duplo latior quam longior (11: 6), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (6: 5). Pedes

anales quam annulus analis multo breviores (fere 3:4); remus interior quam exterior paulo brevior et vix latior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 11, 5—14 m. m.

Color cereus, immaculatus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris producti, marginem posticum annuli analis fere attingentes.

Tria exempla hujus speciei, virgo cum duobus mari- bus, ad insulam Bourbon capta, in Museo Parisiensi exstant.

*I. B. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.*

*a. Corpus vel cauda saltem convexa.*

*1. Cauda obconica.*

### TELOTHA n.

*Corpus suborale vel obovatum, conrexum. Annulus primus truncus quam secundus manifesto longior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subaquales; annulus quintus, sextus, septimus breviores, sensim longitudine decrescentes.*

*Caput parvum, profunde immersum.*

*Oculi manifesti, parvi.*

*Antennae primi paris teretiuscula vel compressiuscula, crassiuscula, quam caput multo breviores; 8—9-articulatae.*

*Antennae secundi paris filiformes, quam antennae primi paris duplo tenuiores, at rix vel paulo longiores; 9-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi truncus alte sinuatus, ad latera manifesto vel rix sinuatus, angulis brerissimis.*

*Epimera longiuscula. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.*

*Pedes breviusculi, longitudine subæquales. Ungulæ longæ vel perlongæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium posteriorum leviter expressa.*

*Cauda minus profunde immersa. Latera annularum quinque priorum integra, in angulum acutiusculum vel obtusiusculum producta.*

*Annulus analis lingulatus vel sublingulatus.*

*Mas latet.*

\**Pullus stadii primi (stadium secundum latet):*

*Oculi mediocres, subovales.*

*Antennæ primi paris longiusculæ, subteretes; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris longiusculæ, teretiusculæ; 9-articulatæ.*

*Annulus analis subtrigonus. Remus interior quam exterior paulo brevior.*

Genus novum Telothæ sectioni sequenti, Livonecidarum, sat affine est, a ceteris generibus Cymothoidarum carina pedum posteriorum male expressa valde discedens. Forma corporis generi Bragæ inter Anilocridas non dissimile, at nullum discrimen inter pedes parium trium priorum (prensoriorum) atque quattuor posteriorum (gressoriorum) se præbet.

### 1. *Telotha Henselii.*

*Cymothoa Henselii Martens, Arch. f. Naturg. XXXV. p. 33.  
t. II. f. b.*

*Femina ovigera. Virgo.*

Tab. X. (Cym. XXVIII.) Fig. 11—12.

Obovata, convexa, sæpe contorta, annulis trunci profunde in transversum impressis atque rugulosis, lateribus annularum posteriorum trunci præterea callose marginatis, fere sesqui longior quam latior.

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus truncis quater angustius, fere æque longum ac latum, profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi manifesti, parvi, subrhomboidales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncis articulo quarto attingentes, antennas secundi paris articulo sexto expletentes; 9-articulatæ.

Antennæ secundi paris filiformes, quam antennæ primi paris plus duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncis articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncis alte sinuatus, ad latera iterum manifesto sinuatus, angulis prioribus perbrevibus, acutiusculis; latera annuli manifesto constricta, flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum brevius, posteriorum latius rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula, latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim latitudine decrescentia, post manifesto dilatata, brevius vel latius rotundata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia.

Pedes longitudine subæquales, vel per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulae longæ vel perlongæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum manifesta, at leviter expressa.

Cauda minus profunde immersa, angulis posticis annuli primi subliberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim paulum sinuatis atque divergentibus: obscure bisulcata, manifesto longior quam latior (8:7), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, ad latera in lobum fere evanidum productus; annuli quinti subrectus, vel perlate curvatus, obscure flexuosus. Anguli postici

annulorum quattuor priorum prominuli, obtusati, per paria sensim acutiores; annuli quinti prominuli, rotundate obtusati.

*Annulus analis* breviter lingulatus, ad basin manifesto impressus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, fere sesqui latior quam longior (11: 7), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (4: 5). Pedes anales quam annulus analis sesqui breviores; remus interior quam exterior paulo brevior et vix latior, angustatus, acutiusculus; remus exterior angustatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 18, 5—20 m. m.

Long. virginis 8, 5—15, 5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, obscuris, sparsis ornatus; annulus analis praeter basin dilutus, immaculatus.

Quinque exempla (typica cel. Martensii), in flumine Brasiliæ ad Porto Alegre, Rio grande do Sul, in branchiis Geophagi sp. capta, nunc in Museo Berolinensi asservantur; quattuor exempla e Brasilia, alicubi, Museo Vindobonensi missa sunt.

## 2. *Telotha lunaris* n.

### Femina ovigera.

Tab. X. (Cym. XXVIII.) Fig. 13—14.

Subovalis, sinistrorsa, convexa, annulis trunci manifesto in transversum impressis, lateribus annulorum posteriorum trunci præterea callose marginatis, duplo longior quam latior.

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci ter angustius, multo latius quam longius (5: 4), minus profunde immersum, fronte procumbente, breviter rotundata.

Oculi manifesti, parvi, subrhomboidales.

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris filiformes, quam antennæ primi paris duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis prioribus brevissimis, acutiusculis; latera annuli vix constricta, late rotundata.

Anguli postici annulorum priorum trunci brevius, posteriorum latius rotundati.

Epimera subpendula, longiuscula, angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum decrescentia, post manifesto dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes longitudine subæquales vel per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum manifesta, at leviter expressa.

Cauda paulum vel vix immersa, angulis posticis annuli primi liberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim rectis, subparallelis: obscure bisulcata, multo longior quam latior (4:3), quam truncus cum capite plus duplo brevior (5:11). Annulus primus maximam partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes; annulus quintus quam annulus quartus sesqui longior. Margo posticus annulorum quattuor priorum late sinuatus, ad latera in lobum fere evanidum productus. Anguli postici annulorum quattuor priorum prominuli, acutiusculi; annuli quinti subrecti.

Annulus analis sublingulatus, ad basin obscure impressus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, vix duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis

paulo brevior (9:10). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (9:10); remus interior quam exterior multo brevior et vix latior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior angustatus, obtusiusculus.

Long. 28 m. m.

Color cereus, maculis minutis, obscuris, sparsis notatus, plaga media caudæ atque annuli analis diluta, immaculata.

. Pullus stadii primi.

Tab. X. (Cym. XXVIII.) Fig. 15.

Producte subovata, bis vel ter longior quam latior (fere 2:5), laeviuscula.

Caput permagnum, ante late rotundatum, quam annulus quartus trunci vix duplo angustius (fere 17:9), multo latius quam longius (fere 5:4), subliberum, fronte procumbente, antennas ad basin obtegente.

Oculi mediocres, subovales, laeviusculi, plus dimidia parte latitudinis capitis distantes (fere 5:9).

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, marginem posticum capitis vix superantes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, longiusculæ, annulum primum trunci paulum superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci altius sinuatus.

Anguli postici annularum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera involuta, angustiuscula, post paulum vel vix dilatata, late rotundata. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ longiusculæ, crassæ, incurvæ, inernes, obscure bipartitæ, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, procul duplo longior quam latior (20:11), quam truncus cum capite multo brevior (4:5). Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix ter longior; annulus primus quam annulus secundus manifesto, quam annulus tertius, quartus, quintus fere duplo longior; an-

nulus tertius, quartus, quintus sensim longitudine paullum decrescentes. Latera annuli primi obtuse rotundata, annuli secundi, tertii, quarti, quinti in angulum obtusum producta.

Annulus analis subtrigonous, lateribus flexuosis, manifesto latior quam longior (10:9), annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto brevior (9:10). Pedes anales quam annulus analis sesqui breviores; remus interior quam exterior paulo brevior et vix latior, in obliquum rotundate truncatus, verrucis paucis minimis armatus; remus exterior post late rotundatus, verrucis paucis minimis armatus.

Long. 2,25 m. m.

Color albidus, limbo corporis, margine postico capitis annulorumque trunci, margine antico annuli analis maculis magnis, racemosis, nigris, densis ornatus; oculi nigri.

Specimen, in cavitate branchiali Sternarchi Brasiliensis Rht. a cel. Reinhardt in Rio das Velhas, Brasiliae, capti inventum, in Museo Hauniensi asservatur.

*I. B. a. 2. Cauda subcylindrica.*

ENISPA n.

*Corpus subconicum, convexum, ante convexiusculum. Annulus primus trunci quam secundus manifesto longior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus, sextus sensim longitudine crescentes; annulus septimus quam sextus plus sesqui brevior.*

*Caput parvum, profunde immersum.*

*Oculi obscure definiti, mediocres vel magni.*

*Antennae primi paris teretiusculæ, tenuiusculæ, quam caput multo breviores; 7-articulatae.*

*Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores et nonnihil longiores; 10-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci plus minusre manifesto trisinuatus, angulis rix prominulis.*

*Epinera priora breviuscula atque latiuscula; posteriora longiuscula atque angustiuscula vel angusta.*

*Pedes breviusculi, per paria sensim longitudine crescentes. Unghæ longæ vel perlongæ, leviter curvalæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa (mari altior).*

*Cauda minus profunde immersa. Latera annulorum quinque priorum integra, in angulum rotundatum vel rotundate obtusatum producta. Annulus analis sublingulatus, fornicatus.*

*Mas a femina differt:*

*statura inferiore;*

*forma magis convexa;*

*processibus stiliformibus pedum branchialium secundi paris manifestis.*

### 1. *Enispa irregularis.*

*Cymothoa irregularis* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 34. t. II. f. 11.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XI. (Cym. XXIX.) Fig. 1—2.

Producte subovata, convexiuscula, post plus minusve convexa, leviter contorta, fere duplo longior quam latior.

Caput parvum vel minimum, subrhomboideum, quam annulus quartus trunci fere ter angustius, multo latius quam longius (5:4 vel 6:5), profunde immersum, fronte declivi, latissime rotundata vel in angulum perobtusum producta.

Oculi obscure definiti, mediocres vel magni, rotundati.

Antennæ primi paris teretiusculæ, tenuiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris fere explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto fere attingentes; 10-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus vel angulate incisus, ad latera alte sinuatus, angulis vix prominulis, breviter rotundatis; latera annuli constricta, late rotundata.

Anguli postici annularum trunci paulum prominuli, per paria sensim paulo magis producti breviusque rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi brevia, lata, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris secundi breviuscula, latiuscula, post valde dilatata, in obliquum latissime rotundata; paris tertii, quarti, quinti, sexti longiuscula vel longa, angusta, post dilatata vel geniculata, brevius rotundata. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio parvo, per paria sensim longitudine paulum crescente, non attingentia; paris quarti et quinti angulum annuli spatio magno vel majusculo non attingentia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores, per paria sensim longitudine manifesto crescentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ, leviter curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum manifesta, minus alta, per paria sensim altitudine manifesto crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico latissime rotundato vel subrecto.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi liberis, annularum quinque priorum conjunctim subrectis, paulum convergentibus: convexa, obscure bisulcata, multo longior quam latior (4:3), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus minorem partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annularum quattuor priorum latissime sinuatus, ad latera in lobum obtusissimum productus; annuli quinti manifesto trisinuatus, sinu medio in lobum perobtusum pro-

ducto. Anguli postici annuli primi prominuli, breviter rotundati; annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, rotundate obtusati, longitudine subæquales.

*Annulus analis* sublingulatus, fornicatus, ad basin impressus atque punctulatus, quam annulus quintus caudalis paulo latior, paulo latior quam longior (10: 9), annulis ceteris caudalibus conjunctis paulo longior (9: 8). Pedes anales quam annulus analis sesqui breviores; remus interior quam exterior paulo longior et multo latior, sublaminatus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. feminæ ovigeræ 20—24 m. m.

Long. virginis 22 m. m.

Color cereus, plus minusve, præsertim in cauda, præter marginem posticum annuli analis dilutum obscuratus.

#### Mas adolescens.

Tab. XI. (Cym. XXIX.) Fig. 3—4.

Producte obovata, leviter contorta, convexiuscula, bis vel ter longior quam latior (fere 5: 2).

Caput mediocre vel magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci plus duplo angustius (fere 4: 9), manifesto latius quam longius (fere 8: 7), minus profunde immersum, fronte ante procumbente, breviter rotundata.

Oculi manifesti, magui, rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto paulum superantes, articulum nonum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, ad latera manifesto sinuatus, angulis productis, declivibus, angustatis, acutiusculis; latera annuli vix constricta, subrecta.

Anguli postici annularum priorum trunci brevius, posteriorum latissime rotundati.

Epimera subpendula; terna priora breviuscula, latiuscula, per paria sensim longitudine atque latitudine decrescentia, post valde dilatata, latissime vel late rotundata; terna posteriora longiuscula, angustiuscula, post angulate dilatata, in obliquum late rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo, per paria sensim longitudine paulum decrescente, non attingentia.

Pedes per paria sensim longitudine crescentes. Ungulæ longæ vel perlóngæ, crassiusculæ, leviter curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico latissime rotundato vel subrecto.

Cauda paulum immersa, lateribus annuli primi pro parte obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto divergentibus: convexiuscula, multo longior quam latior (6:5), quam truncus cum capite plus duplo brevior. Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annularum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti subrectus. Anguli superiores annularum quinque priorum paulum prominuli, rotundate obtusati. Anguli inferiores annularum quinque priorum producti, angustati, acutiusculi, per paria sensim longitudine decrescentes.

Annulus analis breviter lingulatus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, latior quam longior plus sesqui, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales annulum analem longitudine æquantes; remus interior quam exterior manifesto brevior et vix latior, subfalcatus; remus exterior subfalcatus.

Long. 8,5 m. m.

Color cereus; oculi nigri.

Processus peniformes minuti; processus stiliformes pedum branchialium secundi paris incerti.

Mare Indicum habitat hæc species, cujus quinque exempla investigavimus, nempe: ad Singapore, in ore Psettodis Erumei Schn. (Mus. Vindobon. — femina et mas); ad Bangkok (Bocourt, Mus. Paris.); in India orientali, alicubi (Bleeker, Mus. Lugdun. Batav. — Specimen typicum?).

*I. B. b. 2. Corpus convexiusculum vel ferme planiusculum.*  
*1. Cauda ad basin constricta.*

### ICHTHYOXENUS.

*Ichthyoxenus* Herklots, Arch. Néerland. V. p. 128.

*Corpus subovatum vel subrotundatum, convexiusculum vel ferme planiusculum. Annulus primus trunci quam annulus secundus fere sesqui longior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus, sextus longitudine subæquales; annulus septimus quam annulus sextus sesqui vel plus sesqui brevior.*

*Caput minimum, plus minusre profunde immersum.*

*Oculi manifesti, parvi.*

*Antennæ primi paris compressiusculæ, quam caput multo breviores; 7-articulatae.*

*Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo longiores, aut tenuiores, aut crassiores; 8-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci alte vel peralte sinuatus, angulis perminutis.*

*Epinera bina priora aut breviuscula, latiuscula, aut longiuscula, angustiuscula; quaterna priora longiuscula, angustiuscula vel angusta.*

*Pedes compressiusculi; paris ultimi ceteris paulo longiores. Ungulæ breves, crussiuscula, attenuatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.*

*Cauda profunde vel peralte immersa. Latera annuli secundi, tertii, quarti, quinti in angulos binos producta, quorum inferior obscurius expressus.*  
*Annulus analis lingulatus.*

*Mas a femina differt:*  
*statura multo inferiore;*  
*forma magis producta;*  
*processibus stiliformibus pedum branchialium paris secundi*  
*quam lamella plus minusre brevioribus.*

*Pullus stadii secundi (stadium primum latet):*  
*Oculi magni, subovales.*  
*Antennæ primi paris breves vel breviusculæ, teretiæ; 8-articulatæ.*  
*Antennæ secundi paris breviusculæ, teretiæ; 9-articulatæ.*  
*Annulus analis sublingulatus. Remus interior pedum analium*  
*quam exterior vix longior.*

### 1. *Ichthyoxenus Jellinghausii.*

*Ichthyoxenus Jellinghausii* Herklots, Arch. Néerland. V.  
 p. 128. t. V. f. 10—18.

Femina ovigera.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 5—6.

Subovatus, convexiusculus, contortus, sesqui longior quam latior. Caput minimum, subpentagonum, quam annulus quartus truncifere quater angustius, sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte in angulum obtusum producta. Oculi manifesti, parvi, subovales.

Antennæ primi paris tenues, oculum vix expletentes, articulum quintum vel sextum antennarum secundi paris fere expletentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, attenuatæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores, oculum articulo ultimo vel binis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, ad latera plus minusve manifesto incisus, angulis perparvis, pro-pendentibus, acutiusculis; latera annuli constricta, late rotundata vel flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci priorum prominuli, breviter rotundati, posteriorum prominuli, late rotundati.

Epinera subpendula vel subincurva, longiuscula; bina priora angustiuscula, post paulum dilatata, rotundata obtusata; quaterna posteriora angustiuscula vel angusta, post valde vel etiam in triangulum dilatata, breviter rotundata. Epinera quina priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli sere expletia vel spatio parvo superantia.

Pedes compressiusculi; parium sex priorum longitudine sub-æquales; paris ultimi ceteris manifesto longiores. Un-gulæ breves, crassiusculæ, attenuatæ, paulum curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus expressa, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim sub-rectis, subparallelis: convexiuscula, vix sesqui lon-gior quam latior (10: 7), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus post sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti latissime sinuatus; annuli quinti latissime sinuatus vel obscure trisinuatus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, bre-viter rotundati. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti paulum prominuli, rotundati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin manifesto impressus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, paulo brevior quam longior (8:9), annulis ceteris caudalibus conjunctis vix sesqui longior (7:10). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (8:7); remus interior quam exterior vix longior nec latior, angustatus, acutiusculus; remus exterior angustatus, acutiusculus.

Long. 16—18,5 m. m.

Color cereus, maculis perminutis, nigris, remote dispersis, in lineas transversas digestis ornatus.

### Mas adultus.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 7—8.

Subovatus, paulum contortus, fere planiusculus, obscure rugulosus, vix duplo longior quam latior.

Caput parvum vel minimum, subrhomboideum, quam annulus quartus trunci ter angustius, paulo latius quam longius (8:7), profunde immersum, fronte in angulum rotundate obtusatum producta.

Oculi manifesti, parvi, subovales.

Antennæ primi paris tenues, angulum priorem annuli primi trunci attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, attenuatæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis perminutis, propendentibus, acutiusculis; latera annuli constricta, flexuosa vel in angulum medium producta.

Anguli postici annulorum trunci priorum brevius, posteriorum latius rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva; bina priora brevia, lata, subtriangula, post in obliquum rotundate truncata; qua-

terna posteriora breviuscula, angustiuscula, post manifesto dilatata, brevius rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli spatio parvo, per paria longitudine decrescente, non attingentia.

Pedes compressiusculi; parium sex priorum longitudine subæquales; paris ultimi ceteris manifesto longiores. Ungulæ breves, crassiusculæ, attenuatæ, paulum curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum paulum expressa, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore evanido, margine postico latissime rotundato.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti conjunctim rectis, parallelis: convexiuscula, vix sesqui longior quam latior (10: 7), quam truncus cum capite valde brevior (8: 11). Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus fere duplo breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti, quinti latissime sinuatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, breviter rotundati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin profunde impressus, manifesto punctatus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, paulo latior quam longior (10: 9), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores (fere 5: 6); remus interior quam exterior vix longior nec latior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior angustatus, obtusiusculus.

Long. 9,5 m. m.

Color cereus, maculis minutis, nigris, remote dispersis, in series transversas digestis notatus.

Processus peniformes producti; processus stiliformes pedum branchialium secundi paris breves, dimidiam partem lamellarum paulum superantes.

## Pullus stadii secundi.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 9.

Producte subovatus, convexiusculus, vix ter longior quam latior, læviusculus.

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci fere sesqui angustius, vix sesqui latius quam longius (fere 11:8), minus profunde immersum, fronte incurva, in angulum breviter rotundatum producta.

Oculi magni, subovales, plus tertia parte latitudinis capitibus distantes.

Antennæ primi paris teretiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo ultimo superantes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subincurva vel subpendula, breviuscula; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum latissime rotundata; terna posteriora angustiuscula vel angusta, post paulum dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, inermes, longitudine subæquales.

Cauda libera, plns sesqui longior quam latior (fere 9:4), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci manifesto brevior; annuli quinque priores post sensim longitudine paulum crescentes, vel annulus quintus annulis ceteris manifesto longior. Latera annulorum quinque priorum sensim brevius rotundata.

Annulus analis sublingulatus, ad basin profunde impressus, paulo latior quam longior (11:10), annulis ceteris caudibus conjunctis vix longior. Pedes anales quam an-

nulus analis vix longiores; remus interior quam exterior vix longior et manifesto angustior, sublaminatus, setis senis denis ciliatis armatus; remus exterior setis ternis denis ciliatis armatus.

Long. 3,5 m. m.

Color albidus, maculis magnis, racemosis, in series transversas digestis, nigris pictus; oculi nigri.

Quattuor exempla typica hujus speciei, tres feminas atque unum marem, investigavimus (Iava, Mus. Lugdun. Batav.). Secundum Herklots, l. c. p. 133 sqq., in ventre Puntii (Barbodis) maculati Blkr. pone pinnas ventrales foveam profundam, in qua femina cum mare degat, excavat. Piscis in flumine Tjikerang, regionis Tjilokotot, regni Bandong invenitur.

## 2. *Ichthyoxemus montanus* n.

Femina ovigera, typica.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 10—11.

Subovatus, leviter sinistrorsus, convexiusculus, plus sesqui longior quam latior (fere 5:3).

Caput pnsillum, subtrigonum, quam annulus quartus truncus quater angustius, vix sesqui latius quam longius (10:7), minus profunde immersum, fronte propendente, breviter rotundata.

Oculi manifesti, magni, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, attenuatæ, oculum diuidium paulum superantes, articulum quartum antennarum secundi paris fere explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, paulum attenuatæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci fere attingentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinnatus, angulis perminutis, propendentibus, acutiusculis; latera annuli non constricta, subrecta vel obscure flexuosa.

Anguli postici annorum priorum trunci prominuli, breviter rotundati, posteriorum vix prominuli, late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi breviuscula, angustiuscula, post manifesto dilatata, in obliquum latissime rotundata; paris secundi et tertii longiuscula, angustiuscula, post manifesto dilatata, breviter rotundata; paris quarti, quinti, sexti longiuscula, angusta, post valde dilatata, breviter rotundata. Epimera quina priora angulum annuli spatio magno vel permagno, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli fere expletia.

Pedes compressiusculi; parium sex priorum longitudine subæquales; paris ultimi ceteris manifesto longiores. Unkulæ breves, crassiusculæ, attenuatæ, paulum curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus expressa, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi omnino obtectis, annuli secundi maximam partem obtectis, annuli tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, subparallelis: convexiuscula, multo longior quam latior (9: 7), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 5: 3). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine manifesto crescentes. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti late sinuatus vel obscure bisinuatus; annuli quinti latissime sinuatus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti quinti prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti paulum prominuli, rotundati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin profunde impressus, manifesto punctatus vel subscrobiculatus, manifesto carinatus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, multo

latior quam longior (6:5), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus sesqui longior (fere 5:3). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (4:3); remus interior quam exterior manifesto vel paulo brevior et manifesto latior, angustatus, acutiusculus; remus exterior subfalcatus, acutiusculus.

Long. 16,5 m. m.

Color cereus, maculis minutis, nigris, in series transversas digestis, remote dispersis notatus; oculi nigri.

Femina ovigera, varians.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 12—13.

Subovatus vel subrotundatus, valde dextrorsus, ferme planiusculus, vix sesqui longior quam latior (10:7).

Caput quam annulus quartus trunci quater angustius, multo latius quam longius (4:3).

Cauda profundissime immersa, lateribus annulorum duorum priorum omnino obtectis, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (5:6). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores.

Annulus analis paulo latior quam longior (fere 10:9), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior.

Long. 11,5 m. m.

Mas adultus.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 14—15.

Subovatus vel producte subovatus, vix contortus, convexiusculus, duplo longior quam latior.

Caput minutum, subtrigonum vel subrhomboidale, quam annulus quartus trunci ter vel quater angustius (fere 3:11), XIV.

multo latius quam longius (6:5), minus profunde immersum, fronte incurva, in angulum obtusum producta.

Oculi manifesti, magni, subpentagoni.

Antennæ primi paris teretiusculæ, paulum attenuatæ, oculum articulo ultimo superantes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, paulum attenuatæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte vel angulate sinuatus, angulis perminutis, propendentibus, acutiusculis; latera annuli non constricta, subrecta.

Anguli postici annularum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula; bina priora latiuscula, post valde dilatata, late rotundata; quaterna posteriora angusta, post valde dilatata, breviter rotunda vel rotundate obtusata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia.

Pedes compressiusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, attenuatæ, minus curvatæ, longitudine subæquales. Carina pedum pairum quattuor posteriorum levius expressa, per paria sensim longitudine vix crescens, angulo exteriore evanido, margine postico brevius rotundato.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti paulum curvatis, vix divergentibus: convexiuscula, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (7:9). Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores. Margo posticus annularum quinque priorum late vel latissime sinuatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, rotundate obtusati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin impressus, manifesto latior quam longior (10:9), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis multo breviores; remus interior quam exterior manifesto brevior atque latior, angustatus, acutiusculus; remus exterior subfalcatus, acutiusculus.

Long. 7—9 m. m.

Color cereus vel albidus, maculis perminutis, nigris, in series transversas dispositis, remote dispersis notatus; oculi nigri.

Processus peniformes producti; processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellas longitudine vix expletentes; lamella interior paris primi angusta, planata, quam lamella exterior multo brevior.

### Mas junior.

Tab. XI. (Cym. XXIX). Fig. 16—17.

Subovatus, leviter dextrorsus, convexiusculus, plus duplo longior quam latior (fere 11:5).

Caput magnum vel mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus trunci plus duplo angustius (4:9), multo latius quam longius (4:3), paulum vel vix immersum, fronte ante incurva, late rotundata.

Oculi manifesti, magni vel permagni, subovales.

Antennæ primi paris teretiusculæ, leviter attenuatæ, dimidiam partem lateris annuli primi trunci fere expletentes, articulum septimum antennarum secundi paris vix expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris multo tenuiores, latus annuli primi trunci vix expletentes; 8-articulatæ.

Margo posticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis paulum prominulis, acutiusculis; latera annuli non constricta, latissime rotundata.

Anguli postici annorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula vel brevia; bina priora lata, post valde dilatata, in obliquum perlate rotundata; quaterna posteriora angusta vel angustiuscula, post valde dilatata, breviter rotundata. Epimera quina priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim longitudine crescente, non attingentia; posteriora angulum annuli spatio minore non attingentia.

Pedes compressiusculi; parium sex priorum longitudine subæquales, vel per paria sensim paulum crescentes. Ungulæ longiusculæ, tenuiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum paulum vel vix expressa.

Cauda manifesto immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, subparallelis: convexiuscula, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, vel sensim paulum crescentes, quam annulus quintus malto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti, quinti perlate sinatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, breviter rotundati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin profunde impressus, manifesto carinatus, crasse punctatus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, multo latior quam longior (fere 5: 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis vix sesqui longior (10: 7). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (?— remus exterior pedis utriusque caducus vel truncatus); remus interior quam exterior brevior (?) et valde latior, attenuatus, acutiusculus; remus exterior caducus.

Long. 5,8 m. m.

Color rubicundus, maculis minutis, nigris, in series transversas digestis sparsus, annulis caudalibus prioribus dilutior, annulo anali ad apicem albidus; oculi nigri.

Duo paria, quorum alteri mas junior associatus est, in Museo Cantabrig. Mass. asservantur. Par utrumque e montibus Himalayensibus redactum est, et e cavitate abdominali [?] Puntii Sophores depromptum esse dicitur.

Forma feminæ variantis s. aberrantis (Fig. 12—13) a typica tot characteribus diversa est, ut valde hæsitaverimus, utrum species distincta haberetur, necne. At mares adulti inter se comparati nullum discrimen præbent, atque quum patria tum hospes utriusque pari eadem sunt. Quibus de causis species duas novas proponere non ausi sumus; verumtamen feminam utramque delineare, atque utriusque diagnosin quodammodo distinctam promulgare utile judicatum est.

*I. B. b. 2. Cauda obconica.*

CATOESSA n.

*Corpus subovale, valde contortum, convexiusculum. Annulus primus trunci quam secundus manifesto longior; annuli sex posteriores longitudine subæquales, annulo quarto tamen quam annulis ceteris paulo longiore, annuloque ultimo quam ceteris paulo breviore.*

*Caput mediocre, profunde immersum.*

*Oculi minus manifesti, mediocres.*

*Antennæ primi paris teretiusculæ, quam caput multo breviores; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores et nonnihil longiores; 11-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis brevibus.*

*Epimera breriuscula, angustiuscula.*

*Pedes compressiusculi, breviusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulae breviusculæ, minus curvatæ,*

*pedum parium priorum ceteris paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum vix expressa.*

*Cauda profunde immersa. Latera annularum quinque priorum integra, in angulum acutum longe producta.*

*Annulus analis transversus.*

*Mas atque larva latent.*

### 1. *Catoessa scabricauda n.*

*Femina ovigera, in evol.*

Tab. XII. (Cym. XXX). Fig. 1—2.

Subovalis, valde contorta, convexiuscula, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subpentagonum, quam annulus quartus truncii vix quater angustius (4: 15), multo latius quam longius (5: 4), profunde immersum, fronte ante propendente, in angulum acutum producta.

Oculi minus manifesti, mediocres, subpentagoni.

Antennæ primi paris teretiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii vix attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo sexto paulum superantes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii late sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli paulum constricta, late rotundata.

Anguli postici annularum priorum truncii prominuli, breviter rotundati, posteriorum latissime rotundati.

Epimera subpendula vel declivia, breviuscula, angustiuscula, post paulum dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia.

Pedes compressiusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, minus curvatæ, pedum parium priorum ceteris paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum vix expressa; articulus pœnultimus in latere interiore in sulcum profundum excavatus.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim paulum curvatis, manifesto convergentibus: convexiuscula, obscure bisulcata, æque longa ac lata, quam truncus cum capite vix duplo brevior (6: 11). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latisime sinuatus, annuli quinti subrectus. Anguli postici annulorum quinque priorum producti, integri, acuti.

Annulus analis transversus, margine postico rotundato, ad basin leviter impressus, obscure carinatus, manifesto scrobiculatus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, vix sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis plus sesqui breviores (5: 8); remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, sublaminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 15 m. m.

Color cereus, maculis parvis, racemosis, in series transversas digestis sparsus; oculi nigri.

Specimen ad insulam Adenarem, archipel. Malaic., captum, sub nomine »Cymothoë scabrichaudæ« nobis a Museo Berolinensi investigandum traditum est.

- II. Antennæ primi paris angustius distantes (non dilatatae).*  
*A. Annulus analis annulis ceteris caudalibus conjunctis  
 multo brevior.*

CINUSA n.

*Corpus subovale, minus convexum. Annulus primus trunci quam secundus fere sesqui longior; annuli sex posteriores ante et post longitudine decrescentes, annulo quarto omnium longe amplissimo.*

*Caput parvum, profunde immersum.*

*Oculi manifesti, parvi.*

*Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, quam caput manifesto breviores; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores et nonnihil longiores; 10-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis breviusculis.*

*Epimera media longa, priora et postica breviuscula vel brevia, latiuscula vel angustiuscula.*

*Pedes compressiusculi, breviusculi, per paria sensim longitudine crescentes. Ungulæ longiusculæ, minus curvatae, longitudine subaequales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta.*

*Cauda profunde immersa. Latera annulorum quinque priorum integra, in angulum obtusiusculum producta.*

*Annulus analis lingulatus, abrupte declivis.*

*Mas a femina differt:*

*statura inferiore;*

*forma magis producta atque convexa;*

*processibus stiliformibus pedum branchialium secundi paris productis.*

*Pullus stadii secundi:*

*Statura magna.*

*Oculi magni, subpentagoni.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris longiusculæ, teretiusculæ; 10-articulatæ.*

*Annulus analis lingulatus. Remus interior pedum analium quam exterior multo brevior.*

### 1. *Cinusa Tetrodontis n.*

*Femina ovigera.*

Tab. XII. (Cym. XXX). Fig. 3—4.

*Subovalis, multum contorta, convexa vel convexiuscula, fere sesqui vel vix duplo longior quam latior (10: 7 vel 8: 5).*

*Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus truncī quater angustius, vix sesqui latius quam longius (fere 10: 7), profunde immersum, fronte in angulum acutiusculum producta.*

*Oculi manifesti, parvi, subovales.*

*Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncī fere attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, crassiusculæ, quam antennæ primi paris paulo angustiores, angulum priorem annuli primi truncī articulo quinto attingentes; 10-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi truncī late sinuatus, ad latera obscure sinuatus, angulis breviusculis, incurvis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli paulum vel vix constricta, late rotundata.*

*Anguli postici annularum mediorum truncī latius, ante et post sensim brevius rotundati.*

*Epimera subpendula vel subincurva; paris primi brevia, latiuscula, post angustata vel vix dilatata, in obliquum rotun-*

date truncata; paris secundi breviuscula, latiuscula, post vix dilatata, in obliquum latissime rotundata; paris tertii, quarti, quinti longa, angusta vel angustiuscula, per paria sensim latitudine paulum crescentia, post vix dilatata, rotundate obtusata; paris sexti breviuscula, latiuscula, post paulum dilatata, late rotundata. Epimera paris primi, secundi, tertii, quarti angulum annuli spatio magno vel majuscule, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia; paris quinti angulum annuli fere expletia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes compressiusculi; parium trium priorum ceteris manifesto breviores, per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longiusculæ, tenuiusculæ, minus curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore rectangulate rotundato, margine postico subrecto vel latissime rotundato.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim curvatis, valde divergentibus: planiuscula, multo longior quam latior (6:5), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 3:5). Annulus primus partem majorem vel minorem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum alte vel altissime, sensim tamen latius, sinuatus; annuli quinti subrectus, obscure flexuosus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, integri, obtusati.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin impressus atque obscure foveolatus, plus minusve abrupte declivis, quam annulus quintus caudalis multo angustior, multo latior quam longior (5:4), annulis ceteris caudalibus conjunctis valde brevior (7:10). Pedes anales quam annulus analis fere duplo breviores; remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, angustatus, obtusus; remus exterior sublaminatus vel subfalcatus.

Long. 18—26 m. m.

Color cereus, plus minusve obscuratus, parte majore terminali annuli analis atque pedibus paris ultimi dilutis, immaculatis.

Mas adultus.

Tab. XII (Cym. XXX) Fig. 5—6.

Producte subobovata, multum contorta, convexa vel convexiuscula, plus duplo longior quam latior (fere 9: 4).

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (fere 2: 5), manifesto latius quam longius (fere 8: 7), minus profunde immersum, fronte ante incurva, rotundate obtusata.

Oculi obscure definiti, parvi, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto paulum superantes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris vix crassiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci plus minusve alte sinuatus, ad latera obscure sinuatus, angulis brevibus, incurvis, rotundate angustatis, acutiusculis; latera annuli non constricta, late rotundata vel obscure flexuosa.

Anguli postici annulorum sex priorum trunci fere evanidi, annuli ultimi prominuli, brevius rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi et secundi breviuscula, lata vel latiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii, quarti, quinti longiuscula, angustiuscula, post vix dilatata, latissime rotundata; paris sexti breviuscula, latiuscula, post manifesto dilatata, rotundate truncata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes subteretes; parium trium priorum ceteris manifesto breviores, per paria sensim longitudine paulum crescentes; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, minus curvatae, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore rectangulate rotundato, margine postico subrecto.

Cauda solito minus profunde immersa, lateribus annuli primi subliberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim curvatis, paulum convergentibus: convexiuscula, multo longior quam latior (13: 11), quam truncus cum capite vix duplo brevior (fere 5: 9). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus paulo vel manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum alte vel altissime, tamen sensim latius sinuatus; annuli quinti subrectus, obscure flexuosus. Anguli postici annuli primi rectangulate rotundati, annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, angusti, obtusiusculi.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basiu impressus, obscure foveolatus atque carinatus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, fere sesqui latior quam longior (10: 7), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis fere sesqui breviores; remus interior quam exterior manifesto brevior atque latior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 17—18 m. m.

Color cereus, plus minusve obscuratus, parte majore terminali annuli analis atque pedibus paris ultimi dilutis, iminaculatis.

Processus peniformes breves; processus stiliformes pedum branchialium secundi paris longitudinis lamellarum.

## Pullus stadii secundi.

Tab. XII. (Cym. XXX). Fig. 7.

Producte subovata, convexiuscula, bis vel ter longior quam latior (5:2), læviuscula.

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci vix duplo angustius, plus sesqui latius quam longius (5:3), vix immersum, fronte ante incurva, in angulum acutiusculum producta.

Oculi magni, subpentagoni, læviusculi, tertia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto dimidio attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris paulum superantes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, dimidiā partem lateris annuli secundi trunci explentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, latissime rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva; bina priora breviuscula, lata, post valde dilatata, in obliquum latissime rotundata; terna posteriora longiuscula, angustiuscula, post vix dilatata, leviter geniculata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores atque tenuiores, per paria sensim longitudine paulum crescentes; parium trium posteriorum per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ longiusculæ vel longæ, crassiusculæ, incurvæ, inermes, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci multo brevior (4:5); annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus

multo breviores (fere 4:5). Latera annularum quinque priorum in angulum per paria brevius rotundatum magisque prominulum producta.

*Annulus analis lingulatus*, ad basin profunde impressus, vix sesqui latior quam longior, annulos tres præcedentes conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis fere sesqui longiores; remus interior quam exterior multo brevior atque angustior, subovalis, setis ciliatis vicenis quinis ornatus.

Long. 6—6,5 m. m.

Color albidus, plus minusve obscuratus; caput, limbus truncii, pars basalis annuli analis cum lateribus pedum analium maculis magnis, racemosis, plus minusve distinctis præsertim obscurata, parte majore terminali annuli analis diluta, immaculata; oculi nigri.

In ore vel faucibus *Tetradontis Honckenii* Bl. sæpius femina cum mare capta est: ad Promontorium bonæ Spei (nauarch. Corneliusen, Mus. Haun.; Krebs, Mus. Berol.); in Simons Bay (Hansen, Thalbitzer, Mus. Haun.); »in India orientali« (coll. vet. Mus. Haun.); in Mari Pacifico (»Söderhafvet«, Salmin mercat., Mus. Holm.).

*II. B. Annulus analis annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior.*

### RHIOTHRA n.

*Corpus subovatum vel subparallelum, convexum. Annulus primus truncii annulum tertium longitudine æquans, quam annulus secundus et quartus paulo longior; annulus quintus et sextus longitudine subæquales, quam annulus quartus manifesto breviores, quam annulus septimus manifesto longiores.*

*Caput parvum, profunde immersum, fronte in angulum acutiusculum producta.*

*Oculi obscure definiti, parvi.*

*Antennae primi paris teretiusculæ, quam caput fere sesqui breviores; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores et multo longiores; 9-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis breribus.*

*Epimera breviuscula vel breria, priora latiuscula, posteriora angustiuscula.*

*Pedes per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulae breviusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta.*

*Cauda minus profunde immersa. Latera annuli secundi, tertii, quarti, quinti angulate incisa, angulo superiore et inferiore prominulis.*

*Annulus analis amplius, subtriangulus vel sublingulatus.*

*Mas a semina differt:*

*statura multo inferiore;*

*forma magis producta, minus convexa;*

*processibus stiliformibus pedum branchialium secundi paris manifestis, tenuissimis, hamatis.*

*Larra latet.*

### 1. *Rhothra Callipia n.*

*Femina ovigera.*

Tab. XII. (Cym. XXX). Fig. 8—9.

Producte subovata vel subparallela, multum contorta, convexa, annulis prioribus trunci rugulosis, in medio in transversum carinatis, plus duplo longior quam latior (9: 4).

Caput parvum, subtrigonum, in transversum profunde impressum, quam annulus quartus trunci ter vel quater angustius (25: 7), sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte declivi, in angulum acutiusculum producta.

Oculi obscure definiti, parvi.

Antennæ primi paris breves, teretiusculæ, attenuatæ, angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris vix explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, breviter rotundata, in lobum magnum, medium, incurvum producta.

Anguli postici annulorum priorum trunci late rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula, breviuscula vel brevia; bina priora latiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; quaterna posteriora angustiuscula, post paulum dilatata, breviter rotundata vel rotundate obtusata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio magno, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia.

Pedes per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico subrecto.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi liberis, annulorum quinque priorum manifesto curvatis, valde divergentibus: convexiuscula, in medio convexa, æque longa ac lata, quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus majorem partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus duplo breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus; annuli quinti subrectus, leviter flexuosus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, rectangulate rotundati.

Annulus analis subtriangulus vel sublingulatus, ad basin impressus, manifesto rugulosus, vix sesqui latior quam longior (fere 7: 10), annulis ceteris caudalibus conjunctis plus duplo longior (9: 4). Pedes anales quam annulus analis plus duplo breviores (4: 9); remus interior quam exterior paulo brevior atque angustior, laminatus; remus exterior perbrevis, subovalis.

Long. 34 m. m.

Color flavus.

### Virgo adolescens.

Tab. XII. (Cym. XXX). Fig. 10—11.

Subparallela, paulum contorta atque convexiuscula, bis vel ter longior quam latior (12: 5).

Caput parvum, subtrigonum, in transversum leviter impressum, quam annulus quartus trunci ter angustius, vix sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte declivi, in angulum acutiusculum producta.

Oculi manifesti, parvi, subovales vel rotundati.

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci fere attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris expletos; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris vix tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli non constricta, subrecta.

Anguli postici annulorum priorum trunci latissime rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula, breviuscula vel brevia; bina priora latiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; quaterna posteriora angustiuscula, post paulum dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio majore

vel minore, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia.

Pedes per paria sensim longitudine paulum crescentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico subrecto vel latissime rotundato.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi liberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto divergentibus: convexiuscula, in medio magis convexa, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite vix sesqui brevior (7:10). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti latissime sinuatus vel obscure bisinuatus, annuli quinti subrectus vel in lobum medium brevissimum productus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, acutiusculi.

Annulus analis triangulus, ad basin manifesto impressus, obscure scrobiculatus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, fere æque longus ac latus, annulis ceteris caudibus conjunctis duplo vel plus sesqui longior (2:1 vel 5:3). Pedes anales quam annulus analis fere sesqui breviores; remus interior quam exterior paulo longior et multo angustior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior sublaminatus.

Long. 13,5—18,5 m. m.

Color flavus, maculis perminutis, obscuris sparsus; oculi nigri.

## Mas adolescens.

Tab. XII. (Cym. XXX). Fig. 12—13.

Producte subovata, convexiuscula, bis vel ter longior quam latior (5:2).

Caput magnum, subtrigonum, in medio obscure impressum, quam annulus quartus truncī plus duplo angustius (5:11), vix sesqui latius quam longius, minus profunde immersum, fronte declivi, in angulum obtusiusculum producta. Oculi manifesti, mediocres, subrhomboidales vel rotundati.

Antennæ primi paris teretiusculæ, angulum priorem annuli primi truncī articulo quarto attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, longæ, quam antennæ primi paris vix tenuiores, dimidiā partem epimeri primi paris explentes; 12-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī late vel latissime sinuatus, angulis brevibus, angustatis, acutiusculis; latera annuli non constricta, late rotundata.

Anguli postici annularum priorum truncī latissime rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula, breviuscula vel brevia; bina priora latinscula vel lata, post valde dilatata, breviter rotundata; quaterna posteriora angustiuscula, post paulum dilatata, rotundate obtusata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longiusculæ vel longæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore rotundato, margine postico late rotundato.

Cauda paulum immersa, lateribus annuli primi subliberis, annularum quinque priorum conjunctim leviter curvatis, manifesto divergentibus: convexiuscula, vix sesqui longior quam latior (7:10), quam truncus cum capite sesqui brevior. Annulus primus majorem partem obtectus; annu-

lus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine crescentes. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus; annuli quinti in lobum medium brevem productus. Anguli superiores annulorum quinque priorum vix prominuli, breviter rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum prominuli, acutiusculi.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin leviter impressus, obscure scrobiculatus vel sublævis, quam annulus quintus caudalis vix angustior, multo latior quam longior (4:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (fere 4:3). Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores (7:8); remus interior quam exterior paulo brevior et manifesto angustior, producte laminatus; remus exterior sublaminatus vel subfalcatus.

Long. 10 m. m.

Color flavus, maculis perminutis, nigris sparsus; oculi nigri.

Processus peniformes breves; processus stiliformes pedum branchialium secundi paris tenuissimi, hamati, lamellas vix explentes.

Mare Indicum habitat: ad insulam St. Mauritii (nauarch. Andréa, Mus. Haun.); Paláos (cel. Semper, Mus. Goting.). Quattuor exempla vidimus.

*Tribus tertia: Livonecinae.*

*Antennæ sœpissime compressiusculæ, interdum, præsertim secundi paris, plus minusve teretes, nunquam dilatatae.*

*Antennæ primi paris sœpissime late distantes, rarissime approximatæ vel ferme contiguae.*

*Corpus sœpissime convexum vel convexiusculum.*

*Cauda trunco continua, sœpissime alte vel peralte immersa.*

*Corpus sœpissime convexum vel convexiusculum, rarius planiusculum (Elthusæ, Artystonæ, Urozeuctæ), rarius gibbosum (Agarnæ) vel compressum (Idusæ).*

*Oculi manifesti, soli Livonecæ Samoënsi evanidi, Liv. Raynaudii atque Liv. Redmanni plus minusve evanescentes, Elthusæ angulis annuli primi trunci obtecti; sœpissime mediocres, raro minimi (Elthusæ, Urozeuctæ, Liv. caudatae) aut magni (Liv. Indicæ et Liv. Californicæ).*

*Antennæ primi paris sœpissime compressiusculæ, raro subteretes (Idusæ) vel teretiusculæ (Cterissæ), breviusculæ vel breves; sœpissime 8-articulatae, raro 7-articulatae (Elthusæ, Urozeuctæ) vel 10-articulatae (Idusæ).*

*Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris sœpissime plus minusve longiores, rarissime iisdem breviores (Agarnæ); 8—13-articulatae.*

*Pedes sœpissime breves vel breviusculi, rarissime longiusculi (Artystonæ, Urozeuctæ), sœpissime longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes, rarissime parium trium priorum quam parium quattuor posteriorum manifesto breviores, interdum paris ultimi ceteris abrupte longiores (Artystonæ); sœpissime teretiusculi, interdum compressiusculi vel etiam dilataate compressi (Urozeuctæ).*

*Ungulæ sœpissime breviusculæ, incurvæ, longitudine subæquales, rarissime paris ultimi breves, cum articulo ultimo pedis teretiusculæ, vix attenuatae, rectæ (Artystonæ).*

*Carina pedum parium quattuor posteriorum sœpius minus alta, vel etiam evanescens, rarius alta (Cterissæ, speciebus pluribus Livonecæ) vel etiam peralta (Urozeuctæ).*

Cauda trunco continua, sæpiissime sensim plus minusve angustata, rarius lateribus subparallelis vel etiam paulum divergentibus (*Liv. caudatæ*); sæpiissime plus minusve immersa, raro sublibera (speciebus aliquot *Livonecæ*); annulus primus sæpe plus minusve obtectus; latera annuli primi vel priorum sæpe plus minusve obtecta, interdum annulorum omnium tota obtecta (*Urozeuctæ*). Annuli caudales sæpiissime liberi, raro coaliti (*Urozeuctæ*). Pedes anales sæpiissime breves vel brevissimi, quam annulus analis multo vel etiam bis terve breviores, raro annulum analem longitudine superantes (*Livonecæ Redmanni*, *Liv. Bosci*, *Ironæ Renardi*). Remi pedum analium sæpiissime breves vel brevissimi, sæpiissime longitudine subæquales, rarius interior quam exterior manifesto vel multo brevior, interdum paulo longior; remus exterior sæpiissime sublaminatus vel angustatus, interdum subfalcatus.

**Mas:** Remus interior pedum caudalium secundi paris processum longum, stiliformem vel filiformem emittens (mare generum *Agarnæ*, *Livonecæ*, *Ironæ* nobis solummodo cognito).

**Femina:** Remus interior pedum caudalium secundi paris inermis.

**Larva:** Majuscula vel mediocris (generibus *Idusæ*, *Elthusæ*, *Artystonæ* larva latet, generibus *Agarnæ*, *Cterissæ*, *Urozeuctæ* pullus stadii secundi latet).

Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris sæpius manifesto breviores, rarius modo paulo breviores, semper manifesto tenuiores. Antennæ primi paris sæpiissime 8-articulatæ, rarissime 7-articulatæ (*Urozeuctæ*). Antennæ secundi paris 8—11-articulatæ.

Pedes breviusculi vel longiusculi, longitudine subæquales vel per paria plus minusve crescentes. Ungulæ longiusculæ vel longæ, crassiusculæ (præsertim stadio primo) vel graciles, aut subæquales, inermes, aut parium trium priorum in dentes plures incisæ, parium trium posteriorum inermes.

Conspectus systematicus generum.

- I. Annuli caudales manifesto discreti.
- A. Pedes paris ultimi præcedentibus longitudine subæquales vel paulo longiores, unguis uncinatis.
- a. Truncus saltem pro parte gibbosus vel compressus.
1. Annuli posteriores trunci in latere altero deplanate dilatati.
1. Agarna.
2. Annuli posteriores trunci convexiusculi.
2. Idusa.
- b. Truncus totus convexiusculus.
1. Frons late vel breviter rotundata.
- α. Corpus planiusculum.
3. Elthusa.
- β. Corpus convexiusculum.
- × Cauda minus profunde immersa.
4. Livoneca.
- ×× Cauda peralte immersa.
5. Irona.
2. Frons in angulum acutiusculum producta.
6. Cterissa.
- B. Pedes paris ultimi præcedentibus abrupte longiores, producti, unguis subrectis.
7. Artystone.
- II. Annuli caudales coaliti vel concreti.
8. Urozeuctes.

I. *Annuli caudales manifesto discreti.*

- A. *Pedes paris ultimi praecedentibus longitudine subæquales vel paulo longiores, unguis uncinatis.*
  - a. *Truncus saltem pro parte gibbosus vel compressus.*
    1. *Annuli posteriores trunci in latere altero deplanate dilatati.*

AGARNA n.

*Corpus compresse gibbosum, trunco medio carinata compresso, latere altero annularum posteriorum deplanata dilatata; annuli tres priores trunci longitudine subæquales, quattuor posteriores longitudine sensim decrescentes.*

*Caput parvum, peralte immersum.*

*Oculi manifesti, parvi.*

*Antennæ primi paris anguste distantes, compressiusculæ, quam caput multo breviores; 8-articulatae.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo breviores; 10-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis vix prominulis, rotundatis.*

*Epimera terna priora breviuscula vel longiuscula, latiuscula vel angustiuscula, per paria sensim longitudine crescentia, latitudine decrescentia, utriusque lateris inter se subsimilia; terna posteriora breviuscula vel brevia aut perbrevia, angustiuscula vel lata aut perlata, per paria sensim, præsertim lateris alterius, longitudine decrescentia, latitudine valde crescentia; angulum annuli spatio magno vel permagno non attingentia.*

*Pedes breviusculi, compressiusculi, articulo ultimo plus minusve inflato, longitudine subæquales. Ungulae breviusculæ, tenuiusculæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, margine postico rotundata truncata.*

*Cauda profunde immersa.*

*Annulus analis subtriangulus.*

*Mas a femina differt:*

*statura inferiore;*

*corpore multo minus contorto, convexiusculo.*

*Pullus stadii primi:*

*Oculi magni, subovales.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ vel compresse; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto longiores; 11-articulatæ.*

*Pedes breviusculi, posteriores quam priores manifesto longiores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, inermes, inter se subæquales.*

*Annulus analis lingulatus. Remi pedum analium breves, longitudine subæquales.*

### 1 *Agarna carinata n.*

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XIII. (Cym. XXXI). Fig. 1—3.

Forma irregularis, valde contorta, trunco compresse gibboso, medio in carinam compresso, latere altero annulorum quattuor posteriorum valde dilatato, epimerum ampliatum plus minusve obtegente, plus sesqui longior quam latior (fere 5: 3).

Caput parvum, subhexagonum, in transversum profunde sulcatum, quam annulus quartus truncī plus quater angustius, multo latius quam longius (4: 3), peralte immersum; frons brevis, propendens, in angulum acutum desinens.

Oculi manifesti, parvi, rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, anguste distantes, angulum priorem annuli primi truncī articulis binis ultimis superantes, articulum quartum antennarum secundi paris fere completes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores iisque magnam partem obiectæ, angulum priorem annuli primi truncī articulo quinto attingentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis vix prominulis, rotundatis; latera annuli non constricta, flexuosa.

Anguli postici annularum priorum trunci vix prominuli, rotundati, annularum posteriorum ferme evanidi.

Epimerum lateris alterius paris primi et secundi subpendulum, breviusculum, latiusculum, post manifesto dilatatum, rotundatum, rotundate obtusatum; paris tertii subincurvum, longiusculum, angustiusculum, post attenuatum, acutiusculum; paris quarti subpendulum, angustiusculum, post valde dilatatum, in obliquum truncatum, angulo exteriore breviter rotundato; paris quinti subpendulum, breve, subtriangulum, angulo exteriore obtusiusculo; paris sexti declive, per breve, latissimum, post valde dilatatum, truncatum, angulo exteriore rotundato. Epimera lateris alterius dilatata, tria priora epimeris lateris alterius subsimilia, tria posteriora in æquum porrecta, brevissima, latissima. Epimera utriusque lateris angulum annuli spatio magno vel permagno, per paria sensim crescente, non attingentia.

Pedes compressiusculi, longitudine subæquales, parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum leviter convergentes; articulus ultimus parium trium priorum valde inflatus, parium quattuor posteriorum leviter incrassatus. Ungulæ breviusculæ, tenuiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria vix altitudine crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico rotundate truncata.

Cauda profunde immersa, annulo primo utrinque obtecto, annulo secundo in latere altero obtecto, annulo secundo, tertio, quarto, quinto conjunctim curvatis sensimque paulum angustioribus: ante convexiuscula, valde declivis, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite multo brevior (fere 3:4). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annularum quinque priorum late sinuatus,

plus minusve flexuosus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi.

Annulus analis subtrigonous, acutiusculus, latere altero rotundato, in medio leviter carinatus, foveolate scabrosus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, plus sessu latior quam longior (11: 7), annulis ceteris caudalibus conjunctis procul duplo longior (7: 4). Pedes anales ad basin omnino obtecti, quam annulus analis plus ter breviores (fere 3: 10); remus interior quam exterior vix longior, sed multo angustior, productus, angustatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 16—26 m. m.

Long. virginis 26 m. m.

Color cereus vel flavus; oculi nigri.

### Mas adultus.

Tab. XIII. (Cym. XXXI). Fig. 4—5.

Producte subovalis, manifesto contorta, convexiuscula, dorso trunci in carinam levem compresso, plus duplo longior quam latior (fere 9: 4).

Caput parvum, rotundatum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius (fere 11: 4), fere æque longum ac latum, peralte immersum; frons propendens, in angulum acutiusculum desinens.

Oculi manifesti, mediocres vel magni, subrhomboidales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, anguste distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes, articulum quintum medium antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, subliberæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis septenis ultimis superantes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis vix prominulis, rotundatis; latera annuli non constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, latissime rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula vel brevia, paris tertii omnium brevissima; bina priora perlata, post in obliquum late rotundata; quaterna posteriora latiuscula, subtriangula, angulo exteriore obtusiusculo. Epimera bina priora angulum annuli spatio parvo non attingentia, quaterna posteriora angulum annuli spatio magno, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes compressiusculi, articulo ultimo manifesto inflato, longitudine subaequales vel paris ultimi ceteris paulo longiores, parium duorum priorum conjunctim manifesto divergentes, parium quinque posteriorum subparallelē. Ungulæ longiusculæ, tenuiusculæ, incurvæ, longitudine subaequales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore evanido, margine postico late rotundato.

Cauda paulum immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, vix convergentibus: convexiuscula, multo longior quam latior (4: 3), quam truncus cum capite vix sesqui brevior (9: 13). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subaequales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti obscure bisinuatus, annuli quinti manifesto bisinuatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli vel producti, obtusiusculi.

Annulus analis subtriangulus, obtusiusculus, utrinque rotundatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis multo angustior, manifesto latior quam longior (8: 7), annulis ceteris caudalibus conjunctis procul duplo longior (fere 7: 4). Pedes anales quam annulus analis vix sesqui breviores (fere 5: 7); remus interior quam exterior paulo brevior et plus sesqui angustior, producte laminatus; remus exterior laminatus.

Long. 9,5—13,5 m. m.

Color cereus, maculis minutis, in series transversas digestis, disperse pictus; oculi nigri; annulus analis præter basin dilutus, immaculatus.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellam longitudine æquantes.

### Pullus stadii primi.

Tab. XIII. (Cym. XXXI.) Fig. 6.

Producte subovata, convexiuscula, plus duplo longior quam latior (fere 11:5), læviuscula.

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncī plus sesqui angustius (5:3), latius quam longius plus sesqui (11:7), vix immersum, fronte ante incurva, in angulum acutum producta.

Oculi magni, subovales, læviusculi, dimidia ferme parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, angulum priorem annuli primi truncī articulis binis ultimis superantes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum posticum annuli primi truncī fere explentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī late sinuatus.

Anguli postici annulorum truncī non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula; bina priora lata vel perlata, post valde dilatata, rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula, post vix dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes posteriores quam priores manifesto longiores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, inermes, longitudine æquales, sub apicem leviter constrictæ.

Cauda sublibera, plus sesqui longior quam latior (5:3), quam truncus cum capite vix duplo brevior. Annulus primus

quam annulus ultimus trunci multo brevior (fere 4:5); annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

*Annulus analis lingulatus*, ad basin vix impressus, multo latior quam longior (4:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis manifesto brevior (6:7). Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior vix brevior, sed manifesto latior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 1,8 m. m.

Color albidus; oculi nigri.

Ad insulam Sanctæ Crucis Indiæ occidentalis in Acanthuro Chirurgo hæc species inventa est (Ersted, nauarch. Grønsund, Mus. Haun.). Tres feminas quattuorque mares investigavimus.

*I. A. a. 2. Annuli posteriores trunci convexiusculi.*

*IDUSA* n.

*Corpus convexum, ante compressum; annuli trunci longitudine subæquales.*

*Caput parrum, vix immersum.*

*Oculi manifesti, mediocres.*

*Antennæ primi paris basi ferme contiguae, subteretes, tenues, breviusculæ, quam caput manifesto longiores; 10-articulatae.*

*Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris manifesto longiores; 13-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis vix prominulis, rotundatis.*

*Epimera longiuscula vel breviuscula aut brevia, latiuscula vel angustiuscula aut angusta, per paria sensim longitudine atque latitudine decrescentia, utriusque lateris inter se dissimilia, angulum annuli spatio magno vel permagno non attingentia.*

*Pedes breves, longitudine subæquales. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum evanida.*

*Cauda minus profunde immersa.*

*Annulus analis subtriangulus vel brevissime lingulatus.*

*Mas et pullus latent.*

Hoc genus corpore ante compresso a generibus sequentibus, latere altero non dilatato a genere antecedente facile distinguitur.

### 1. *Idusa Plagusiæ n.*

Tab. XIII. (Cym. XXXI). Fig. 7—8.

Subfusiformis, valde contorta, convexa, ante compressa, plus sesqui longior quam latior (fere 5: 3).

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii quater angustius, multo latius quam longius (6: 5), vix immersum, fronte incurva, in angulum peracutum producta.

Oculi manifesti, mediocres, rotundati.

Antennæ primi paris subteretes, tenues, basi ferme contiguae, articulis quaternis ultimis oculum superantes, articulum octavum antennarum secundi paris compleentes; 10-articulatæ, articulis quaternis ultimis minimis.

Antennæ secundi paris subteretes, quam antennæ primi paris vix tenuiores, articulis senis ultimis oculum superantes; 13-articulatæ, articulis quinis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi truncii late sinuatus, angulis vix prominulis, rotundatis; latera annuli non constricta, brevius rotundata.

Anguli postici annularum truncii ante et post magis prominuli atque brevius rotundati.

Epimera subpendula; alterius lateris breviuscula vel brevia, sensim longitudine decrescentia, latiuscula vel angustiuscula, sensim latitudine decrescentia, priora late, posteriora breviter rotundata; alterius lateris longiuscula vel breviuscula, sensim longitudine decrescentia, angustiuscula vel angusta, sensim latitudine decrescentia, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio magno vel permagno, ante et post longitudine crescente, non attingentia.

Pedes longitudine subæquales, parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim multum arcuati et convergentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum evanida.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi (saltem alterius lateris) obtectis, annuli secundi, tertii, quarti conjunctim manifesto rotundatis, valde convergentibus: convexiuscula, leviter bisulcata, multo latior quam longior (fere 13:11), quam truncus cum capite duplo ferme brevior (fere 5:10). Annuli quinque priores longitudine subæquales vel sensim paulum longitudine crescentes. Margo posticus annulorum quinque priorum perlate sinuatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti vix prominuli, integri, breviter rotundati.

Annulus analis subtrigonus vel brevissime lingulatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, plus sesqui latior quam longior (5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis vix longior. Pedes anales quam annulus analis duplo breviores; remus interior quam exterior vix brevior, sed angustior, obtusiusculus; remus exterior paulum angustatus, obtusus.

Long. 8,5 m. m.

Color cereus.

In latere coeco *Plagusiae* sp., operculo maximam partem obtectum, specimen descriptum inventum est (India occident., Dom. Hage, Mus. Haun.).

I. A. b. *Truncus totus convexiusculus.*

1. *Frons late vel breviter rotundata.*
  - a. *Corpus planiusculum.*

### ELTHUSA n.

*Corpus suborale, planiusculum vel ferme planiusculum. Annulus primus trunci quam secundus vix sesqui longior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus, sextus longitudine subæquales, vel ante et post sensim paulo breviores; annulus septimus ceteris manifesto brevior.*

*Caput mediocre, profunde immersum, fronte in aquam longe producta.*

*Oculi parri, angulis prioribus annuli primi trunci ferme obtecti.*

*Antennæ primi paris late distantes, compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo breviores; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris sat longiores et multo tenuiores; 8-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis breviusculis.*

*Epimera longiuscula, priora angusta vel angustiuscula, posteriora lata vel latiuscula.*

*Pedes breviusculi, per paria sensim vix crescentes. Ungular breviusculæ, crassiæculæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta.*

*Cauda profunde immersa. Latera annulorum quinque priorum integra, in angulum obtuse rotundatum prominula.*

*Annulus analis subsemicirculus.*

*Mas atque pullus latent.*

Hoc genus, generi Rhexanæ inter Ceratothoidas affine, ab eo antennis valde distantibus atque carina pedum minus alta facile discernitur.

1. *Elthusa emarginata.*

*Livoneca emarginata* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 27. t. I.  
f. 5, 5, a—5, d.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XIII. (Cym. XXXI). Fig. 9—10.

Subovalis, paulum contorta, planiuscula vel ferme planiuscula, lateribus manifesto scabrosis, procul duplo longior quam latior (9:5).

Caput parvum, subovatum, leviter impressum, quam annulus quartus trunci quater vel quinques angustius (2:9), æque fere latum ac longum, profunde immersum, fronte in æquum ferme porrecta, latissime rotundata, ante basin antennarum longe producta.

Oculi sat manifesti, parvi, subovales, angulis prioribus annuli primi trunci ferme obtecti.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris vix explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis breviusculis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, late rotundata.

Anguli postici annulorum priorum trunci perlate rotundati, annulorum posteriorum ferme evanidi.

Epimera in æquum fere porrecta, longiuscula; paris primi et secundi angusta, post angustata, acutiuscula; paris tertii angustiuscula, post angustata, obtusiuscula; paris quarti, quinti, sexti latiuscula vel lata, sensim longitudine decrescentia, latitudine vero crescentia, brevius rotundata, obtusata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio

majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli spatio parvo, sensim crescente, superantia.

Pedes per paria longitudine vix crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim manifesto arcuati, multum convergentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine vix crescens, angulo exteriore valde prominulo, rotundato, margine postico subrecto.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi et secundi obtectis, lateribus annuli tertii, quarti, quinti subrectis, valde convergentibus: planiuscula, in medio convexiuscula, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (fere 5:3). Annuli quinque priores longitudine subæquales vel sensim paulum crescentes. Margo posticus annulorum quattuor priorum perlate sinuatus, annuli quinti medius subrectus. Anguli postici annuli tertii, quarti, quinti prominuli, integri, rotundate obtusati.

Annulus analis subsemicirculus, ad basin leviter seabrosus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, multo latior quam longior (fere 9:7), annulis ceteris caudalibus conjunctis procul duplo longior (16:9). Pedes anales quam annulus analis plus duplo breviores (4:9); remus interior quam exterior paulo brevior et multo angustior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior paulum angustatus, post breviter rotundatus.

Long. feminæ ovigeræ 23,5—32 m. m.

Long. virginis 17 m. m.

Color cereus vel flavus; oculi nigri.

Virgo, a nobis examinata, a femina ovigera solummodo differt lateribus annuli secundi caudalis liberis.

Quattuor exempla hujus speciei ex India orientali vidi-mus, nempe ad Amboinam, sub operculo Upenei Russelii C. V.

(Mus. Paris.), ad Wahaai (Dom. Ludeking, Mus. Lugdun. Batavor.), ad Ternate (Mus. Berol.), in India orientali alicubi (Bleeker, Mus. Lugdun Batavor.) capta. Exemplum, a virginē adolescentē præter staturam duplo minorem (8,5 m.m.) nullo modo diversum, processibus peniformibus porrectis processibusque stiliformibus pedum branchialium secundi paris lamellas superantibus, ad apicem curvatis, excellit; ad Insulam Ternate captum, in Museo Berlinensi asservatur.

*I. A. b. I. β. Corpus convexiusculum.*

× *Cauda minus profunde immersa.*

### LIVONECA.

**Livoneca** Leach, Dict. sc. nat. XII. p. 351.

Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 307.

Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 259.

Dana, Unit. Stat. Explor. Exp. Crust. II. p. 747.

*Corpus subovale, convexiusculum, plus minusve contortum. Annuli truncī vel longitudine aquales, vel annulus primus ceteris abrupte longior atque annulus ultimus ceteris abrupte brevior.*

*Caput saepissime mediocre, raro parrum aut magnum, sapissime profunde immersum, fronte declivi vel procumbente, basin antennarum longe vel longius superante.*

*Oculi saepissime manifesti, rarissime argre distinguendi vel etiam evanidi, mediocres, rarissime magni aut parvi.*

*Antennæ primi paris late vel angustius distantes, compressiusculæ, capite paulo longiores; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris manifesto longiores et plus minusve tenuiores; saepissime 11-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi truncī saepissime in medio late vel latissime sinuatus, ad angulos plus minusve iterum sinuatus vel incisus, raro concinne trisinuatus.*

*Epimera priora quam posteriora sœpissime angustiora, latiuscula, interdum angustiuscula; posteriora sœpissime angustiuscula, raro latiuscula vel lata.*

*Pedes longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes, aut pedes ultimi paris ceteris abrupte longiores. Carina pedum parium quattuor posteriorum plus minusve expressa.*

*Cauda minus profunde vel vix immersa. Latera annulorum quinque priorum vel integra, vel in angulum superiore, majorem, et angulum inferiorem, minorem, incisa.*

*Annulus analis magnitudine et forma valde varians.*

*Mas a semina differt:*

*forma nonnihil angustiore;*  
*capite manifesto majore;*  
*epimeris manifesto brevioribus.*

*Pullus stadii secundi:*

*Oculi magni, subovales.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris longiusculæ, teretiusculæ; 11-articulatæ.*

*Pedes longiusculi, posteriores quam priores manifesto longiores. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, inermes, inter se subæquales.*

*Annulus analis lingulatus. Remus interior pedum analium quam exterior valde brevior.*

Caput in larvis atque juvenibus permagnum vel magnum, in maribus multo minus, in feminis adultis sœpissime mediocre, raro parvum (Liv. Indicæ, Liv. Raynaudii, Liv. Californicæ), rarissime magnum (Liv. Boscii); sœpissime alte vel peralte, rarius minus alte (Liv. Indicæ, Liv. Boscii) vel modo paulum (Liv. Methepiæ, Liv. sinuatæ) immersum.

Oculi etiam in adultis sœpissime manifesti, at modo mediocres, rarissime parvi (Liv. caudatae), raro magni (Liv. Indicæ, Liv. Californicæ); raro minus manifesti (Liv. Redmanni)

vel ægre discernendi (Liv. Raynaudii), vel etiam evanidi (Liv. Samoënsi).

Antennæ primi paris plus minusve distantes, caput manifesto superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris quam antennæ primi paris manifesto longiores et sæpiissime multo vel etiam duplo (Liv. Californicæ) tenuiores, raro modo paulo (Liv. vulgari) vel etiam vix tenuiores (Liv. Redmanni, Liv. Samoënsi); sæpiissime 11-, raro 12-articulatæ (Liv. caudatæ, Liv. Raynaudii); semel articuli deni (Liv. Boscii) vel novenideni (Liv. Indicæ) inventi sunt.

Margo anticus annuli primi trunci interdum (Liv. Redmanni, Liv. mediterraneæ, Liv. Boscii) manifesto trisinuatus, sæpiissime in medio perlate vel late, rarissime alte (Liv. Raynaudii), ad angulos iterum plus minusve alte sinuatus.

Epimera priora sæpiissime latiuscula, raro lata (Liv. Boscii), quam posteriora latiora atque breviora, raro iisdem angustiora (Liv. Indicæ, Liv. Raynaudii, Liv. Samoënsi).

Pedes breviusculi vel breves, sæpiissime longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes, rarius paris ultimi quam ceteri abrupte longiores (Liv. vulgari, Liv. Panamensi, Liv. Samoënsi). Carina pedum parium quattuor posteriorum sæpiissime plus minusve alta, angulo exteriore sæpe producto.

Cauda sæpiissime manifesto at minus profunde in truncum immersa, interdum obscure immersa (Liv. Indicæ). Lateralia annulorum quinque priorum sæpiissime integra, in angulum plus minusve obtusum producta, raro fissa (ut in genere Nerocilæ), angulo inferiore plus minusve producto, infra prominulo (Liv. Redmanni, Liv. caudatæ, Liv. Raynaudii, Liv. Californicæ).

Annulus analis amplius, magnitudine formaque varians; sæpiissime sublingulatus vel subtriangulus, rarius subsemicirculus, rarissime (Liv. Indicæ) triangulus.

Larva magnitudinis mediocris. Ungulæ inermes.

Conspectus systematicus specierum.

I. Pedes caudales lamella accessoria instructi.

A. Frons proclivis.

1. *Vulgaris.* 2. *Panamensis.*

B. Frons procumbens.

3. *Redmanni.* 4. *Mediterranea.*

II. Pedes caudales lamella accessoria destituti.

A. Frons procumbens.

a. *Annulus analis peramplus.*

5. *Caudata.*

b. *Annulus analis mediocris vel parvus.*

1. *Carina pedum parium quattuor posteriorum alta.*

6. *Indica.* 7. *Boscii.*

2. *Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.*

8. *Raynaudii.* 9. *Californica.*

B. Frons declivis.

10. *Methepia.* 11. *Samoënsis.*

12. *Sinuata.*

I. *Pedes caudales lamella accessoria instructi.*

A. *Frons proclivis.*

1. *Livoneca vulgaris.*

*Livoneca vulgaris* Stimpson, Crust. Echin. Pacif. 1857 p. 68.  
t. XXII. f. 9.

Femina ovigera. Virgo adolescens.

Tab. XIV. (Cym. XXXII). Fig. 1—2.

Subovata, plus minusve contorta, convexiuscula, utrinque plus minusve scabrosa, plus sesqui longior quam latior (fere 7:4 vel 8:5).

Caput parvum vel mediocre, subtrigonum, ante profunde impressum, quam annulus quartus truncī quater ferme angustius, fere sesqui latius quam longius, alte immersum, fronte lata, rotundate truncata.

Oculi manifesti, mediocres, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi truncī articulo quarto vel quinto attingentes, articulum octavum vel nonum antennarum secundi paris ferme expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncī articulo quarto fere attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī in medio late, ad angulos manifesto sinuatus, angulis brevibus, incurvis, angustatis, obtusiusculis; latera annuli manifesto constricta, flexuosa, vel in angulum obtusum producta.

Anguli postici annularum priorum truncī vix prominuli, rotundati, annularum posteriorum ferme evanidi.

Epimera paris primi et secundi subincurva, longiuscula, latiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii et quarti subpendula, perlonga, angustiuscula vel angusta, post multum dilatata, in obliquum truncata vel late rotundata; paris quarti et quinti declivia vel in æquum porrecta, perlonga, angustiuscula, post angustata, obtusiuscula vel acutiuscula. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio parvo non attingentia; bina post-

eriora angulum annuli spatio majore vel minore superantia.

Pedes parium sex priorum longitudine subæquales, paris ultimi ceteris manifesto longiores; parium trium priorum conjunctim valde divergentes, quattuor posteriorum conjunctim nonnihil curvati atque convergentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum manifesta, at minus alta, angulo exteriore producto, obtuso, margine postico subrecto.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi subliberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto divergentibus: convexiuscula, media convexa, fere æque longa ac lata, quam truncus cum capite sesqui vel duplo brevior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, vel sensim longitudine paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, plus minusve manifesto flexusus, annuli quinti subrectus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, acutiusculi.

Annulus analis sublingulatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, fere sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (6:5 vel 8:5).

Pedes anales quam annulus analis multo breviores (3:4); remus interior quam exterior paulo longior atque latior, paulum angustatus, breviter rotundatus; remus exterior subfoliaceus.

Long. feminæ ovigeræ 20—38 m. m.

Long. virginis adolescentis 17—34 m. m.

Color cereus vel flavus, aut immaculatus (ætate provectionibus), aut maculis minutis, nigris, in series transversas subdigestis pictus, plaga posteriore trunci, parte basali annuli analis, remo exteriore pedum analium obscurioribus: oculi nigri.

## Mas adultus.

Tab. XIV. (Cym. XXXII). Fig. 3—4.

Producte subovata, contorta, convexiuscula, duplo vel plus duplo longior quam latior (8:4 vel 9:4).

Caput magnum, subtrigonum, ante impressum, quam annulus quartus truncii plus duplo angustius, multo latius quam longius (fere 4:3), paulum immersum, fronte lata, rotundate truncata.

Oculi magni, subpentagoni.

Antennae primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi truncii articulo quinto vix attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris expletentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo quinto fere attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii manifesto trisinuatus, angulis perbrevibus, rotundate angustatis, acutiusculis; latera annuli leviter constricta, flexuosa.

Anguli postici annularum priorum truncii non prominuli, perlate rotundati, annularum posteriorum fere evanidi.

Epimera paris primi et secundi subincurva, brevia, lata, post valde dilatata, late rotundata; paris tertii subincurva, breviuscula, latiuscula, post multum dilatata, breviter rotundata; paris quarti et quinti subpendula, longiuscula, angustiuscula, post paulum angustata, rotundate obtusata; paris sexti declivia, brevia, lata, triangula, post obtusa. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio parvo non attingentia; paris quarti angulum annuli fere expletia; paris quinti et sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium sex priorum longitudine subæquales, paris ultimi ceteris manifesto longiores; parium trium priorum conjunctim multum divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim leviter curvati atque convergentes. Un-

gulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum manifesta, at minus alta, angulo exteriore late rotundato, margine postico subrecto.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, subparallelis: convexa, ad latera convexiuscula, multo longior quam latior (fere 5: 4), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales vel paulum longitudine crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posterior annularum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti subrectus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, obtusiusculi.

Annulus analis lingulatus, ad basin impressus vel depresso, quam articulus quintus caudalis multo angustior, plus sesqui latior quam longior (fere 8: 5), annulis ceteris caudalibus conjunctis longitudine subæqualis. Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior vix longior, laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 9—12 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis minutis, nigris, in series transversas subdigestis pictus, plaga media corporis, parte basali annuli analis, remo exteriore pedum analium obscurioribus, parte majore annuli analis diluta, immaculata; oculi nigri.

Processus peniformes abdominis perbreves; processus stili-formes pedum analium secundi paris quam lamella multo breviores.

### Pullus stadii primi.

Tab. XIV. (Cym. XXXII). Fig. 5.

Producte subovata, convexiuscula, duplo vel plus duplo latior quam longior (2: 1 vel 5: 2), læviuscula.

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, ante late truncatum, quam annulus quartus trunci plus sesqui angustius (fere 5:3), multo latius quam longius, subliberum, fronte incurva, profunde emarginata.

Oculi magni, subpentagoni, laeviusculi, dimidia parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto vix attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris fere expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 11-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci in medio late, ad angulos leviter sinuatus.

Anguli postici annularum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula; bina priora latiuscula, post manifesto dilatata, late rotundata; terna posteriora angustiuscula, post vix dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli fere explentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ longiusculæ, crassæ vel crassiusculæ, incurvæ, obscure bipartitæ, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, vix duplo longior quam latior (fere 9:5), quam truncus cum capite vix sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci vix brevior; annuli quattuor pricres longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Latera annularum quinque priorum late rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin obscure impressus, multo latior quam longior (fere 5:4), annulis tribus praecedentibus conjunctis paulo longior. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores (fere 8:7); remus interior quam exterior multo brevior (fere 3:4) et vix latior, sublaminatus, verrucis minutis in margine postico ornatus; remus exterior producte laminatus, verrucis minutis in margine postico ornatus.

Long. 3,5 m. m.

Color albidus, maculis minutis, nigris, racemosis, in series transversas digestis pictus; oculi nigri.

Hujus speciei, quæ ad oras Californicas et certius prope St. Francisco omnium Cymothoidarum vulgatissima esse videatur, plus centum et viginti exempla examinavimus. Magna copia Museo Cantabrigensi Mass. a cel. A. Agassiz tradita est, at præterea plura exempla in Mus. Holm. (Kinberg, inter navigationem »Eugeniae«), Mus. Christian. (Esmark), Mus. Haun. (Esmark), Mus. Berol. (Grube), Mus. Vindobon., Acad. Peabody asservantur. Autore celeb. Steindachnero in branchiis Ophidiontis elongati degit.

## 2. *Livoneca Panamensis* n.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XIII. (Cym. XXXI). Fig. 11—12.

Subovalis, plus minusve contorta, convexinscula, annulo primo trunci margineque postico annulorum sequentium trunci manifesto rugulosis, longior quam latior plus sesqui (8:5). Caput mediocre, subtrigonum, ante impressum, quam annulus quartus trunci quater angustius, multo latius quam longius (5:4), profunde immersum, fronte late rotundata. Oculi mediocres, rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris fere explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto dimidio attingentes; 11-articulatae. Margo anticus annuli primi trunci in medio late, ad angulos alte sinuatus, angulis brevibus, angustatis, acutiusculis;

latera annuli alte constricta, flexuosa, vel in angulum obtusum producta.

Anguli postici annulorum priorum trunci late rotundati, posteriorum ferme evanidi.

Epimera subincurva vel subpendula; paris primi et secundi breviuscula, latiuscula, post valde dilatata, in obliquum flexuose truncata; paris tertii et quarti longiuscula, angustiuscula vel angusta, post manifesto dilatata, in obliquum late rotundata; paris quinti longiuscula, angustiuscula, post angustata, rotundate obtusata; paris sexti breviuscula, latiuscula, post angustata, breviter rotundata. Epimera paris primi, secundi, tertii, quarti angulum annuli spatio magno non attingentia; paris quinti angulum annuli fere expletia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium sex priorum longitudine subæquales, paris ultimi ceteris manifesto longiores; parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim leviter curvati atque convergentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum parum alta, per paria sensim altitudine sensim paulum crescens, angulo exteriore prominulo, margine postico late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto curvatis atque divergentibus: convexiuscula, in medio convexa, paulo longior quam latior (fere 10: 9), quam truncus cum capite multo vel etiam duplo brevior (10: 7, vel etiam 2: 1). Annulus primus majorem vel minorem partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine crescentes. Margo posticus annulorum quinque priorum latissime sinuatus vel subrectus, plus minusve manifesto flexuosus. Anguli postici annulorum quinque priorum breviter rotundati, integri, vel, præsertim anguli annuli tertii et quarti, plus minusve profunde incisi.

Annulus analis subsemicirculus, ad basin profunde impressus, manifesto scabrosus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, fere sesqui latior quam longior (13:9), annulis ceteris caudalibus conjunctis fere sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (7:9); remus interior quam exterior paulo longior et valde angustior, producte laminatus; remus exterior subfalcatus, post angustatus, obtusatus.

Long. feminæ ovigeræ 27—28 m. m.

Long. virginis 33 m. m.

Color cereus.

### Mas adultus.

Tab. XIII. (Cym. XXXI). Fig. 13—14.

Producte subovata, vix contorta, convexiuscula, plus duplo longior quam latior.

Caput magnum, subtrigonum, ante impressum, quam annulus quartus truncii ter pæne angustius, vix sesqui latius quam longius (10:7), paulum immersum, fronte lata, rotundate truncata.

Oculi magni, subpentagoni.

Antennæ primi paris crassiusculæ, compressiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi truncii articulo quarto medio attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo quinto medio attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncii in medio late, ad angulos alte sinuatus, angulis perbrevibus, angustatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, perlata rotundata.

Anguli postici annularum priorum truncii latissime rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera declivia; paris primi et secundi breviuscula, latiuscula, post breviter rotundata; paris tertii, quarti, quinti

longiuscula, angustiuscula, post angustata, rotundate obtusata; paris sexti breviuscula, latiuscula, post angustata, breviter rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio parvo non attingentia vel fere expletia; bina posteriora angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium sex priorum longitudine subæquales; paris ultimi ceteris manifesto longiores; parium trium priorum conjunctim multum divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim paulum curvati atque convergentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum manifesta, at minus alta, angulo exteriore prominulo, margine postico subrecto.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, subparallelis: convexiuscula, in medio paulum convexior, æque ferme longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (5: 8). Annuli quinque priores sensim longitudine crescentes.

Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, obscure flexuosus, annuli quinti subrectus, manifesto flexuosus. Anguli postici annulorum quinque priorum prominuli, acutiusculi.

Annulus analis lingulatus, ad basin impressus, obscure scabrosus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, fere sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis paulo longior (11: 10). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (9: 11); remus interior quam exterior vix longior nec latior, sublaminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 28 m. m.

Color ex flavo rubescens, maculis minutis, obscuris, in series transversas digestis sparsus, limbo corporis apiceque annuli analis immaculatis, dilutioribus; oculi nigri.

Processus peniformes porrecti.

Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris lamellam procul explentes.

Oras occidentales Americæ centralis hæc species habitat; ad Panama (A. Agassiz, Mus. Cantabr. Mass.; Duchassing, Mus. Paris.); Mazatlan (Salmin mercat., Mus. Berol., Mus. Holm.) capta est. Quinque exempla vidimus.

*I. B. Frons procumbens.*

*3. Livoneca Redmanni.*

*Livoneca Redmanni* Leach, Dict. hist. nat. XII. p. 352.  
 Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 308.  
 Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 261.  
 Cuv. Règn. anim. ill. t. 66.  
 f. 4. 4a.

*Livoneca Desmarestii* Leach, Dict. hist. nat. XII. p. 352.  
 Desmarest, Cons. gén. Crust. p. 308.  
 Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 261.  
 Cuv. Règn. anim. ill. t. 66.  
 f. 3. 3a—3e.

? *Livoneca ovalis* Say, Acad. Nat. sc. Philad. I. p. 394.

*Femina ovigera. Virgo adolescens.*

Tab. XIV. (Cym. XXXII). Fig. 6—7.

Subovata vel producte subovata, plus minusve contorta, convexiuscula, fere duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, occipite in lobum medium producto, quam annulus quartus trunci ter vel quater angustius (fere 4: 15), æque longum ac latum, profunde immersum, fronte procumbente, breviter rotundata.

Oculi minus manifesti, mediocres, rhomboidales, vel parvi, subtrianguli.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, valde distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo tertio fere attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris expletentes: 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, crassiusculæ, quam antennæ primi paris vix tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinubus lateralibus multo profundiore, angulis breviusculis, incurvis, angustatis, rotundate obtusatis; latera annuli leviter constricta, perlate rotundata.

Anguli postici annulorum priorum trunci latissime rotundati, posteriorum ferme evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva; paris primi et secundi breviuscula, latiuscula, post valde dilatata, in obliquum latissime rotundata; paris tertii et quarti longiuscula, angustiuscula, post valde dilatata, in obliquum late rotundata; paris quinti longiuscula, angustiuscula, post dilatata, rotundate obtusata; paris sexti longiuscula, angustiuscula vel latiuscula, post vix dilatata, breviter rotundata. Epimera paris primi, secundi, tertii, quarti angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia; paris quinti angulum annuli fere expletia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes parium trium priorum ceteris manifesto breviores, per paria sensim longitudine paulum crescentes, conjunctim multum divergentes; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine crescentes, conjunctim subrecti, paulum convergentes. Ungulæ longæ, tenuiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales vel paris ultimi ceteris paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa, at distincta, angulo exteriore evanido, margine posteriore perlate rotundato.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi subliberis, annulorum quinque priorum conjunctim subrectis, multum convergentibus: convexiuscula, manifesto latior quam longior, quam truncus cum capite sesqui vel etiam bis terve brevior (5:3 vel 5:2). Annulus primus majorem vel minorem partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus sensim longitudine crescentes, vel annulus quintus quam ceteri abrupte longior. Margo posticus annulorum quattuor priorum perlata sinuatus, vix flexuoso, annuli quinti manifesto bisinuatus, medius in lobum brevissimum productus. Anguli postici annulorum quinque priorum breviter rotundati, integri, aut saepius incisi vel emarginati, incisura per annulos sensim deminuta.

Annulus analis sublingulatus vel subtriangulus, ad basin manifesto impressus, quam annulus quintus caudalis multo vel valde angustior, multo latior quam longior (5:4), annulis ceteris caudalibus conjunctis paulo longior. Pedes anales quam annulus analis saepissime multo longiores (5:4); remus interior quam exterior multo brevior atque latior, angustatus, obtusus; remus exterior subfalcatus, post angustatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 13,5—32 m. m.

Long. virginis adolescentis 18—27 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis minutis, obscuris, in series transversas digestis sparsus; oculi nigri.

### Virgo junio r.

Tab. XIV. (Cym. XXXII). Fig. 8—12.

Producta, convexiuscula vel paulum convexa, ter quaterve longior quam latior (7:2).

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncifere sesqui angustius, multo latius quam longius (4:3), vix immersum, fronte procumbente, breviter rotundata.

Oculi magni vel permagni, subpentagoni, granulosi, quarta ferme parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes, antennas secundi paris articulo ultimo superantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris fere duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes; 10 – 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci profunde trisinuatus, sinu medio quam sinibus lateralibus minus profundo, angulis minutis, angustatis, acutiusculis; latera annuli non constricta, subrecta.

Anguli postici annularum trunci vix prominuli, latissime rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula, angusta, post paulum dilata, in obliquum late rotundata, angulo exteriore parium priorum obtuso, posteriorum acutiusculo. Epimera paris primi, secundi, tertii, quarti angulum annuli spatio parvo, per paria sensim vix decrescente, non attingentia; paris quinti angulum annuli fere expletia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes longitudine subæquales vel per paria sensim longitudine nonnihil crescentes, conjunctim post paulum divergentes. Ungulæ longæ, tenuiusculæ, incurvæ; paris ultimi ceteris manifesto breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum vix expressa; articuli terni ultimi pedum in latere interiore serie armati aculeorum, per paria pedum sensim minus curvatorum atque tenuiorum.

Cauda libera, lateribus annularum quinque priorum conjunctim subrectis, paulum convergentibus: leviter convexa, duplo ferme longior quam latior (fere 11: 6), quam trunca cum capite multo brevior (5: 6). Annuli quattuor priores longitudine æquales vel sensim paulum crescentes, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annularum quattuor priorum latissime sinuatus; annuli quinti leviter bisinuatus, medius in lobum brevissimum productus. Anguli postici annularum quinque pri-

orum producti vel prominuli, integri, per paria sensim minus producti, carinati, acutiusculi.

Annulus analis subtriangulus, lateribus rotundatis, ad basin profunde impressus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, paulo latior quam longior (9: 8), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (3: 4). Pedes anales quam annulus analis paulo longiores (9: 8); remus interior quam exterior multo brevior atque latior, subtrigonus, in obliquum rotundate truncatus, apice anguste rotundato, setis ciliatis densis ornatus; remus exterior angustatus, obtusiusculus, in margine interiore setis ciliatis densis ornatus.

Long. 8, 5—10, 5 m. m.

Color flavus, maculis minutis, nigris, in series transversas digestis pictus, apice annuli analis immaculato, diluto; oculi nigri.

Hæc species non modo statura sed etiam conformatio  
partium plurium valde variat, itaque diu hæsitabamus, utrum species veteres Liv. Redmanni et Liv. Desmarestii in unam conjunxerimus, necne; easque certe sustinuissemus, si modo characteres earum firmi fuissent. At celeb. Milne Edwards, qui utramque speciem in Cuv. Règn. anim. ill. l. c. delineavit, jam nos certiores fecit, characterum duorum, quibus hæ species præcipue distinguuntur, alteri, nempe longitudini pedum analium, stabilitatem necessariam deesse: «le caractere tiré de ces différences ne vaut par consequent rien». Etiam alter character, quem forma epimerorum præbet, nimis instabilis est, itaque sæpe difficile est discernere, utrum exemplum quodpiam ad Liv. Redmanni vel ad Liv. Desmarestii referendum sit. Ceteroquin Liv. Redmanni nobis forma magis typica vel ætate proiectior videtur, quod tamen non prohibet, etiam multis feminas ovigeras statuæ minoris Liv. Desmarestii referre.

Oras orientales Americæ a Novo Eboraco usque ad Rio de Janeiro habitat et in branchiis piscium variorum inventa est: ad Novum Eboracum in branchiis Pomotis auriti (Mus. Cantabr. Mass.); »Lloyds Neck«, in branchiis »blue fish« (Temnodontis saltatoris) (Osten Sacken, Mus. Cantabr. Mass.); Charleston (Holbroch, Mus. Cantabr. Mass.); Beloxi, in *Ælurichthys* marino (Krøyer, Mus. Haun.); in Rhombo sp. (Krøyer, Mus. Haun.); Mobile, in branchiis Elacatis sp. (Mus. Cantabr. Mass.); Americam septentrionalem alicubi (Lesueur, Mus. Paris.); Guyanam (Leprieur, Mus. Paris. — Exemplum, »Livoneca Desmarestii« notatum); Insulam Cubam (Gundlach, Mus. Berol.); Ins. St. Christophori (Goës, Mus. Holm.); Bahiam (Krøyer, Mus. Haun.); Brasiliam, in Pristipomatis sp. (Delalande, Mus. Paris.); Rio de Janeiro, (Nægeli, Mus. Holm.; inter navigationem Thayeri, Mus. Cantabr. Mass.). In Museo Parisiensi exemplum asservatur, in branchiis piscis »Perche rayée« (? *Labrax lineatus* Schn.) captum, at sine loci indicatione; etiam in Academia Peabody et in Museo Vindobonensi exempla sine indicatione patriæ inveniuntur. Fere triginta exempla investigavimus.

#### 4. *Livoneca mediterranea.*

*Livoneca mediterranea* Heller, Reise Novaræ Crust. p. 146. t. XII. f. 16.

? *Livoneca Ricinoides* Risso, Hist. nat. Crust. Nice p. 143.

*Virgo adolescens.*

Tab. XIV. (Cym. XXXII). Fig. 13—14.

Subovalis, contorta, convexiuscula, fere duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus truncus plus ter angustius, (4:13), paulo latius quam longius (13:12), leviter immersum, fronte procumbente, breviter rotundata.

Oculi manifesti, mediocres, rotundati.

Antennæ primi paris (in exemplo examinato mutilatae) compressiusculæ, crassiusculæ.

Antennæ secundi paris (in exemplo examinato mutilatae) tertiisculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum annuli primi trunci articulo sexto attingentes.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus lateralibus quam sinu medio profundioribus, angulis brevibus, angustis, rotundate obtusatis; latera annuli vix constricta, latissime rotundata vel obscure flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci perlate rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula; paris primi et secundi latiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii angustiuscula, post valde dilatata, truncata; paris quarti, quinti, sexti angustiuscula vel angusta, post angustata, rotundate obtusata.

Epimera paris primi, secundi, tertii, quarti angulum annuli spatio minore, per paria sensim paulum decrescente, non attingentia; paris quinti angulum annuli fere expletia; paris sexti angulum annuli spatio parvo superantia.

Pedes per paria sensim longitudine paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim multum divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim paulum curvati, vix divergentes. Ungulæ longæ, tenuiusculæ, incurvæ, paris primi quam ceteræ paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi subliberis, annulorum quinque priorum conjunctim nonnihil curvatis, multum convergentibus: convexiuscula, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3:5). Annuli quinque priores sensim longitudine crescentes. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti in medio subrectus, ad latera sinuatus. Anguli postici prominuli, integri, rotundate obtusati.

Annulus analis subtriangulus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, multo latior quam longior (4:3), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (5:6); remus interior quam exterior manifesto brevior et multo latior, post dilatatus, in obliquum truncatus; remus exterior producte laminatus.

Long. 15,5 m. m.

Color flavus, plaga media caudæ obscura; oculi nigricantes.

Mare mediterraneum alicubi habitat. Specimen typicum celeb. Helleri in Museo Vindobonensi exstare non videtur.

## II. *Pedes caudales lamella accessoria destituti.*

### A. *Frons procumbens.*

#### a. *Annulus analis peramplus.*

## 5. *Livoneca caudata n.*

*Virgo adolescens.*

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 1—2.

Producte subovata, paulum contorta, convexiuscula, plus duplo longior quam latior.

Caput parvum vel mediocre, subtrigonum, quam annulus quartus trunci plus ter angustius, vix sesqui latius quam longius (10:7), profunde immersum, fronte bisinuata, in lobum medium, breviter rotundatum producta.

Oculi parvi, subovales.

Antennæ primi paris basi distantes (in exemplo examinato caducæ).

Antennæ secundi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 12-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci in medio perlate sinuatus, ad angulos iterum alte sinuatus, angulis brevibus, incurvis, rotundatis; latera annuli leviter constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci priorum brevius, posteriorum latius vel latissime rotundati.

Epimera subincurva vel subpendula; paris primi et secundi longa, latiuscula, post paulum dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii longa, angustiuscula, post vix dilatata, breviter obtusata; paris quarti breviuscula, angustiuscula, post manifesto dilatata, breviter obtusata; paris quinti et sexti brevia, latiuscula, post manifesto dilatata, breviter obtusata. Epimera angulum annuli spatio majore, subæquali, non attingentia.

Pedes per paria sensim longitudine crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim subrecti, paulum convergentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum minus alta, per paria sensim altitudine crescens, angulo exteriore prominulo, rotundato, margine postico subrecto vel breviter flexuoso.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi subliberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim paulum curvatis, manifesto divergentibus: convexiuscula, æque longa ac lata, quam trunca cum capite multo brevior (3:4). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum late vel perlate sinnatus, obscure flexuosus, annuli quinti subrectus, flexuosus. Anguli superiores annulorum quinque priorum prominuli vel producti, rotundate obtusati; anguli inferiores annulorum quinque priorum fere obtecti, prominuli vel producti, breviter rotundati.

Annulus analis semicirculus, ad basin obscure impressus, quam annulus quintus caudalis multo angustior, sesqui ferme latior quam longior, annulis ceteris caudalibus

conunctis multo longior. Pedes anales quam annulus analis vix duplo breviores (6: 11); remus interior quam exterior paulo longior atque angustior, paulum angustatus, obtusus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 41 m. m.

Color cereus.

Specimen, ad insulas Iaponicas captum, in Museo Lugdunensi Batavorum asservatur.

*II. A. b. Annulus analis mediocris vel parvus.*

1. *Carina pedum parium quattuor posteriorum alta.*

6. *Livoneca Indica.*

*Livoneca Indica* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 262.  
*Livoneca ornata* Heller, Reise Novaræ Crust. p. 145. t. XII.  
 p. 15.

*Femina ovigera. Virgo.*

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 3—5.

Producte subovata, valde contorta, convexiuscula, in medio magis convexa, bis terve longior quam latior (fere 5: 2). Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci quater angustius, paulo latius quam longius (10: 9), minus profunde immersum, fronte procumbente, late rotundata.

Oculi magni vel mediocres, subrhomboidales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto vix attingentes, articulum septimum anteuniarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, crassiusculæ, quam antennæ primi paris tenuiores, angulum priorum annuli

primi trunci articulo quinto fere attingentes; 9—10-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci in medio latissime, ad angulos alte sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusis; latera annuli plus minusve constricta, latissime vel late rotundata, subreflexa.

Anguli postici annulorum priorum trunci perlate rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera declivia; paris primi et secundi longiuscula, angustiuscula, post rotundate obtusata; paris tertii et quarti longiuscula, angusta (vel in latere incurvo breviuscula, angustiuscula), post angustata, obtusiuscula (vel in latere incurvo rotundate obtusata); paris quinti et sexti breviuscula vel brevia, latiuscula, post angustata, rotundate obtusata. Epimera angulum annuli spatio magno, per paria sensim paulum decrescente, non attingentia.

Pedes breves vel perbreves, compressiusculi, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim curvati et manifesto convergentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, angulo exteriore rotundato, margine postico subrecto.

Cauda vix immersa, lateribus annuli primi liberis, lateribus annulorum quinque priorum conjunctim manifesto curvatis, multum convergentibus; convexiuscula, in medio paulo magis convexa, plus minusve longior quam latior (23: 19 vel 18: 17), quam truncus cum capite vix duplo brevior (fere 5: 9). Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum late sinuatus, plus minusve manifesto flexuosus, annuli quinti in medio subrectus. Anguli postici annulorum quinque priorum integri, producti, incurvi, acutiusculi.

Annulus analis triangulus, ad latera leviter impressus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, æque longus ac

latus vel paulo latior quam longior (1: 1 vel 11: 10), annulis caudalibus ceteris conjunctis multo longior (14: 9 vel 5: 4). Pedes anales quam annulus analis duplo ferme vel plus duplo breviores (5: 3 vel 7: 3); remus interior quam exterior manifesto longior at vix latior, angustatus, obtusus; remus exterior sublaminatus.

Long. feminæ ovigeræ 21—34 m. m.

Long. virginis 18,5—22,5 m. m.

Color brunneus vel ex brunneo flavesens, angulis exterioribus annularum omnium, parte majore epimerorum, serie singula vel triplici macularum in annulis quinque prioribus caudæ, lateribus annuli analis, remo exteriore cum latere exteriore articuli basalis pedum analium cretaceis; oculi nigri.

### Pullus stadii primi.

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 6.

Producte subovata, convexiuscula, bis terve longior quam latior (5: 2), læviuscula.

Caput magnum vel permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci vix duplo angustius, multo latius quam longius (5: 4), vix immersum, fronte procumbente, late rotundata.

Oculi magni, subovales, vix tertia parte latitudinis capitidis distantes (3: 10).

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo angustiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo octavo fere explentes; 10-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus.

Anguli postici annularum trunci latissime rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula, post paulum angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ subæquales, longiusculæ, crassiusculæ, minus curvatæ, inermes, obscure bipartitæ.

Cauda libera, longior quam latior plus sesqui (fere 5:3), quam truncus cum capite manifesto brevior (6:7). Annulus primus quam annulus ultimus trunci sesqui longior; annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis lingulatus, fere æque longus ac latus, annulis ceteris caudalibus conjunctis vix sesqui brevior (fere 7:10). Pedes anales quam annulus analis vix longiores; remus interior quam exterior plus minusve brevior et manifesto latior, subovalis; remus exterior producte ovalis.

Long. 3,3 m. m.

Color albidus, maculis majoribus, racemosis, nigris, in series geminas, transversas digestis ornatus; oculi nigri.

Mare Indicum hæc species habitat: ad Koh-Kram (Salmin, mercat., Mus. Holm.); Sambelong, inter navigationem »Novaræ« (Mus. Vindobon. — Specimen typicum Liv. ornatae Hell.); Sumatram (Mus. Paris. — Specimen, »Liv. Indica« signatum); Mariveles in Manila (Semper, Mus. Goting.). Sex exempla vidimus.

## 7. *Livoneca Boscii.*

*Livoneca Boscii* Bleeker, Crust. Ind. archip. p. 29. t. I. f. 9.

Femina ovigera.

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 7—8.

Producte subovata, contorta, convexiuscula, bis vel ter longior quam latior (8:3).

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci ter  
ferme angustius (4: 11), paulo latius quam longius (11: 10),  
minus profunde immersum, fronte procumbente, late ro-  
tundata.

Oculi mediocres, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angustius  
distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo  
quarto attingentes, articulum octavum antennarum secundi  
paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi  
paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi  
trunci articulo quarto attingentes; 10-articulatæ, articu-  
lis binis ultimis minimis.

Margo anticus annuli primi trunci obscure trisinuatus, angulis  
perbrevibus, rotundate angustatis, acutiusculis; latera  
annuli leviter constricta, rotundata.

Anguli postici annularum trunci vix prominuli, latissime ro-  
tundati.

Epimera subpendula; bina priora breviuscula, latiuscula, post  
valde dilatata, in obliquum latissime rotundata; quaterna  
posteriora longiuscula, angustiuscula, post geniculata,  
breviter rotundata. Epimera quina priora angulum an-  
nuli spatio magno, per paria sensim paulum decrescente,  
non attingentia; posteriorum angulum annuli fere ex-  
plentia.

Pedes longitudine subæquales; parium trium priorum con-  
junctim multum divergentes; parium quattuor posteriorum  
conjunctim paulum curvati atque convergentes. Ungulæ  
longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæqua-  
les. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta vel  
minus alta, per paria sensim altitudine paulum crescens,  
angulo exteriore nonnihil prominulo, rotundato, margine  
postico late rotundato.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi partim obtec-  
tis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti manifesto rotun-  
datis atque convergentibus: convexiuscula, in medio  
convexa, multo longior quam latior (fere 5: 4), quam

truncus cum capite plus duplo brevior. Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales, vel annulus quintus ceteris paulo longior. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti in medio subrectus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, integri, breviter rotundati.

Annulus analis subtriangulus, in medio obscure impressus, quam annulus quintus caudalis manifesto angustior, sesqui latior quam longior, annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis manifesto longiores (fere 7: 6); remus interior quam exterior paulo brevior et latior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior angustatus, obtusiusculus.

Long. 16 m. m.

Color ægre distinguendus.

Specimen unum (vix typicum), Museo Lugdunensi Batav. a cel. Bleeker ipso missum, a nobis investigatum est.

*II. A. b. 2. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.*

### 8. *Livoneca Raynaudii.*

*Livoneca Raynaudii* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III.  
p. 262.

? *Livoneca Novæ-Zealandiæ* Miers, Ann. mag. nat. hist. ser.  
IV. vol. XVII. p. 228. t. III. f. 2.

Femina ovigera. Virgo adolescens.

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 9—10.

Subovata, paulum contorta, convexiuscula, plus sesqui longior quam latior (5: 3).

Caput parvum, subtrigonum, ante impressum, quam annulus quartus trunci plus quater angustius (6:27), multo latius quam longius (5:4), profunde immersum, fronte procumbente, rotundate truncata.

Oculi ægre discernendi, parvi, rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto vix attingentes, articulum quintum medium antennarum secundi paris expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo latiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vix attingentes; 12-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci brevius sinuatus, ad angulos incisus, angulis brevibus, rotundate obtusatis; latera annuli vix constricta, manifesto flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci late rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subdeclivia; terna priora longiuscula, angustiuscula, post paulum angustata, breviter rotundata; terna posteriora breviuscula, latiuscula vel lata, per paria sensim latitudine crescentia, post valde angustata, rotundate obtusata vel breviter rotundata, angulo postico per paria multo ampliore. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio minore non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere expletia.

Pedes breviusculi, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim paulum curvati, manifesto divergentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa, angulo exteriore manifesto prominulo, margine postico perlato sinuato.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi liberis vel obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto curvatis atque convergentibus: convexiuscula, in medio magis convexa, multo latior quam longior (6:5),

quam truncus cum capite duplo brevior. Annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quinque priorum medius subrectus, leviter flexuosus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti paulum prominuli, rotundate obtusati, annuli quinti breviter rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti vel prominuli, obtusati, per paria sensim minus prominuli. Annulus analis subsemicirculus, ad basin impressus, quam annulus quintus caudalis multo angustior, plus sesqui latior quam longior (5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis vix duplo breviores (fere 5:9); remus interior quam exterior vix longior, at angustior, paulum angustatus, rotundate obtusatus; remus exterior angustatus, rotundate obtusatus.

Long. feminæ ovigeræ 36—43 m. m.

Long. virginis 20—42,5 m. m.

Color cereus vel flavus.

### Mas adultus.

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 11—12.

Producte subovata, convexiuscula, duplo longior quam latior. Caput parvum, subrhomboidale, ante impressum, quam annulus quartus trunci vix ter angustius (fere 4:11), manifesto latius quam longius (7:6), profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi mediocres vel parvi, subpentagoni.

Antennæ primi paris (in exemplo examinato mutilatæ) compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vix attingentes.

Antennæ secundi paris (in exemplo examinato mutilatae) compressiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto attingentes.

Margo anticus annuli primi trunci in medio peralte, ad angulos manifesto sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, acutiusculis; latera annuli non constricta, late rotundata.

Anguli postici annulorum priorum trunci perlate rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula, brevia; bina priora latiuscula, post paulum dilatata, in obliquum brevius rotundata; quaterna posteriore latiuscula vel lata, per paria sensim latitudine crescentia, post angustata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes longiusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim manifesto vel multum divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim subrecti, paulum convergentes. Ungulæ crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum parum alta, per paria sensim altitudine vix crescens, angulo exteriore angulate rotundato, margine postico leviter sinuato.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, subparallelis: convexa, in medio deplanata, æque longa ac lata, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3:5). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Margo posticus annulorum quinque priorum in medio subrectus. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, integri, breviter rotundati. Anguli inferiores annulorum quinque priorum producti vel prominuli, per paria sensim minus prominuli.

Annulus analis semicirculus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus candalis multo angustior, plus sesqui lator quam longior (5:3), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior

paulo brevior, sed vix angustior, paulum angustatus,  
breviter rotundatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 16,5 m. m.

Color flavus, maculis perminutis, obscuris sparsus; oculi nigri.

Pullus stadii secundi.

Tab. XV. (Cym. XXXIII). Fig. 13.

Producte subovata, convexiuscula, vix ter longior quam latior,  
foveolis minutis, in series transversas digestis ornata.

Caput permagnum, subtrigonum, quasi annulus quartus truncus  
sesqui angustius, sesqui latius quam longius, vix immer-  
sum, fronte procumbente, rotundate truncata.

Oculi mediocres, subpentagoni, læviusculi, dimidia parte lati-  
tudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, angu-  
lum priorem annuli primi truncus articulo sexto fere  
attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris  
fere explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi  
paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi  
truncus articulo quinto fere attingentes; 12-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncus leviter trisinuatus.

Anguli antici annulorum trunci non prominuli, latissime ro-  
tundati.

Epimera subpendula; bina priora breviuscula, latiuscula, post  
paulum dilatata, in obliquum late rotundata; terna post-  
eriora brevia, angustiuscula, post angustata, breviter  
rotundata. Epimera angulum annuli fere expletia.

Pedes per paria sensim longitudine crescentes, robore de-  
crescentes. Ungulæ longiusculæ vel longæ, crassiusculæ,  
incurvæ, longitudine subæquales.

Cauda libera, vix sesqui longior quam latior (10: 7), quam  
truncus cum capite vix sesqui brevior (7: 10). Annulus  
primus quam annulus ultimus truncus multo longior (5: 4);  
annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam

annulus quintus manifesto breviores. Latera annulorum quinque priorum in angulum paulum prominulum, per paria sensim magis acutum producta.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, vix sesqui latior quam longior (fere 10:7), annulis quattuor præcedentibus conjunctis manifesto longior. Pedes anales quam annulus analis multo longiores (fere 4:3); remus interior quam exterior vix duplo brevior (fere 5:9), paulo latior, subovalis, setis ciliatis circiter sedenis cum aculeo terminali crasso armatus; remus exterior sublaminatus, setis ciliatis circiter duodenis cum aculeis binis laterali- bus, crassis sub apicem armatus.

Long. 4, 5 m. m.

Color albidus; oculi nigri.

Regiones occidentales Marium australium habitat: ad promontorium Bonæ Spei (Raynaud, Mus. Paris. — Specimen typicum celeb. Milne Edwardsii); ad Novam Zelandiam, Schneider, Mus. Haun.); Hobarttown (Robertson, Mus. Cantabr. Mass.); terram van Diemenii (Schayer, Mus. Berol.); ad Yokohama (Mus. Vindobon.). Octo exempla vidimus.

### 9. *Livoneca Californica n.*

Femina ovigera. Virgo adolescens.

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 1—2.

Subovata, valde contorta, planiuscula vel convexiuscula, duplo ferme longior quam latior (fere 17:8).

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci vix quater angustius (fere 3:11), multo latius quam longius (5:4), profunde immersum, fronte producta, ante incurva, breviter rotundata.

Oculi magni, subovales.

Antennæ primi paris teretiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes vel nonnihil superantes, articulum octavum antennarum secundi paris fere explentes; 8-articulatæ. Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes; 11-articulatæ, articulis ternis ultimis minimis, obscure discretis.

Margo anticus annuli primi trunci in medio latissime, ad angulos rectangulate sinuatus, angulis brevibus, incurvis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, latissime rotundata.

Anguli postici annularum priorum trunci vix prominuli, late rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epinera subpendula vel subincurva, longiuscula; bina priora angustiuscula, post manifesto dilatata, in obliquum rotundate truncata; quaterna posteriora angustiuscula vel angusta, post paulum dilatata, rotundate obtusata. Epinera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes breviusculi, longitudine subæquales vel per paria sensim perpaulum crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim manifesto curvati atque convergentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum vix expressa, angulo exteriore evanido, margine postico late rotundato.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi subliberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, paulum vel vix divergentibus: convexiuscula, multo longior quam latior (4:3), quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3:5). Annuli quattuor priores sensim longitudine crescentes, quam annulus quintus abrupte breviores. Margo posticus annularum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti subrectus. Anguli superiores annularum quinque priorum paulum prominuli,

rotundate obtusati. Anguli inferiores annularum quinque priorum rectangulate rotundati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin impressus, obscure foveolatus atque carinatus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, manifesto latior quam longior (fere 6:5), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (5:4). Pedes anales quam annulus analis multo breviores (4:5); remus interior quam exterior paulo brevior et sesqui ferme angustior, producte laminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. feminæ ovigeræ 20—21 m. m.

Long. virginis 13—18 m. m.

Color cereus vel flavus, maculis minutis, nigris, creberrimis, in series transversas digestis sparsus, limbo corporis apiceque annuli analis immaculatis; oculi nigri.

Habitat praesertim ad oras Californicas prope St. Francisco (Cary jun., Mus. Cantabr. Mass.; »in branchiis Holconoti sp.«, teste celeb. Steindachnero, Mus. Vindobon.). Exemplum, »in sinu Sansol [?] captum«, in Museo Holmiensi asservatur (Kinberg, inter navigationem »Eugeniae«). Tredecim exempla examinavimus.

### *H. B. Frons declivis.*

#### *10. Livoneca Methepia n.*

Femina ovigera.

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 3—4.

Producte subovalis, contorta, convexiuscula, vix duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtrigonum, ante late, rotundate truncatum, quam annulus quartus truncii vix ter angustius, fere sesqui latius quam longius, paulum immersum, fronte ante incurva, truncata.

Oculi mediocres, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi'paris teretusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 11-articulatæ, articulis terminis ultimis minutis, obscure discretis.

Margo anticus annuli primi trunci in medio latissime, ad angulos manifesto sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli obscure constricta, perlate rotundata. Anguli postici annorum priorum trunci vix prominuli, late rotundati, posteriorum latissime rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, breviuscula, angustiuscula; bina priora post valde dilatata, in obliquum late rotundata; quaterna posteriora post paulum dilatata, obtusate angustata. Epimera quina priora angulum annuli spatio minore, per paria sensim paulum decrescente, non attingentia; posteriora angulum annuli paulum superantia.

Pedes breves vel breviusculi, longitudine subæquales; parium trium priorum conjunctim multum divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim manifesto curvati, vix convergentes. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum parum alta, per paria sensim altitudine paulum crescens, angulo exteriore evanido, margine postico late rotundato.

Cauda paulum immersa, lateribus annuli primi subliberis, annularum quinque priorum conjunctim manifesto curvatis, paulum divergentibus: convexiuscula, in medio convexa, vix longior quam latior, quam truncus cum capite fere duplo brevior (5:9). Annulus primus magnam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus multo breviores. Margo

posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, obscure flexuosus; annuli quinti obscure bisinuatus, medius in lobum brevissimum productus. Anguli postici annulorum quinque priorum prominuli, integri, rotundate obtusati.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin profunde impressus, quam annulus quintus caudalis multo angustior, vix duplo latior quam longior (9:5), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine vix superans. Pedes anales quam annulus analis vix longiores; remus interior quam exterior vix brevior nec angustior, sublaminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 12,5 m. m.

Color cereus; oculi nigri.

Specimen, inter navigationem Thayeri »in branchiis Achiri sp». ad Rio de Janeiro captum, in Museo Cantabrigensi Mass. asservatur.

### 11. *Livoneca Samoënsis* n.

*Virgo adolescens.*

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 5—6.

Subovalis, manifesto contorta, convexiuscula, plus duplo longior quam latior (fere 11:5).

Caput mediocre, subpentagonum, levissime impressum, quam annulus quartus trunci plus ter angustius (fere 10:3), multo latius quam longius (4:3), alte immersum, fronte in angulum rotundate obtusum producta.

Oculi evanidi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto vel quinto attingentes, articulum octavum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris vix tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci latissime sinuatus, ad angulos iterum plus minusve obscure sinuatus, angulis breviusculis, incurvis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, late rotundata.

Anguli postici annulorum priorum trunci vix prominuli, rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera bina priora subincurva, longiuscula, angustiuscula, post in angulum rotundate obtusum producta; quaterna posteriora post in æquum ferme porrecta, brevia, lata, in angulum obtusum producta. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, ante et post per paria decrescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum longitudine subæquales, vel per paria sensim paulum crescentes, paris ultimi ceteris manifesto longiores; parium duorum priorum valde divergentes, parium quinque posteriorum subparallelē. Ungulæ breviusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum sat alta, angulo exteriore rotundato, margine postico subrecto.

Cauda leviter immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim paulum curvatis, manifesto divergentibus: convexiuscula, paulo latior quam longior (12: 11), quam trunca cum capite sesqui brevior. Annulus primus partem minorem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti late bisinuatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti breviter rotundati.

Annulus analis subsemicirculus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis manifesto angustior, plus sesqui latior quam longior (5: 3), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (10: 7). Pedes analogi quam annulus analis multo breviores (4: 5); remus

interior quam exterior paulo brevior atque angustior,  
laminatus, post breviter rotundatus; remus exterior sub-  
falcatus.

Long. 14 m. m.

Color fuscus; annulus analis præter basin dilutior.

Specimen, ad insulas Samoënses captum, in Museo Godefroyano asservatur.

## 12. *Livoneca sinuata.*

*Livoneca sinuata* Koelbel, Neu. Cym. p. 6. t. 1. f. 5a—5d.

*Femina ovigera.*

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 7 8.

Subovalis vel producte subovata, valde contorta, convexiuscula, duplo vel plus duplo longior quam latior (2:1 vel 11:5).

Caput mediocre, subtrigonum, ante impressum, quam annulus quartus trunci bis vel ter angustius (2:5), plus sesqui latius quam longius (5:3), paulum immersum, fronte declivi, suborrecta, breviter rotundata.

Oculi mediocres, subovales vel subpentagoni.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris fere expletos; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo septimo attingentes; 11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci in medio late, ad angulos leviter sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli manifesto constricta, late rotundata.

Anguli postici annulorum trium priorum trunci paulum prominuli, latius rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula vel subineurva, longiuscula; bina priora angustiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; quaterna posteriora angusta, post paulum angustata, rotundate obtusata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria ante et post decrescente, non attingentia.

Pedes breviusculi, per paria sensim longitudine paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim vix divergentes, in altero latere manifesto curvati. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, paris primi ceteris paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum parum expressa.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis vel subliberis, annulorum quinque priorum subrectis, valde convergentibus: convexiuscula, in medio magis convexa, multo latior quam longior (5:4), quam truncus cum capite plus duplo brevior (5:12). Annulus primus annulum quintum longitudine subæquans, quam annulus secundus, tertius, quartus manifesto longior. Margo posticus annulorum latissime sinuatus. Anguli postici prominuli, integri, breviter rotundati.

Annulus analis breviter lingulatus, ad basin profunde impressus, plus minusve manifesto scabrosus, quam annulus quintus caudalis multo angustior, procul duplo latior quam longior (7:4), annulos ceteros caudales conjunctos longitudine æquans. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (7:8); remus interior quam exterior vix longior nec angustior, sublaminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 11—14 m. m.

Color flavus; latera corporis cretacea vel maculis notata magnis, cretaceis, fere contiguis; oculi nigri.

## Pullus stadii primi.

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 9.

Subovata, convexiuscula, plus duplo longior quam latior (11: 5), laeviuscula.

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncii plus sesqui angustius, vix sesqui latius quam longius (10: 7), paulum immersum, fronte declivi, late rotundata.

Oculi magni, subovales, dimidia ferme parte latitudinis capitis distantes.

Antennae primi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi truncii articulo sexto attingentes, articulum nonum antennarum secundi paris fere expletentes; 8-articulatae.

Antennae secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncii articulo quinto fere attingentes; 10—11-articulatae.

Margo anticus annuli primi truncii in medio late, ad angulos obscure sinuatus.

Anguli postici annularum truncii latissime rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora latiuscula, post leviter rotundata; terna posteriora angustiuscula, post breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes parium trium priorum ceteris paulo breviores. Ungulæ breviusculæ, crassæ, minus curvatæ, sub apicem manifesto constrictæ, longitudine subæquales.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior (9: 5), quam truncus cum capite sesqui ferme brevior. Annulus primus quam annulus ultimus truncii et annulus secundus caudalis manifesto brevior; annulus secundus, tertius, quartus, quintus longitudine subæquales. Latera annularum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis lingulatus, multo latior quam longior (5:4), annulis tribus præcedentibus conjunctis paulo longior. Pedes anales quam annulus analis multo longiores (4:3); remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, subovalis; remus exterior sublaminatus.

Long. 0, 25 m. m.

Color albidus; oculi nigri.

Mare Mediterraneum habitat: ad Siciliam (Mus. Vindobon. — exempla duo typica celeb. Koelbeli); Neapolim (Mus. Vratislav.); in Mari Mediterraneo alicubi (Stybe, Mus. Haun.). Quattuor exempla vidimus.

*I. A. b. 1. β. × × Cauda peralte immersa.*

### IRONA n.

*Corpus subovale vel subparallelum, convexiusculum vel planiusculum. Annulus primus trunci quam annulus secundus manifesto longior; annuli sex posteriores trunci sensim longitudine paulum decrescentes.*

*Caput parvum, profunde immersum, fronte perbrevi, basin antennarum vix oblegente.*

*Oculi manifesti, mediocre vel magni.*

*Antennæ primi paris valde distantes, compressiusculæ, quam caput plus minusre breviores; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris vix longiores et multo vel valde tenuiores; 9—10-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci latissime vel late sinuatus, angulis brevibus.*

*Epimera priora longiuscula, angustiuscula vel latiuscula, per paria sensim latitudine crescentia; posteriora breviuscula vel brevia, latiuscula vel lata.*

*Pedes breres vel breviusculi, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes. Ungulæ longiusculæ vel brevius-*

*culæ, plus minusve incurvæ, longitudine subæquales, vel priores quam posteriores paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum fere eranida.*

*Cauda profunde vel peralte immersa. Latera annuli secundi, tertii, quarti, quinti integra, in angulum rotundate obtusum producta.*

*Annulus analis semicirculus vel brevissime lingulatus.*

*Mas a femina differt:*

*forma ferme symmetrica;*  
*capite multo majore;*  
*epimeris multo angustioribus;*  
*annulo anali multo longiore;*  
*remo interiore pedum analium secundi paris processu stili-formi armato.*

*Pullus stadii secundi:*

*Oculi permagni, rotundati vel subovales.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ; 8-articulatæ.*

*Pedes longiusculi, longitudine subæquales. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, parium trium priorum magis incurvæ, in dentes multos incisæ.*

*Annulus analis lingulatus. Remus interior pedum analium quam exterior valde brevior.*

Hoc novum genus a genere *Livonecæ*, cui affine, fronte brevissima; antennas ad basin vix obtegente, canda peralte immersa, annuloque primo caudali toto vel maximam partem obtecto facile distinguitur.

1. *Irona Renardi.*

*Livoneca Renardi* Bleeker, Crust. Ind. Archip. p. 28. t. I. f. 8.

*Femina ovigera. Virgo adolescens.*

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 10—11.

Producte subovata, valde contorta, convexiuscula, plus duplo longior quam latior (20: 9).

Caput parvum, in transversum subovale, quam annulus quartus trunci plus ter angustius, multo latius quam longius (fere 4: 3), peralte immersum, fronte declivi, breviter rotundata.

Oculi magni, subhexagoni.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus, angulis amplis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, breviter rotundata.

Anguli postici annulorum priorum trunci latissime rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula; alterius lateris longiuscula, angustiuscula vel latiuscula, per paria sensim latitudine paulum crescentia, post rotundate obtusata vel breviter rotundata; alterius lateris annulo secundo et tertio breviuscula, angustiuscula, post rotundate obtusata: annulo quarto epimerum breviusculum, latiusculum, rotundate obtusatum; annulo quinto et sexto epimera brevia, lata, post plus minusve brevius rotundata; annulo septimo epimerum breviusculum, latiusculum, post breviter rotundatum. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes breves vel breviusculi, parium sex priorum per paria sensim longitudine paulum crescentes, paris septimi (saltem alterius lateris) prioribus abrupte longiores; parium trium priorum conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim leviter curvati atque convergentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum vix expressa.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi et secundi obtectis, annuli tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis vel paulum rotundatis, manifesto divergentibus: planiuscula, in medio convexiuscula, multo longior quam latior (fere 7: 6), quam truncus cum capite procul duplo brevior (5: 9). Annulus primus totus, secundus maximam partem obtecti; annulus tertius et quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus fere sesqui breviores. Margo posticus annuli tertii et quarti latissime sinuatus, annuli quinti manifesto bisinuatus. Anguli postici annuli tertii, quarti, quinti vix prominuli, integri, breviter rotundati.

Annulus analis sublingulatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis vix vel paulo angustior, multo latior quam longior (13: 11), annulis ceteris caudalibus conjunctis vix ter longior (11: 4). Pedes anales quam annulus analis multo longiores (fere 5: 4); remus interior quam exterior vel sesqui brevior et sesqui angustior, vel paulo brevior et vix angustior, angustatus, acutiusculus; remus exterior angustatus, acutiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 20 m. m.

Long. virginis 18 m. m.

Color flavus, maculis minutis, <sup>7</sup> obscuris sparsus; oculi nigri.

## Virgo junior.

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 12—13.

Differt a femina, præsertim ætatis provectionis: corpore magis convexo, capite majore, minus profunde immerso, angulis prioribus annuli primi trunci minus productis, annulo caudali secundo libero, pedibus analibus valde productis.

## Pullus stadii secundi.

Tab. XVI. (Cym. XXXIV). Fig. 14—15.

Producte subovata, convexiuscula, ter quaterve longior quam latior (7:2), læviuscula. Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci plus sesqui angustius (3:5), sesqui latius quam longius, vix immersum, fronte ante incurva, in angulum acutum producta.

Oculi magni vel permagni, subovales, manifesto granulosi, quinta parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula vel brevia, angustiuscula, post breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ perlongæ, tenues, incurvæ; pedum parium trium priorum quam ceteræ manifesto longiores, dentibus quinis septenisve armatæ. Articulus ultimus pedum parium trium priorum aculeis ternis, perbrevibus armatus.

Cauda libera, vix duplo longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (11: 14). Annulus primus quam annulus ultimus trunci plus sesqui longior (fere 5: 3); annuli quinque priores longitudine sensim paulum crescentes. Latera annularum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin manifesto impressus, fere æque longus ac latus, annulos tres præcedentes conjunctos vix complens longitudine. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores (fere 12: 11); remus interior quam exterior sesqui brevior, at manifesto latior, subovalis, setis sedenis ciliatis ornatus; remus exterior fusiformis, setis octonis ciliatis, penicillo setarum paucarum aculeoque in latere exteriore sub apicem armatus.

Long. 3 m. m.

Color albidus, maculis magnis, nigris, racemosis, in series transversas digestis ornatus; oculi nigri.

Duo exempla hujus speciei vidimus, alterum e Manila (cel. Semper, Mus. Goting.), alterum ex India orientali (Batavia? Bleeker, Mus. Lugdun. Batav. — Specimen typicum?).

## 2. *Irona vatia* n.

*Femina ovigera. Virgo adolescens.*

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 1—2.

Producte obovata vel subparallelia, paulum contorta, convexiuscula, bis terve longior quam latior (7: 3).

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci plus ter angustius (3: 10), sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte ante propendente, late rotundata.

Oculi mediocres, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, valde distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatae.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes; 10-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci latissime sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli non constricta, late rotundata.

Anguli postici annularum priorum trunci late rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula vel declivia; paris primi longiuscula, latiuscula, post breviter rotundata; paris secundi longiuscula, latiuscula vel lata, post plus minusve dilatata, breviter rotundata; paris tertii longiuscula, lata, post breviter rotundata; paris quarti breviuscula, lata, post breviter rotundata vel rotundate truncata; paris quinti et sexti brevia, lata vel perlata, post latitudine crescentia, truncata vel rotundate truncata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio minore, per paria sensim longitudine paulum decrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes breves, longitudine subæquales vel per paria sensim paulum crescentes; parium trium priorum conjunctim multum divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim nonnihil curvati atque convergentes. Ungulae breviusculæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum evanida.

Canda peralte immersa, lateribus annuli secundi et tertii obiectis vel subliberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto rotundatis atque divergentibus: planiuscula, manifesto latior quam longior (7:6), quam truncus cum capite fere sesqui brevior. Annulus primus totus obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus sesqui breviores.

Margo posticus annuli secundi et tertii latissime sinuatus, annuli quarti et quinti fere rectus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, rotundate obtusati. Annulus analis semicirculus, quam annulus quintus caudalis vix latior, plus sesqui latior quam longior (5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis fere ter longior. Pedes anales quam annulus analis paulo breviores (fere 9:10); remus interior quam exterior fere sesqui brevior aut paulo longior, manifesto angustior, stiliformis; remus exterior substiliformis, flexuosus.

Long. feminæ ovigeræ 25 m. m.

Long. virginis adolescentis 21 m. m.

Color flavus; oculi nigri.

Duo exempla examinata, a cel. Semper capta, in Museo Gotingensi asservantur; alterum exemplum ad Mariveles, in insula Manila, inventum esse indicatur, alterum sine indicatione certiore loci exstat.

### 3. *Irona melanosticta* n.

Femina ovigera. Virgo.

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 3—5.

Producte obovalis, valde contorta, convexiuscula, vix duplo longior quam latior.

Caput parvum, suborbiculatum, quam annulus quartus truncus plus ter angustius (3:10), sesqui latius quam longius, profunde immersum, fronte declivi, late rotundata.

Oculi mediocres, rectanguli vel subpentagoni.

Antennæ primi paris compressæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto vel septimo fere attingentes, antennas secundi paris longitudine subæquantes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris valde tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo octavo vel nono fere attingentes; 10-articulatæ, articulis ultimis perminutis.

Margo anticus annuli primi trunci in medio latissime, ad angulos manifesto sinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli non constricta, late rotundata.

Anguli postici annulorum trunci perlate rotundati.

Epimera subpendula vel declivia; paris primi et secundi longiuscula, angustiuscula, post rotundate obtusata; paris tertii longiuscula, latiuscula, post angustata, breviter rotundata vel rotundate obtusata; paris quarti et quinti breviuscula, latiuscula vel lata, post rotundate obtusata; paris sexti brevia, lata vel perlata, post rotundate truncata. Epimera terna priora angulum annuli spatio minore, per paria sensim decrescente, non attingentia; terna posteriora angulum annuli fere expletia vel spatio parvo, per paria sensim crescente, superantia.

Pedes breves vel perbreves, per paria longitudine sensim crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum conjunctim paulum curvati atque convergentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ vel crassæ, minus curvatæ, longitudine subæquales, vel priores quam posteriores paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum vix expressa.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli secundi, tertii, quarti in latere altero liberis, in latere altero obtectis vel subliberis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto rotundatis atque divergentibus: convexiuscula, manifesto latior quam longior (4: 3), quam truncus cum capite plus duplo brevior (13: 27). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quain annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus, annuli quinti

subrectus, obscure flexuosus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, rotundate obtusati. Annulus analis brevissime lingulatus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, plus duplo latior quam longior (15: 7), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui vel duplo longior (fere 9: 5). Pedes anales quam annulus analis vix breviores; remus interior quam exterior fere sesqui brevior et vix angustior, angustatus, acutiusculus; remus exterior leviter angustatus, obtusiusculus.

Long. feminæ ovigeræ 14—20 m. m.

Long. virginis 12—17 m. m.

Color brunneus vel ex flavo brunneus, maculis minutis, nigris, crebris sparsus, cauda præter majorem posteriorem partem annuli analis nigricante, limbo corporis apiceque annuli analis dilutis, immaculatis; oculi nigri.

Mare oras orientales Asiæ alluens atque regionem occidentalem maris Pacifici habitat: ad oras Iaponicas (Mus. Vindobon.); ad oras Asiæ orientalis alicubi (nauarch. Koch, Mus. Haan.); ad insulas Sandwich (J. M. Barnard, Mus. Cantabrig. Mass.). Quinque exempla vidimus.

#### 4. *Irona nana* n.

##### Femina ovigera.

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 6—7.

Subovata vel producte obovata, valde contorta, convexiuscula, plus sesqui vel duplo longior quam latior (5: 3 vel 2: 1). Caput parvum, subtrigonum vel subconicum, quam annulus quartus trunci ter vel quater angustius (3: 1 vel 4: 1), multo latius quam longius (5: 4), profunde immersum, fronte declivi, breviter rotundata.

Oculi magni, subpentagoni.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes, antennas secundi paris vix complentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris duplo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci latissime sinuatus, angulis prominulis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli non constricta, late rotundata.

Anguli postici annularum priorum trunci latissime rotundati, posteriorum subrotundati.

Epinera in æquum ferme porrecta; terna priora longiuscula, angustiuscula, post breviter rotundata; terna posteriora breviuscula vel brevia, latiuscula vel lata, per paria sensim latitudine crescentia, post truncata vel rotundate truncata. Epimera terna priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim longitudine decrescente, non attingentia; terna posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes breviusculi, per paria sensim longitudine crescentes; parium trium priorum conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum conjunctim vix convergentes, in latere altero incurvi. Ungulæ longiusculæ vel longæ, crassiusculæ vel crassæ, parium quinque priorum per paria sensim longitudine et robore crescentes, paris sexti et septimi præcedentibus paulo breviores atque tenuiores, minus curvatæ. Carina pedum parium quattuor posteriorum evanida.

Cauda profunde immersa, lateribus annularum trium priorum, saltem alterius lateris, obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim leviter curvatis, vix convergentibus: convexiuscula, paulo vel vix latior quam longior, quam truncus cum capite plus duplo brevior. Annulus primus magnam vel maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam

annulus quintus fere sesqui breviores. Margo posticus annulorum quattuor priorum latissime sinuatus; annuli quinti subrectus, obscure flexuosus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, integri, breviter rotundati.

Annulus analis breviter subtriangulus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, sesqui ferme latior quam longior (fere 5:7), annulis ceteris caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis paulo longiores; remus interior quam exterior fere sesqui brevior et paulo angustior, producte laminatus; remus exterior subfalcatus, acutiusculus, leviter flexuosus.

Long. 8-18 m. m.

Color cereus, maculis majoribus vel minoribus, fuscis, raccemosis, in series transversas digestis, in medio corpore sparsus; oculi nigri.

#### Mas adolecens.

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 8—9.

Subovata, convexiuscula, duplo longior quam latior.

Caput magnum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci fere duplo angustius, multo latius quam longius (fere 9:7), minus profunde immersum, fronte ante incurva, breviter rotundata.

Oculi permagni, subhexagoni, manifesto granulosi.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo quinto fere attingentes, antennas secundi paris ferme completes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto fere attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci latissime sinuatus, angulis prominulis, rotundate angustatis, obtusiusculis; latera annuli non constricta, perlate rotundata.

Anguli postici annulorum trunci fere evanidi.

Epimera suspendula, breviuscula; bina priora lata, post brevius rotundata; quaterna posteriora angustiuscula, subtriangula, angulo postico rotundate obtusato. Epimera terna priora angulum annuli spatio parvo, per paria sensim decrescente, non attingentia; terna posteriora angulum annuli fere expletia vel per paria sensim longius superantia.

Pedes longiusculi; parium trium priorum per paria sensim longitudine crescentes, conjunctim multum divergentes; parium quattuor posteriorum longitudine subæquales, conjunctim manifesto curvati atque convergentes. Ungulae longæ vel perlongæ, crassiusculæ vel crassæ, incurvæ, paris primi et ultimi quam ceteræ paulo breviores atque tenuiores. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.

Cauda minus profunde immersa, latere altero annuli secundi libero, lateribus annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, leviter divergentibus: convexiuscula, multo longior quam latior (4:3), quam truncus cum capite multo brevior (fere 3:4). Annulus primus maximum partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annuli secundi, tertii, quarti latissime sinuatus, annuli quinti subrectus, leviter flexusus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, breviter rotundati.

Annulus analis lingulatus vel subtriangulus, ad basin leviter impressus, quam annulus quintus caudalis vix angustior, multo latior quam longior (4:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior (5:4). Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior multo brevior (fere 4:3) et paulo angustior, angustatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 6 m. m.

Color flavus, inaculis nigris, in series transversas digestis sparsus, limbo angusto truncī apiceque annuli analis immaculatis, dilutis; oculi nigri.

Processus peniformes ægre distinguendi. Processus stiliformes pedum branchialium secundi paris quam lamellæ paulo breviores.

### Pullus stadii secundi.

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 10—11.

Producte subovata, convexiuscula, ter quaterve longior quam latior, laeviuscula.

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncī multo angustius ( $3:4$ ), multo latius quam longius ( $4:3$ ), vix immersum, fronte ante incurva, in angulum acutum producta.

Oculi magni, rotundati, granulosi, quarta ferme parte latitudinis capitis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, crassiusculæ, angulum priorem annuli primi truncī vix attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris fere expletæ; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris crassiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi truncī articulis binis ultimis superantes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi truncī latissime sinuatus.

Anguli postici annularum truncī non prominuli, perlatae rotundati.

Epimera subpendula; bina priora longiuscula, latiuscula, post breviter rotundata; terna posteriora breviuscula, angustiuscula, post angustata, obtusiuscula. Epimera bina priora angulum annuli fere expletia; terna posteriora angulum annuli spatio majore non attingentia.

Pedes longiusculi, longitudine subæquales. Ungulæ longæ vel perlanguæ; paris primi ceteris paulo breviores, crassius-

culæ, incurvæ; parium trium priorum in dentes senos vel novenos, lanceolatos incisæ.

Cauda sublibera, duplo longior quam latior, quam truncus cum capite paulo brevior (8:9). Annulus primus quam annulus ultimus trunci manifesto longior, annulis ceteris caudalibus multo brevior; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin profunde impressus, æque fere longus ac latus, annulos tres præcedentes conjunctos longitudine fere æquans. Pedes anales quam annulus analis multo longiores (fere 5:4); remus interior quam exterior multo brevior (3:4), sed paulo latior, subovalis, setis ciliatis quinis denis ornatus; remus exterior producte subovalis, setis ciliatis denis prætereaque ad apicem spinulis quaternis longioribus, in penicillum collectis, et aculeo unguiformi armatus.

Long. 3—3, 2 m. m.

Color albidus, maculis paucis, magnis, nigris, racemosis aut linearibus, in series transversas digestis pictus, apice annuli analis immaculato; oculi nigri.

Mare Caraibicum atque Atlanticum, Americam meridionali alluens, habitat hæc species: ad insulam St. Ioannis, in branchiis Hemirhamphi sp. (Krœyer, Mus. Haun.); ad insulam St. Bartholomæi (Goës, Mus. Holm.); Rio de Janeiro, »in Atherina sp.« (inter navigationem Thayeri, Mus. Cantabrig. Mass.). Tres feminas et unum marem examinavimus.

*I. A. b. 2. Frons in angulum acutiusculum producta.*

CTERISSA n.

*Corpus subovale, convexiusculum. Annulus primus trunci quam secundus manifesto longior; annuli sex posteriores truncis sensim longitudine decrescentes.*

*Caput parvum vel mediocre, profunde immersum, fronte in angulum acutiusculum producta.*

*Oculi plus minusve manifesti, mediocres.*

*Antennæ primi paris angustius distantes, teretiusculæ, quam caput sesqui fere breviores; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores et multo longiores; 10—11-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci profunde sinuatus, angulis brevibus.*

*Epimera priora lateris alterius longa, lata, lateris alterius longiuscula, angustiuscula, posteriora lateris alterius breviuscula, valde dilatata, lateris alterius brevia, latiuscula.*

*Pedes breviusculi, vix compressi, paris secundi et tertii quam ceteri paulo breviores tenuioresque. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, subæquales. Carina pedum parium quatuor posteriorum alta.*

*Cauda profunde immersa. Latera annuli secundi, tertii, quarti, quinti integra, in angulum obtusiusculum longe producta.*

*Annulus analis sublingulatus vel subtrigonus.*

*Pullus stadii primi:*

*Oculi magni, subovales.*

*Antennæ primi paris breviusculæ, compressiusculæ; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris breviusculæ, compressiusculæ; 12-articulatæ.*

*Pedes longiusculi, longitudine subæquales. Ungulae breviusculæ, crassiusculæ, minus curvatae, inermes, inter se subæquales.*

*Annulus analis lingulatus. Remus interior pedum analium quam exterior paulo brevior.*

*Mas et pullus stadii secundi latent.*

Genus Cterissæ a generibus ceteris Livonecidarum epimeris alterius lateris valde dilatatis facilime distinguitur.

### 1. *Cterissa pterygota.*

*Livoneca pterygota* Koelbel, Neu. Cym. p. 5. t. I. f. 4a—4d.

*Femina ovigera.*

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 12—13.

Subovalis, valde contorta, convexiuscula, procul duplo longior quam latior (7:4).

Caput mediocre, subtrigonum vel subpentagonum, in medio plus minusve impressum, quam annulus quartus truncii quater ferme angustius (3:11 vel 2:9), multo latius quam longius (9:7 vel 11:8), profunde immersum, fronte ante incurva, in angulum obtusiusculum producta.

Oculi plus minusve manifesti, mediocres, subovales vel subpentagoni.

Antennæ primi paris teretiusculæ, angustius distantes, angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, articulum quartum antennarum secundi paris explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo crassiores, angulum priorem annuli primi

trunci articulo quinto fere attingentes; 10—11-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci vel in medio latissime sinuatus et ad latera manifesto sinuatus, vel manifesto trisinuatus, angulis brevibus, rotundate angustatis, obtusiusculis vel obtusis; latera annuli vix constricta, leviter flexuosa. Anguli postici annulorum trunci paulum prominuli, late rotundati.

Epimera lateris alterius dilatata, in æqnum porrecta, ampla vel amplissima; epimerum paris tertii omnium minimum, paris sexti omnium amplissimum, cum epimero paris quinti præcedentibus abrupte amplius. Epimera alterius lateris subpendula, tria priora longiuscula, angustiuscula vel angusta, sensim latitudine decrescentia, rotundate obtusata; tria posteriora brevia, latiuscula vel lata, sensim latitudine crescentia, post rotundate obtusata vel breviter rotundata. Epimera tria priora lateris dilatati angulum annuli spatio minore, sensim decrescente, non attingentia, tria posteriora angulum annuli spatio parvo, sensim crescente, superantia; epimera alterius lateris angulum annuli spatio magno, sensim decrescente, non attingentia.

Pedes breviusculi, compressiusculi, paris secundi et tertii quam ceteri paulo breviores atque tenuiores; parium trium priorum conjunctim multum divergentes; parium trium posteriorum conjunctim manifesto convergentes. Ungulæ longiusculæ, crassiusculæ, incurvæ, longitudine subæquales. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta, per paria altitudine vix crescens, angulo exteriore valde prominulo vel producto, margine postico alte sinuato.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, annuli secundi, tertii, quarti, quinti conjunctim manifesto rotundatis atque convergentibus: convexiuscula, in medio convexa, manifesto latior quam longior (7: 6), quam truncus cum capite procul duplo brevior. Annulus primus majorem vel minorem partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam

annulus quintus paulo breviores. Margo posticus annulorum quinque priorum alte sinuatus, medius in lobum acutiusculum productus, ad latera manifestius flexuosus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti producti, integri, rotundate obtusati.

Annulus analis sublingulatus vel subtrigonous, ad basin profunde impressus, totus leviter carinatus atque scabriculus, quam annulus quintus caudalis valde angustior, plus sesqui latior quam longior (5:3), annulis ceteris caudalibus conjunctis fere sesqui longior. Pedes anales quam annulus analis bis terve breviores (fere 2:5); remus interior quam exterior vix brevior, sed fere duplo angustior, post angustatus, obtusiusculus; remus exterior sublaminatus.

Long. 17—24 m. m.

Color fuscescens, epimeris atque lateribus corporis forte cretaceis; oculi nigri.

### Pullus stadii primi.

Tab. XVII. (Cym. XXXV). Fig. 14.

Producte subovata, convexiuscula, bis terve longior quam latior (5:2), laeviuscula.

Caput permagnum, subtrigonum, quam annulus quartus truncus plus sesqui angustius (3:5), vix sesqui latius quam longius, vix immersum, fronte ante incurva, in angulum acutiusculum producta.

Oculi magni, subovales, vix duabus quintis partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ vel compressæ, angulum priorem annuli primi truncus articulo ultimo ferme superantes, articulum octavum antennarum secundi paris fere explentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris fere duplo graciliores, angulum priorem annuli

primi trunci articulis senis ultimis fere superantes; 12-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera suspendula vel subincurva; bina priora lata vel perlata, post valde dilatata, rotundate truncata; terna posteriora angustiuscula, post vix dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes longitudine subæquales. Ungulæ longæ, crassiusculæ, minus curvatæ, inermes, sub apicem leviter constrictæ, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, sesqui ferme longior quam latior, quam trun-  
cus cum capite sesqui brevior. Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo brevior; annuli quinque priores longitudine subæquales. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin vix impressus, multo latior quam longior (6: 5), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (fere 3: 4). Pedes anales quam annulus analis manifesto breviores (fere 7: 8); remus interior quam exterior paulo brevior atque latior, sublaminatus; remus exterior sublaminatus.

Long. 2 m. m.

Color albidus; oculi nigri.

Ad insulam Amboinam habitat (Holocentro cornuto affixa, Mus. Vindobon. — exempla typica cel. Koelbeli).

*I. B. Pedes paris ultimi præcedentibus abrupte longiores, pro-  
ducti, unguis subrectis.*

## ARTYSTONE.

*Artystone* Schiædte, Naturh. Tidsskr. ser. 3. vol. IV. p. 206.

*Corpus planiusculum; annulus primus trunci annulis sequentibus valde longior; annuli tres ultimi trunci ceteris multo breviores, sensim longitudine decrescentes.*

*Caput parvum, profunde immersum.*

*Oculi manifesti, mediocre.*

*Antennæ primi paris late distantes, compressiusculæ, quam caput paulo breviores; 8-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris multo longiores; 8-articulatæ.*

*Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis parvis, propendentibus.*

*Epimera longiuscula, angustiuscula vel angusta, post plus minusve dilatata; priora angulum annuli spatio majore vel minore non attingentia, posteriora angulum annuli spatio parvo superantia.*

*Pedes longiusculi, compressiusculi, paris ultimi ceteris multo longiores. Ungulae parium sex priorum longiusculæ, tenues, paulum curvatae, paris ultimi breres, cum articulo ultimo pedis conjunctim teretiusculæ, rix attenuatae, subrectæ. Carina pedum parium quattuor posteriorum leviter expressa.*

*Cauda peralte immersa.*

*Annulus analis fornicatus, subtriangulus.*

*Mas et pullus latent.*

Hoc genus a ceteris longitudine et conformatione pedum ultimi paris facillime distinguitur.

1. *Artystone trysibia.*

*Artystone trysibia* Schiødte, Naturh. Tidsskr. Ser. 3. Vol. IV. p. 206. t. XI. f. 4a—4i.

Femina ovigera.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 1—4.

Subovata, plus minusve contorta, planiuscula vel convexiuscula, annulo primo lateribusque annulorum sequentium trunci manifesto rugulose inaequatis, annulo anali scrobiculoso, sesqui ferme longior quam latior (10: 7).

Caput parvum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci ter ferme angustius (fere 3: 10), multo latius quam longius (5: 4), profunde immersum, fronte declivi, latius rotundata.

Oculi manifesti, mediocres, subtrianguli.

Antennæ primi paris compressiusculæ, attenuatae, late distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulo sexto attingentes, articulum quintum antennarum secundi paris fere explentes; 7—8-articulatæ (articulo ultimo minimo vel evanido).

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris aut multo crassiores, aut paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis parvis, propendentibus, acutiusculis; latera annuli vix constricta, leviter flexuosa.

Anguli postici annulorum trunci priorum prominuli, brevius rotundati, annulorum posteriorum vix prominuli, late rotundati.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula, angustiuscula vel angusta; bina priora post valde dilatata, latius rotundata; quaterna posteriora post paulum vel vix dilatata, breviter rotundata. Epimera paris primi, secundi, tertii angulum annuli spatio magno, per paria sensim

decrecente, non attingentia; paris quarti, quinti, sexti angulum annuli spatio parvo, per paria crescente superantia.

Pedes longiusculi, compressiusculi; parium sex priorum longitudine subæquales, paris septimi ceteris abrupte valde longiores, annulum anallem compleentes. Ungulæ parium sex priorum longiusculæ, tenues, ad basin leviter tumidæ, paulum curvatae, longitudine subæquales; paris septimi breves, cum articulo ultimo pedis conjunctim teretiusculæ, vix attenuatæ, subrectæ. Carina pedum paris septimi leviter expressa, angulo exteriore evanido, margine posteriore latius rotundato.

Cauda peralte immersa, lateribus annuli primi omnino obiectis, annuli secundi obiectis vel subliberis, annuli tertii, quarti, quinti conjunctim incurvis, divergentibus: convexiuscula, delete bisulcata, multo longior quam latior (9: 7), quam truncus cum capite multo brevior (fere 4: 5). Annulus primus majorem vel minorem partem obiectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Margo posticus annulorum quinque priorum in medio perlate sinuatus. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti prominuli, integri, rotundate obtusati.

Annulus analis fornicatus, subtriangulus, lateribus late rotundatis, delete bisinuatis, ad basin leviter bis impressus, in medio leviter carinatus, totus crasse punctatus vel subscrobiculatus, quam annulus quintus caudalis paulo latior, æque ferme longus ac latus, annulis ceteris caudalibus conjunctis plus duplo longior (fere 11: 5).

Pedes anales quam annulus analis paulo breviores; remus interior quam exterior multo brevior (fere 4: 5) et vix latior, subfalcatus, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 13, 5—17, 5 m. m.

Color cereus, maculis perminutis, perparcis, obscuris, in series transversas digestis pictus; oculi nigri.

Habitat in America meridionali. Exemplum typicum, pisci cuidam affixum, a celeb. Kröyer in flumine La Plata captum est (Mus. Haun.); exemplum alterum — in tabula nostra depictum — alicubi in Brasilia a cel. Nattero repertum est (Mus. Vindobon.).

*II. Annuli caudales coaliti vel concreti.*

**UROZEUCTES.**

Ourozeuktes Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 275.

*Corpus planiusculum vel convexiusculum; annulus primus truncus quam annuli tres sequentes abrupte longior; annuli tres ultimi truncus quam præcedentes multo breviores, sensim longitudine plus minusve decrescentes.*

*Caput parvum vel perminutum, alte vel peralte immersum.*

*Oculi manifesti, parvi vel mediocres.*

*Antennæ primi paris valde distantes, compressiusculæ, breviusculæ, quam caput vix breviores; 7-articulatae.*

*Antennæ secundi paris compressiusculæ vel subfiliformes, quam antennæ primi paris manifesto vel multo longiores; 8-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi truncus alte vel peralte sinuatus, angulis brevibus, attenuatis.*

*Epimera longiuscula vel longa, angustiuscula vel angusta, angulum annuli spatio majore vel minore non attingentia.*

*Pedes longiusculi, valde compressi atque dilatati, articulo secundo parium quattuor posteriorum valde ampliato, parium trium priorum longitudine subæquales, parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine crescentes. Ungulae longiores vel breviores, plus minusve tenues, incurvæ; paris ultimi vel paris primi et ultimi ceteris breviores.*

*Cauda alte vel peralte immersa, annulis coalitis vel concretis.*

*Annulus analis subtrigonus vel sublingulatus.*

*Pullus stadii primi:*

*Antennæ primi paris breviuscular, compressiusculæ; 7-articulatæ.*

*Antennæ secundi paris compressiuscular, quam antennæ primi paris manifesto longiores; 8-articulatæ.*

*Pedes longiusculi, magnitudine subæquales vel parium trium posteriorum sensim decrescentes. Ungulæ longæ vel perlongæ, crassiusculæ, inermes, longitudine subæquales.*

*Annulus analis lingulatus. Remus interior pedum analium quam exterior duplo pâne brevior.*

### 1. *Urozeuctes Owenii.*

*Ourozeuktes Owenii* Milne Edwards, Hist. nat. Crust. III. p. 276. t. XXXIII. f. 8.

Femina ovigera.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 5—7.

Subovatus, manifesto contortus, convexiusculus, annulo primo trunci cum lateribus annulorum sequentium leviter impresso atque rugoso, sesqui longior quam latior.

Caput minutum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci quinques angustius, vix sesqui latius quam longius, fronte declivi, ante perlata emarginata.

Oculi minimi, subovales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, perlata distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis fere superantes, articulum quintum antennarum secundi paris fere explentes vel paulum superantes; 7-articulatæ, articulis prioribus obscure discretis.

Antennæ secundi paris tenues, subfiliformes, quam antennæ primi paris fere duplo graciliores, angulum priorem annuli primi trunci articulo quarto fere attingentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis brevibus, attenuatis, acutiusculis; latera annuli leviter constricta, flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci vix prominuli, rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula vel longa, angustiuscula vel angusta; paris primi et secundi post valde dilatata, in obliquum perlate rotundata; paris tertii et quarti post paulum angustata atque geniculata, breviter rotundata; paris quinti et sexti post vix angustata, angulo postico prominulo, rotundate obtusato. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes longiusculi, valde compressi atque dilatati; parium trium priorum longitudine subæquales, conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine crescentes, conjunctim manifesto convergentes. Ungulæ breviusculæ, tenuiusculæ, incurvæ, mediae ceteris paulo longiores. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta vel peralta, per paria altitudine valde crescens, angulo exteriore evanido, margine postico brevius rotundato. Articulus secundus pedum parium quattuor posteriorum valde dilatatus, paris quarti, quinti, sexti per paria sensim magis ampliatus, paris ultimi ceteris abrupte amplior.

Cauda profunde immersa, delete articulata, lateribus annulorum quinque priorum obtectis, annuli tertii, quarti, quinti conjunctim leviter rotundatis, manifesto convergentibus: manifesto bisulcata, multo longior quam latior (5: 4), quam truncus cum capite multo brevior (4: 5). Annulus primus majorem vel minorem partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus longitudine subæquales, quam annulus quintus manifesto breviores. Suturæ annulorum quinque priorum latissime sinuatæ. Anguli postici annuli secundi, tertii, quarti, quinti manifesto expressi, prominuli, breviter rotundati.

Annulus analis subtriangulus, lateribus late rotundatis, in longitudinem manifesto rugulosus, quam annulus quintus candalis paulo latior (5: 4), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo longior. Pedes anales quam annulus analis sesqui breviores; remus interior quam exterior paulo longior et duplo ferme latior, producte laminatus vel paulum rotundate obtusatus; remus exterior anguste laminatus, rotundate obtusatus. Lamina interior pedum caudalium paris primi latus caudæ obvolvens, annulum analem paulum superans.

Long. 35—40 m. m.

Color cereus, plaga media annuli analis fuscescens; oculi nigri.

Oras Novæ Hollandiæ hæc species habitat. Ad Adelaide (Mus. Berol.); ad Sidney inter navigationem »Novarae« capta (Mus. Vindobon., cfr. Heller, Reise Novarae, Crust. p. 148); præterea exemplum typicum celeb. Milne Edwardsii (Mus. Paris., sine indicatione patriæ) examinavimus. Exemplum quartum, cuius patria America meridionalis esse dicitur (an vere?), in Museo Godeffroyano Hamburgi asservatur.

## 2. *Urozeuctes Monacanthi n.*

Femina ovigera.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 8—9.

Subovatus, manifesto contortus, planiusculus, annulo primo trunci cum lateribus annulorum sequentium leviter impressis atque rugulosis, vix sesqui longior quam latior. Caput minutum, subtrigonum, quam annulus quartus trunci quater vel quinques angustius (2: 9), multo latius quam longius (fere 4: 3), profundius immersum, fronte in æquum ferme porrecta, late emarginata.

Oculi mediocres, subrhomboidales.

Antennæ primi paris compressiusculæ, valde distantes, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes, articulum sextum antennarum secundi paris vix expletæ; 7-articulatæ, articulis binis prioribus obscure discretis.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, annulum priorem annuli primi trunci articulo quinto attingentes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci alte sinuatus, angulis brevibus, attenuatis, obtusiusculis; latera annuli vix constricta, leviter flexuosa.

Anguli postici annulorum priorum trunci vix prominuli, rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula, longiuscula vel longa, angustiuscula vel angusta; bina priora post multum dilatata, in obliquum late rotundata; quaterna posteriora geniculata, post rotundate obtusata. Epimera angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes longiusculi, valde compressi atque dilatati; parium trium priorum longitudine subæquales, conjunctim valde divergentes, parium quattuor posteriorum per paria sensim longitudine crescentes, conjunctim paulum divergentes. Ungulæ longæ, tenues, incurvæ, paris ultimi ceteris manifesto breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum alta vel peralta, per paria altitudine valde crescens, angulo exteriore evanido, margine posteriore brevius rotundato. Articulus secundus pedum parium quattuor posteriorum valde dilatatus, per paria magnitudine valde crescens, vel paris ultimi ceteris abrupte amplior.

Cauda peralte immersa, obsolete articulata, lateribus annulorum quinque priorum obtectis, annuli tertii, quarti, quinti conjunctim subrectis, manifesto convergentibus: manifesto bisulcata, vix sesqui longior quam latior, quam truncus cum capite plus sesqui brevior (3: 5). Annuli quinque priores obsolete discreti. Anguli postici annuli

tertii, quarti, quinti manifesto expressi, prominuli, breviter rotundati.

Annulus analis subtriangulus, lateribus late rotundatis, ad basin leviter impressus, in longitudinem delete rugulosus, quam annulus quintus caudalis paulo angustior, paulo longior quam latior (11: 10), annulis ceteris caudalibus conjunctis paulo longior. Pedes anales quam annulus analis multo breviores (4: 5); remus interior quam exterior multo brevior atque latior, producte laminatus; remus exterior anguste laminatus, rotundate obtusatus. Lamina interior pedum caudalium paris primi latus caudæ obvolvens, annulum analem vix complens, apice remorum libero.

Long. 24 m. m.

Color cereus, vitta media dorsali plagaque media annuli analis fuscescens, punctis nigris, in series transversas subdigestis crebratus; oculi nigri.

### Pullus stadii primi.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 10.

Producte subovatus, convexiusculus, bis terve longior quam latior (5: 2), laeviusculus.

Caput permagnum, subtrapezoideum, quam annulus quartus trunci sesqui ferme angustius, sesqui latius quam longius, paulum immersum, fronte declivi, margine medio leviter sinuato.

Oculi magni, subpentagoni, laeviusculi, dimidia ferme parte latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci articulis binis ultimis superantes, articulū sextum antennarum secundi paris fere explentes; 7-articulatæ.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris multo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulis ternis ultimis superantes; 8-articulatae.

Margo anticus annuli primi trunci late sinuatus vel obsolete trisinuatus.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, rotundati.

Epimera subpendula, breviuscula; bina priora latiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundata; terna posteriora angustiuscula vel angusta, post paulum dilatata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio parvo non attingentia.

Pedes breviusculi, longitudine subæquales, vel parium trium posteriorum sensim longitudine decrescentes. Ungulæ longæ, crassiusculæ, incurvæ, inermes, sub apicem leviter constrictæ, longitudine subæquales.

Cauda sublibera, sesqui ferme longior quam latior, quam truncus cum capite multo brevior (4:5). Annulus primus quam annulus ultimus trunci paulo brevior; annuli quattuor priores longitudine subæquales, quam annulus quintus fere sesqui breviores. Latera annulorum quinque priorum breviter rotundata.

Annulus analis lingulatus, ad basin impressus, paulo latior quam longior (11:8), annulis ceteris caudalibus conjunctis multo brevior (4:5). Pedes anales quam annulus analis multo longiores (3:2); remus interior quam exterior duplo pæne brevior (fere 5:9), at paulo latior (11:10), foliaceus, in margine verrucis pluribus perminutis ornatus.

Long. 2,8 m. m.

Color albidus, limbo corporis vitta media, angusta, dorsali obscurioribus, maculis magnis, racemosis, nigris, in series transversas digestis pictus, annulo anali præter basin immaculato; oculi nigri.

Specimen, a nobis investigatum, femina cum pullis in bursa inclusis, a cel. Solander ad Sidney Novæ Hollandiæ e cavitate abdominali<sup>u</sup> [?] Monacanthi vittati promptum est (Mus. Vindobon.).

3. *Urozeuctes caudatus n.*

Femina ovigera.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 11—12.

Subobconicus, vix contortus, convexiusculus, annulo primo trunci lateribusque annulorum sequentium profunde impressis atque rugosis, sesqui ferme longior quam latior. Caput minutum, subconice orbiculatum, quam annulus quartus trunci sexies angustius, æque fere longum ac latum, peralte immersum, fronte declivi, ante latissime emarginata. Oculi manifesti, minuti, rotundati.

Antennæ primi paris compressiusculæ, attenuatæ, valde distantes, oculos articulis binis ultimis superantes, articulum septimum antennarum secundi paris explentes; 7-articulatæ, articulis binis prioribus manifesto discretis.

Antennæ secundi paris subfiliformes, quam antennæ primi paris fere duplo tenuiores, oculos articulis ternis ultimis superantes; 8-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci peralte sinuatus, angulis perbrevibus, angustatis, acutiusculis; latera annuli non constricta, breviter rotundata.

Anguli postici annulorum trunci non prominuli, priorum latius rotundati, posteriorum fere evanidi.

Epimera subpendula vel subincurva, longiuscula; paris primi et secundi angustiuscula, post valde dilatata, in obliquum rotundate truncata; paris tertii angustiuscula, post valde dilatata vel geniculata, latius rotundata; paris quarti, quinti, sexti angusta, post paulum dilatata, geniculata, breviter rotundata. Epimera angulum annuli spatio magno, per paria sensim decrescente, non attingentia.

Pedes longiusculi, valde compressi atque dilatati; parium trium priorum longitudine subæquales, conjunctim valde divergentes; parium quattuor posteriorum per paria longitudine manifesto crescentes, conjunctim manifesto convergentes. Ungulæ longæ, tenues, incurvæ, paris

ulti<sup>m</sup>i ceteris paulo breviores. Carina pedum parium quattuor posteriorum plus minusve alta, per paria altitudine valde crescens, angulo exteriore evanido, margine postico latius rotundato. Articulus secundus pedum parium quattuor posteriorum valde dilatatus, parium trium ultimorum sensim magis ampliatus, paris ultimi ceteris abrupte amplior.

Cauda profunde immersa, annulis coalitis, subrhomboidalis, manifesto bisulcata, multo longior quam latior (fere 9:7), quam truncus cum capite vix brevior.

Annulus analis cum annulis præcedentibus caudæ plane concretus, præter basin crebro in longitudinem rugulosus. Pedes anales apicem annuli non completes; remus interior quam exterior vix longior, at paulo latior, cultriformis; remus exterior cultriformis. Lamina interior pedum caudalium paris primi latus caudæ latius obvolvens, apicem annuli multum superans.

Long. 24 m. m.

Color cereus vel flavus, plaga media annuli australis nigricante.

Specimen, male conservatum, a cel. Schomburgk ad Adelaide Novæ Hollandiæ captum, in Museo Berolinensi asservatur.

## ADDITAMENTA.

4. *Rocinela maculata.*

*Rocinela maculata* S. & M., Symb. ad monogr. Cym. Naturh. Tidsskr. Ser. 3. vol. XII. p. 393.

Virgo.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 13.

Producte ovalis, supra præter puncturam ordinariam punctis minutis, raris sparsa; annulus analis ad basin balteo interrupto, fuscescente notatus.

Frons triangula, apice late obtusa, supra æquata.

Lamina frontalis minuta, anguste rhomboidalis.

Antennæ primi paris articulis ternis ultimis angulum priorem annuli primi trunci superantes, scapo dimidiā partem articuli tertii antennarum secundi paris vix explentes, flagello dimidiā partem articuli quarti antennarum secundi paris paulum superantes; flagellum 6-articulatum, articulo primo quam sequentibus vix longiore, articulo ultimo ceteris abrupte minore.

Antennæ secundi paris epimerum primum explentes; flagellum 14-articulatum.

Segmentum dorsale annuli primi trunci ante levissime bisinuatum.

Epimera majuscula, angustiuscula; anguli postici epimerorum posteriorum acutiusculi, producti; epimerum ultimum quattuor partes annuli primi caudalis explens.

Pedes prensorii breviusculi; femora aculeis ternis, brevibus, crassiusculis, obtusis armata; tarsi in acie aculeis quaternis, longis, acutis instructi; ungulæ majusculæ, crassiusculæ, quadricarinatæ, incurvæ, inter se subæquales.

Pedes gressorii longiusculi, crassiusculi, breviter spinulosi.

Annulus primus caudalis magnam partem obtectus.  
 Annulus analis breviter lingulatus, ad basin profunde bis impressus, obsolete carinatus. Pedes anales longiusculi, mediocres; remus interior quam exterior paulo longior et manifesto angustior, post breviter rotundatus.  
 Long. 37 m. m.

Exemplum descriptum ad Kamtschatkam captum est (Mus. Christian.).

## 21. *Nerocila fluviatilis.*

*Nerocila fluviatilis* S. & M. Symb. ad monogr. Cym. Naturh. Tidsskr. Ser. 3. vol. XIII. p. 66.

Duo exempla virginea a cel. Nattero ab Inisanga, Brasiliæ, anno 1822 Museo Vindobonensi redacta sunt.

## RENOCILA.

*Renocila* Miers, On Malayan Crust., Ann. mag. nat. hist. ser. 5. vol. V. (1880). p. 464.

*Corpus relaxum, convexiusculum.*

*Frons prosiliens, declivis, fornicata, scapos antennarum magnam partem obtegens.*

*Oculi minuti, plus minusve obscure definiti.*

*Antennæ primi paris rectæ, longiusculæ, late distantes, plus minusve dilatatae, 6—7-articulatae; scapus obscure definitus.*

*Antennæ secundi paris breves, compressiusculæ; 8-articulatae.*

*Margo anticus annuli primi trunci minus alte sinuatus, sinibus lateralibus plus minusve evanidis.*

*Anguli postici annuli primi trunci prominuli vel producti; anguli postici annulorum trium sequentium plus minusve pro-*

*minuli, annulorum trium ultimorum longe producti, per paria longitudine valde crescentes.*

*Epimera subpendula, longiuscula vel longa; bina priora angulum annuli spatio majore vel minore superantia; quaterna posteriora angulum annuli spatio magno vel maximo, per paria sensim crescente, superantia.*

*Pedes longiusculi, paris ultimi ceteris manifesto longiores. Unigulæ parium quatuor priorum perlanguæ, tenuiusculæ vel graciles, geniculatæ; parium trium posteriorum longæ, crassiusculæ, incurvæ.*

*Cauda plus minusve profunde immersa. Latera annulorum quinque priorum angulo inferiore, minore, obtusiore instructa. Articulus basalis pedum caudalium lamella appendiculari carens. Remus interior pedum secundi paris integer.*

*Annulus analis brevis. Pedes anales annulum analem longitudinaline subæquantes vel non attingentes; remus interior quam exterior plus minusve brevior.*

*Mas et pullus latent.*

Hoc genus nostrum sine dubio idem est ac genus Renocilæ cel. Miers, etsi antennis primi paris Renocilæ ovatæ articulos octonos tribuit; discrimen tamen in hac re sola pendet, quod nos articulum primum, etsi fortasse ex articulis binis coalitum, singulum aestimamus; quo modo articulus tertius, amplius Miersii nobis secundus fit.

Genus Renocilæ generi Nerocilæ, nec generi Anilocræ, ut opinatur cel. Miers, proximum; a genere Nerocilæ tamen facile structura et ratione antennarum, praeter plura, distinguitur.

1. *Renocila ovata.*

*Renocila ovata* Miers, On Malayan Crust. Ann. mag. nat. hist. Ser. 5. vol. V. (1880). p. 464. t. XV. f. 11—14.

## Femina ovigera.

Producte subovalis, vix duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subpentagonum, quam annulus quartus truncus vix ter angustius, paulo latius quam longius (fere 7:6), minus profunde immersum, fronte rotundate truncata.

Oculi ægre discernendi, minuti, rotundati.

Antennæ primi paris valde dilatatae, perlate distantes, dimidiatae partem lateris annuli primi truncus fere explentes, articulis quaternis ultimis antennas secundi paris superantes; 7-articulatae, articulo primo longissimo, secundo amplissimo, ultimo minuto, subcylindrico.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris plures tenuiores, articulis binis ultimis angulum priorem annuli primi truncus superantes; 8-articulatae, articulis ternis ultimis ægre discernendis.

Margo anticus annuli primi truncus minus alte sinuatus.

Anguli postici annuli primi truncus longe producti, obtusiusculi; annulorum sex sequentium prominuli vel producti, per paria longitudine valde crescentes, obtusiusculi. Anguli annuli septimi angulum superiorem annuli quinti caudalis manifesto superantes.

Epimera subpendula, longiuscula; bina priora latiuscula, post angustata, obtusata; quaterna posteriora longiuscula, post attenuata, acutiuscula. Epimera bina priora angulum annuli spatio majore superantia; quaterna posteriora angulum annuli spatio magno vel maximo, per paria valde crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine crescentes, paris ultimi ceteris abrupte longiores. Ungulæ parium quattuor priorum perlongæ, tenuiusculæ, genicu-

latae; parium trium posteriorum longæ, crassiusculæ, incurvæ.

Cauda profunde immersa, lateribus annuli primi obtectis, multo longior quam latior (19: 16), quam truncus cum capite fere sesqui brevior (fere 7: 11). Annulus primus annulum tertium et quartum longitudine æquans, quam annulus secundus et quintus manifesto brevior. Anguli superiores annuli secundi, tertii, quarti, quinti paulum prominuli, acutiusculi vel obtusiusculi, per paria sensim longitudine crescentes magisque obtusati. Anguli inferiores annuli secundi, tertii, quarti paulum prominuli, obtusi, per paria sensim longitudine crescentes minusque obtusati.

Annulus analis in transversum subovalis, ad basin obscure impressus, in medio sulcatus atque obscure carinatus, multo longior quam latior (fere 6: 5), ceteris annulis caudalibus conjunctis sesqui longior. Pedes anales annulo anali multo breviores (fere 7: 10); remus interior quam exterior manifesto brevior et vix latior, attenuatus, acutiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusiusculus.

Long. 24 m. m.

Color olivaceus.

Exemplum, ad Amboinam a cel. Dr. Doleschall captum, in Museo Vindobonensi asservatur.

## 2. *Renocila Indica* n.

### *Virgo adolescens.*

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 14—16.

Subovalis, paulum contorta, plus sesqui longior quam latior (fere 5: 3).

Caput mediocre, subrhomboideale, quam annulus quartus trunci plus ter angustius (fere 3: 10), multo latius quam longius

(fere 4:3), minus profunde immersum, fronte utrinque profundius sinuata, ante late rotundata.

Oculi sat manifesti, subpiriformes.

Antennæ primi paris dilatatae, perlate distantes, angulum posteriore annuli primi trunci vix explentes, articulis ternis ultimis antennas secundi paris superantes; 6-articulatae, articulo primo longo, secundo amplissimo, articulis sequentibus sensim altitudine et longitudine decrescentibus, articulo septimo evanescente.

Antennæ secundi paris compressiusculæ, quam antennæ primi paris plus duplo tenuiores, duas quintas partes lateris annuli primi trunci explentes; 8-articulatae, articulis ternis ultimis manifesto discretis.

Margo anticus annuli primi trunci in medio late, ad angulos leviter sinuatus.

Anguli postici annuli primi trunci manifesto prominuli, obtusi; annulorum trium sequentium vix prominuli vel fere evanidi; annulorum trium ultimorum longe producti, per paria longitudine valde crescentes, obtusiusculi. Anguli annuli septimi angulum superiore annuli tertii caudalis fere compleentes vel paulum superantes.

Epimera subpendula, longiuscula vel angustiuscula, obtusiuscula vel acutiuscula, per paria sensim longitudine atque latitudine decrescentia magisque acutata. Epimera bina priora angulum annuli spatio magno superantia; quaterna posteriora spatio magno vel permagno, per paria valde crescente, non attingentia.

Pedes parium sex priorum per paria sensim longitudine crescentes, paris ultimi ceteris abrupte longiores. Ungulæ parium quattuor priorum perlongæ, graciles, geniculatae; parium trium posteriorum longæ, tenuiusculæ, incurvæ.

Cauda minus profunde immersa, lateribus annuli primi subliberis, manifesto longior quam latior (7:6), quam trun-  
cus cum capite plus sesqui brevior (5:8). Annulus primus, tertius, quintus longitudine subæquales, quam annulus secundus paulo breviores, quam annulus quartus paulo longiores. Anguli superiores annulorum quinque

priorum prominuli vel producti, per paria sensim longitudine crescentes magisque acuti. Anguli inferiores annularum quattuor priorum prominuli vel producti, per paria sensim longitudine crescentes, priores obtusi, posteriores acutiusculi.

Annulus analis brevissime lingulatus, ad basin impressus, obscure canaliculatus, fere sesqui latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis vix brevior. Pedes anales annulum analem longitudine subæquantes; remus interior quam exterior multo brevior et paulo angustior, obtusiusculus; remus exterior subfalcatus, obtusus.

Long. 18 m. m.

Color olivaceus, maculis minutis, crebris, nigricantibus, in series transversas subdigestis sparsus; oculi nigricantes.

Ad oras meridionales insulæ Iavæ capta (celeb. Stein-dachner, Mus. Vindobon.).

### 2—3. *Braga Patagonica* n.

Virgo adolescens.

Tab. XVIII. (Cym. XXXVI). Fig. 17—18.

Subovalis, manifesto contorta, duplo longior quam latior.

Caput mediocre, subtriangulum, lateribus manifesto emarginatis, quam annulus quartus trunci vix ter angustius, æque longum ac latum, leviter immersum, fronte longe producta, breviter rotundata.

Oculi parvi, subovales, æquati, tribus partibus latitudinis capitidis distantes.

Antennæ primi paris compressiusculæ, angulum priorem annuli primi trunci procul attingentes, articulum sextum antennarum secundi paris fere attingentes; 8-articulatæ.

Antennæ secundi paris teretiusculæ, quam antennæ primi paris paulo tenuiores, angulum priorem annuli primi trunci articulo penultimo attingentes; 9-articulatæ.

Margo anticus annuli primi trunci manifesto trisinuatus, sinibus fere æque profundis.

Anguli postici annulorum quattuor priorum trunci non prominuli, late vel latissime rotundati; parium trium posteriorum fere evanidi. Anguli annuli septimi angulum posticum annuli secundi caudalis fere explentes.

Epimera subinvoluta; bina priora latiuscula, in obliquum rotundate truncata; quaterna posteriora angustiuscula, post multum dilatata, per paria sensim brevius rotundata. Epimera quaterna priora angulum annuli spatio majore vel minore, per paria sensim decrescente, non attingentia; bina posteriora angulum annuli fere explentia.

Pedes paris ultimi ceteris vix longiores nec tenuiores. Ungulæ longæ, crassiusculæ (paris tertii et septimi in specimine examinato caducæ).

Cauda ad basin obtecta, multo latior quam longior (fere 5: 4), quam truncus cum capite procul duplo brevior (5: 9). Annulus primus maximam partem obtectus; annulus secundus, tertius, quartus sensim longitudine crescentes; annulus quintus annulo quarto fere duplo longior. Anguli postici annulorum quinque priorum prominuli, obtusi.

Annulus analis brevissime cordatus, ad basin et latera manifesto impressus, vix carinatus, duplo latior quam longior, annulis ceteris caudalibus conjunctis vix duplo longior. Pedes anales annulo anali paulo breviores; remus interior quam exterior multo brevior et vix latior, subovalis, apicem annuli procul attiugens; remus exterior producte ovalis.

Long. 20 m. m.

Color flavus, maculis minutis, obscuris, in series transversas subdigestis ornatus.

Specimen exsiccatum et male conservatum, ad oras Patagoniæ prope flumen Rio Negro captum, Museo Hauniensi a cel. Carolo Berg donatum est.

Finito iam hoc opere multorum annorum minime nos fallit, de formis systematice definiendis hic illic iure ambigi posse, quia multa horum animalium, quo longius a symmetria partium recedunt, eo incertioribus signis dignoscuntur, ita ut sæpe arbitrio solo diiudicari possit, qua ratione genera accipienda sint ac definienda. Qua formarum ambiguitate etiam descriptiones affectæ sunt, quas non semper licuit tam exactas dare, quam vellemus. Sed quidquid id est, hoc tamen assecuti esse videmur, ut amplissima materia adiuti, quæ nobis a plurimis institutis commissa est, notitiam specierum atque generum horum animalium rerumque ad sexum ætatemque eorum pertinentium haud mediocriter promoveremus. Itaque quamquam confitemur, operi nostro multum deesse\*), id tamen solatio est, quod nobis concii sumus, nos copia nobis credita pro viribus usos esse. In nominibus locorum aliquot longinquorum parumque notorum indicandis, quæ ab iis, qui animalia conquisiverant nobiscum communicata erant, vix fieri potuit, quin interdum erraremus, quamquam in lexicis tabulisque geographicis consulendis nihil laboris omissum est. De compluribus pisceum nominibus idem dicendum est, quamquam hac in parte benevolo auxilio Christiani Luetken, dr. phil., ichthyologi peritissimi, uti poteramus.

---

\*) Genus nostrum *Lathraena* forte stadium juvenile speciei cuiusdam Livonecidarum est.

## EXPLICATIO FIGURARUM.

*Tab. VI. (Cym. XXIV).*

Fig. 1-2. *Cymothoa frontalis* Milne Edw. Femina ovigera.

- » 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- » 2. Truncus, obliquus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 3-4. *Cymothoa curta* n. Femina ovigera.

- » 3. Femina ovigera, prona.  $\frac{7}{3}$ .
- » 4. Truncus, obliquus.  $\frac{7}{3}$ .

Fig. 5-6. *Cymothoa curta* n. Mas adultus.

- » 5. Mas adultus, pronus.  $\frac{4}{1}$ .
- » 6. Truncus, obliquus.  $\frac{4}{1}$ .

Fig. 7-8. *Cymothoa exigua* n. Femina ovigera.

- » 7. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- » 8. Truncus, obliquus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 9-10. *Cymothoa Brasiliensis* n. Femina ovigera.

- » 9. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- » 10. Truncus, obliquus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 11-12. *Cymothoa excisa* Perty. Femina ovigera.

- » 11. Femina ovigera, prona.  $\frac{1}{1}$ .
- » 12. Truncus, obliquus.  $\frac{1}{1}$ .

Fig. 13-14. *Cymothoa excisa* Perty. Mas adultus.

- » 13. Mas adultus, pronus.  $\frac{2}{1}$ .
- » 14. Truncus, obliquus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 15-16. *Cymothoa excisa* Perty. *Pullus stadii secundi.*

» 15. *Pullus, pronus.*  $^{20}/_1$ .

» 16. *Ungula pedis paris tertii.*  $^{90}/_1$ .

Fig. 17-18. *Cymothoa Gerris* n. *Femina ovigera.*

» 17. *Femina ovigera, prona.*  $^{16}/_7$ .

» 18. *Truncus, obliquus.*  $^{16}/_7$ .

Fig. 19-20. *Cymothoa Ianuarii* n. *Virgo.*

» 19. *Virgo, prona.*  $^{7}/_4$ .

» 20. *Truncus, obliquus.*  $^{7}/_4$ .

### *Tab. VII. (Cym. XXV).*

Fig. 1-2. *Cymothoa limbata* n. *Virgo.*

» 1. *Virgo, prona.*  $^{7}/_3$ .

» 2. *Truncus, obliquus.*  $^{7}/_3$ .

Fig. 3-4. *Cymothoa Eremita* Bruenn. *Femina ovigera, typica.*

» 3. *Femina ovigera, typica, prona.*  $^{1}/_1$ .

» 4. *Truncus, obliquus.*  $^{1}/_1$ .

Fig. 5. *Cymothoa Eremita* Bruenn. *Femina ovigera, vetula.*

» 5. *Femina ovigera, vetula, prona.*  $^{1}/_1$ .

Fig. 6-7. *Cymothoa Eremita* Bruenn. *Femina ovigera, juvenilis.*

» 6. *Femina ovigera, juvenilis, prona.*  $^{5}/_3$ .

» 7. *Truncus, obliquus.*  $^{5}/_3$ .

Fig. 8-9. *Cymothoa Eremita* Bruenn. *Mas adultus, typicus.*

» 8. *Mas adultus, typicus, pronus.*  $^{3}/_2$ .

» 9. *Truncus, obliquus.*  $^{3}/_2$ .

Fig. 10-11. *Cymothoa Eremita* Bruenn. *Mas juvenilis.*

» 10. *Mas juvenilis*, pronus.  $7/3$ .

» 11. *Truncus*, obliquus.  $7/3$ .

Fig. 12-13. *Cymothoa Eremita* Bruenn. *Pullus stadii secundi.*

» 12. *Pullus*, pronus.  $15/1$ .

» 13. *Ungula pedis paris primi*.  $90/1$ .

### *Tab. VIII. (Cym. XXVI).*

Fig. 1-2. *Cymothoa Indica* n. *Femina ovigera.*

» 1. *Femina ovigera*, prona.  $9/5$ .

» 2. *Truncus*, obliquus.  $9/5$ .

Fig. 3-4. *Cymothoa Indica* n. *Mas adultus.*

» 3. *Mas adultus*, pronus.  $4/1$ .

» 4. *Truncus*, obliquus.  $4/1$ .

Fig. 5-6. *Cymothoa Oestrum* Linn. *Femina ovigera, typica.*

» 5. *Femina ovigera*, typica, prona.  $1/1$ .

» 6. *Truncus*, obliquus.  $1/1$ .

Fig. 7. *Cymothoa Oestrum* Linn. *Femina ovigera, vetula.*

» 7. *Femina ovigera*, vetula, prona.  $1/1$ .

Fig. 8-9. *Cymothoa Oestrum* Linn. *Mas adultus.*

» 8. *Mas adultus*, pronus.  $2/1$ .

» 9. *Truncus*, obliquus.  $2/1$ .

Fig. 10-12. *Cymothoa Oestrum* Linn. *Pullus stadii secundi.*

» 10. *Pullus*, pronus.  $17/1$ .

» 11. *Pes paris primi*, obliquus.  $45/1$ .

» 12. *Ungula pedis paris primi*.  $90/1$ .

Fig. 13. *Cymothoa Oestrum* Linn. *Pullus stadii primi.*

» 13. *Pullus*, pronus.  $20/1$ .

## Tab. IX. (Cym. XXVII).

Fig. 1-2. *Cymothoa plebeia* n. Femina ovigera.

- » 1. Femina ovigera, prona.  $^{13}/_7$ .
- » 2. Truncus, obliquus.  $^{13}/_7$ .

Fig. 3-4. *Cymothoa truncata* n. Femina ovigera, typica.

- » 3. Femina ovigera, typica, prona.  $^{3}/_2$ .
- » 4. Truncus, obliquus.  $^{4}/_3$ .

Fig. 5. *Cymothoa truncata* n. Femina ovigera, vetula.

- » 5. Femina ovigera, vetula, prona.  $^{1}/_1$ .

Fig. 6-7. *Cymothoa truncata* n. Mas adultus.

- » 6. Mas adultus, pronus.  $^{2}/_1$ .
- » 7. Truncus, obliquus.  $^{2}/_1$ .

Fig. 8. *Cymothoa truncata* n. Pullus stadii secundi.

- » 8. Pullus, pronus.  $^{18}/_1$ .

Fig. 9-10. *Cymothoa eximia* n. Femina ovigera.

- » 9. Femina ovigera, prona.  $^{1}/_1$ .
- » 10. Truncus, obliquus.  $^{1}/_1$ .

Fig. 11. *Cymothoa eximia* n. Pullus stadii primi.

- » 11. Pullus, pronus.  $^{15}/_1$ .

## Tab. X. (Cym. XXVIII).

Fig. 1-2. *Cymothoa Rhina* n. Femina ovigera.

- » 1. Femina ovigera, prona.  $^{11}/_7$ .
- » 2. Truncus, obliquus.  $^{11}/_7$ .

Fig. 3-4. *Cymothoa Rhina* n. Mas adultus.

- » 3. Mas adultus, pronus.  $^{3}/_1$ .
- » 4. Truncus, obliquus.  $^{3}/_1$ .

Fig. 5-6. *Cymothoa globosa* n. *Virgo*.

- „ 5. *Virgo*, prona.  $^{2/1}$ .
- „ 6. *Truncus*, obliquus.  $^{2/1}$ .

Fig. 7-8. *Cymothoa Bourbonica* n. *Virgo*.

- „ 7. *Virgo*, prona.  $^{1/1}$ .
- „ 8. *Truncus*, obliquus.  $^{1/1}$ .

Fig. 9-10. *Cymothoa Bourbonica* n. *Mas adultus*.

- „ 9. *Mas adultus*, pronus.  $^{3/1}$ .
- „ 10. *Truncus*, obliquus.  $^{3/1}$ .

Fig. 11-12. *Telotha Henselii* Mart. *Femina ovigera*.

- „ 11. *Femina ovigera*, prona.  $^{2/1}$ .
- „ 12. *Truncus*, obliquus.  $^{2/1}$ .

Fig. 13-14. *Telotha lunaris* n. *Femina ovigera*.

- „ 13. *Femina ovigera*, prona.  $^{11/7}$ .
- „ 14. *Truncus*, obliquus.  $^{11/7}$ .

Fig. 15. *Telotha lunaris* n. *Pullus stadii primi*.

- „ 15. *Pullus*, pronus.  $^{20/1}$ .

### *Tab. XI. (Cym. XXIX).*

Fig. 1-2. *Enispa irregularis* Blkr. *Femina ovigera*.

- „ 1. *Femina ovigera*, prona.  $^{2/1}$ .
- „ 2. *Truncus*, obliquus.  $^{2/1}$ .

Fig. 3-4. *Enispa irregularis* Blkr. *Mas adolescens*.

- „ 3. *Mas adolescens*, pronus.  $^{7/2}$ .
- „ 4. *Truncus*, obliquus.  $^{7/2}$ .

Fig. 5-6. *Ichthyoxenus Jellinghausii* Herkl. *Femina ovigera*.

- „ 5. *Femina ovigera*, prona.  $^{2/1}$ .
- „ 6. *Truncus*, obliquus.  $^{2/1}$ .

Fig. 7-8. *Ichthyoxenus Jellinghausii* Herkl. Mas adultus.

» 7. Mas adultus, pronus.  $\frac{4}{1}$ .

» 8. Truncus, obliquus.  $\frac{4}{1}$ .

Fig. 9. *Ichthyoxenus Jellinghausii* Herkl. Pullus stadii secundi.

» 9. Pullus, pronus.  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 10-11. *Ichthyoxenus montanus* n. Femina ovigera, typica.

» 10. Femina ovigera, typica, prona.  $\frac{7}{3}$ .

» 11. Truncus, obliquus.  $\frac{7}{3}$ .

Fig. 12-13. *Ichthyoxenus montanus* n. Femina ovigera, varians.

» 12. Femina ovigera, varians, prona.  $\frac{11}{4}$ .

» 13. Truncus, obliquus.  $\frac{11}{4}$ .

Fig. 14-15. *Ichthyoxenus montanus* n. Mas adultus.

» 14. Mas adultus, pronus.  $\frac{16}{3}$ .

» 15. Truncus, obliquus.  $\frac{16}{3}$ .

Fig. 16-17. *Ichthyoxenus montanus* n. Mas junior.

» 16. Mas junior, pronus.  $\frac{7}{1}$ .

» 17. Truncus, obliquus.  $\frac{7}{1}$ .

### *Tab. XII. (Cym. XXX).*

Fig. 1-2. *Catoëssa scabrida* Mart. Femina ovigera, in evol.

» 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{5}{2}$ .

» 2. Truncus, obliquus.  $\frac{5}{2}$ .

Fig. 3-4. *Cinusa Tetrodontis* n. Femina ovigera.

» 3. Femina ovigera, prona.  $\frac{8}{5}$ .

» 4. Truncus, obliquus.  $\frac{8}{5}$ .

Fig. 5-6. *Cinusa Tetrodontis* n. Mas adultus.

» 5. Mas adultus, pronus.  $\frac{2}{1}$ .

» 6. Truncus, obliquus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 7. *Cinusa Tetrodontis* n. *Pullus stadii secundi.*  
 " 7. *Pullus, pronus.*  $\frac{8}{1}$ .

Fig. 8-9. *Rhiothra Callipia* n. *Femina ovigera.*  
 " 8. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{4}{3}$ .  
 " 9. *Truncus, obliquus.*  $\frac{4}{3}$ .

Fig. 10-11. *Rhiothra Callipia* n. *Virgo adolescens.*  
 " 10. *Virgo adolescens, prona.*  $\frac{8}{3}$ .  
 " 11. *Truncus, obliquus.*  $\frac{8}{3}$ .

Fig. 12-13. *Rhiothra Callipia* n. *Mas adolescens.*  
 " 12. *Mas adolescens, pronus.*  $\frac{4}{1}$ .  
 " 13. *Truncus, obliquus.*  $\frac{4}{1}$ .

*Tab. XIII. (Cym. XXXI).*

Fig. 1-3. *Agarna carinata* n. *Femina ovigera.*  
 " 1. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{5}{3}$ .  
 " 2. *Femina ovigera, a latere sinistro exhibita, artubus omissis.*  $\frac{5}{3}$ .  
 " 3. *Femina ovigera, a latere dextro exhibita, artubus omissis.*  $\frac{5}{3}$ .

Fig. 4-5. *Agarna carinata* n. *Mas adultus.*  
 " 4. *Mas adultus, pronus.*  $\frac{19}{7}$ .  
 " 5. *Truncus, obliquus.*  $\frac{19}{7}$ .

Fig. 6. *Agarna carinata* n. *Pullus stadii primi.*  
 " 6. *Pullus, pronus.*  $\frac{25}{1}$ .

Fig. 7-8. *Idusa Plagusiae* n. *Femina ovigera.*  
 " 7. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{7}{2}$ .  
 " 8. *Truncus, obliquus.*  $\frac{7}{2}$ .

Fig. 9-10. *Elthusa emarginata* Blkr. *Femina ovigera.*  
 " 9. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{3}{2}$ .  
 " 10. *Truncus, obliquus.*  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 11-12. *Livoneca Panamensis* n. Femina ovigera.

- " 11. Femina ovigera, prona.  $\frac{3}{2}$ .
- " 12. Truncus, obliquus.  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 13-14. *Livoneca Panamensis* n. Mas adultus.

- " 13. Mas adultus, pronus.  $\frac{3}{11}$ .
- " 14. Truncus, obliquus.  $\frac{3}{11}$ .

*Tab. XIV. (Cym. XXXII).*

Fig. 1-2. *Livoneca vulgaris* Stimp. Femina ovigera.

- " 1. Femina ovigera, prona.  $\frac{3}{2}$ .
- " 2. Truncus, obliquus.  $\frac{3}{2}$ .

Fig. 3-4. *Livoneca vulgaris* Stimp. Mas adultus.

- " 3. Mas adultus, pronus.  $\frac{4}{1}$ .
- " 4. Truncus, obliquus.  $\frac{4}{1}$ .

Fig. 5. *Livoneca vulgaris* Stimp. Pullus stadii primi.

- " 5. Pullus, pronus.  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 6-7. *Livoneca Redmanni* Leach. Femina ovigera.

- " 6. Femina ovigera, prona.  $\frac{2}{1}$ .
- " 7. Truncus, obliquus.  $\frac{2}{1}$ .

Fig. 8-12. *Livoneca Redmanni* Leach. Virgo junior.

- " 8. Virgo junior, prona.  $\frac{17}{4}$ .
- " 9. Antenna primi paris.  $\frac{15}{1}$ .
- " 10. Antenna secundi paris.  $\frac{15}{1}$ .
- " 11. Pes paris tertii, obliquus.  $\frac{15}{1}$ .
- " 12. Pes paris septimi, obliquus.  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 13-14. *Livoneca mediterranea* Hell. Virgo adolescens.

- " 13. Virgo adolescens, prona.  $\frac{9}{4}$ .
- " 14. Truncus, obliquus.  $\frac{9}{4}$ .

Tab. XV. (*Cym. XXXIII*).

Fig. 1-2. *Livoneca caudata* n. *Virgo adolescens*.

- » 1. *Virgo adolescens*, prona.  $^{1/1}$ .
- » 2. *Truncus*, obliquus.  $^{1/1}$ .

Fig. 3-5. *Livoneca Indica* Milne Edw. *Femina ovigera*.

- » 3. *Femina ovigera*, prona.  $^{2/1}$ .
- » 4. *Truncus*, a latere sinistro exhibitus.  $^{2/1}$ .
- » 5. *Truncus*, a latere dextro exhibitus.  $^{2/1}$ .

Fig. 6. *Livoneca Indica* Milne Edw. *Pullus stadii primi*.

- » 6. *Pullus*, pronus.  $^{15/1}$ .

Fig. 7-8. *Livoneca Boscii* Blkr. *Femina ovigera*.

- » 7. *Femina ovigera*, prona.  $^{3/1}$ .
- » 8. *Truncus*, obliquus.  $^{3/1}$ .

Fig. 9-10. *Livoneca Raynaudii* Milne Edw. *Femina ovigera*.

- » 9. *Femina ovigera*, prona.  $^{1/1}$ .
- » 10. *Truncus*, obliquus.  $^{1/1}$ .

Fig. 11-12. *Livoneca Raynaudii* Milne Edw. *Mas adultus*.

- » 11. *Mas adultus*, pronus.  $^{7/3}$ .
- » 12. *Truncus*, obliquus.  $^{7/3}$ .

Fig. 13. *Livoneca Raynaudii* Milne Edw. *Pullus stadii secundi*.

- » 13. *Pullus*, pronus.  $^{11/1}$ .

Tab. XVI. (*Cym. XXXIV*).

Fig. 1-2. *Livoneca Californica* n. *Femina ovigera*.

- » 1. *Femina ovigera*, prona.  $^{27/8}$ .
- » 2. *Truncus*, obliquus.  $^{27/8}$ .

Fig. 3-4. *Livoneca Methepia* n. *Femina ovigera*.

» 3. *Femina ovigera*, prona.  $^{10}/_3$ .

» 4. *Truncus*, obliquus.  $^{10}/_3$ .

Fig. 5-6. *Livoneca Samoënsis* n. *Virgo adolescens*.

» 5. *Virgo adolescens*, prona.  $^{3}/_1$ .

» 6. *Truncus*, obliquus.  $^{3}/_1$ .

Fig. 7-8. *Livoneca sinuata* Koelb. *Femina ovigera*.

» 7. *Femina ovigera*, prona.  $^{5}/_2$ .

» 8. *Truncus*, obliquus.  $^{5}/_2$ .

Fig. 9. *Livoneca sinuata* Koelb. *Pullus stadii primi*.

» 9. *Pullus*, pronus.  $^{17}/_1$ .

Fig. 10-11. *Irona Renardi* Blkr. *Femina ovigera*.

» 10. *Femina ovigera*, prona.  $^{9}/_4$ .

» 11. *Truncus*, obliquus.  $^{9}/_4$ .

Fig. 12-13. *Irona Renardi* Blkr. *Virgo junior*.

» 12. *Virgo junior*, prona.  $^{18}/_7$ .

» 13. *Truncus*, obliquus.  $^{18}/_7$ .

Fig. 14-15. *Irona Renardi* Blkr. *Pullus stadii secundi*.

» 14. *Pullus*, pronus.  $^{15}/_1$ .

» 15. *Ungula pedis paris secundi*.  $^{90}/_1$ .

### *Tab. XVII. (Cym. XXXV).*

Fig. 1-2. *Irona Vatia* n. *Femina ovigera*.

» 1. *Femina ovigera*, prona.  $^{2}/_1$ .

» 2. *Truncus*, obliquus.  $^{2}/_1$ .

Fig. 3-5. *Irona melanosticta* n. *Femina ovigera*.

» 3. *Femina ovigera*, prona.  $^{2}/_1$ .

» 4. *Truncus*, a latere dextro exhibitus.  $^{2}/_1$ .

» 5. *Truncus*, a latere sinistro exhibitus.  $^{2}/_1$ .

Fig. 6-7. *Irona nana* n. *Femina ovigera*.

- » 6. *Femina ovigera*, prona.  $7/3$ .
- » 7. *Truncus*, obliquus.  $7/3$ .

Fig. 8-9. *Irona nana* n. *Mas adolescens*.

- » 8. *Mas adolescens*, pronus.  $7/1$ .
- » 9. *Truncus*, obliquus.  $7/1$ .

Fig. 10-11. *Irona nana* n. *Pullus stadii secundi*.

- » 10. *Pullus*, pronus.  $18/1$ .
- » 11. *Ungula pedis paris tertii*.  $90/1$ .

Fig. 12-13. *Cterissa pterygota* Koelb. *Femina ovigera*.

- » 12. *Femina ovigera*, prona.  $5/2$ .
- » 13. *Truncus*, obliquus.  $5/2$ .

Fig. 14. *Cterissa pterygota* Koelb. *Pullus stadii primi*.

- » 14. *Pullus*, pronus.  $25/1$ .

### *Tab. XVIII. (Cym. XXXVI).*

Fig. 1-4. *Artystone trysibia* Schte. *Femina ovigera*.

- » 1. *Femina ovigera*, prona.  $9/4$ .
- » 2. *Truncus*, obliquus.  $9/4$ .
- » 3. *Pes paris primi*, obliquus.  $10/1$ .
- » 4. *Pes paris septimi*, obliquus.  $10/1$ .

Fig. 5-7. *Urozeuctes Owenii* Milne Edw. *Femina ovigera*.

- » 5. *Femina ovigera*, prona.  $1/1$ .
- » 6. *Truncus*, obliquus.  $7/6$ .
- » 7. *Pes paris septimi*, obliquus.  $3/1$ .

Fig. 8-9. *Urozeuctes Monacanthi* n. *Femina ovigera*.

- » 8. *Femina prolifera*, prona.  $7/4$ .
- » 9. *Truncus*, obliquus.  $7/4$ .

Fig. 10. *Urozeuctes Monacanthi* n. *Pullus stadii primi.*

» 10. *Pullus, pronus.*  $\frac{15}{1}$ .

Fig. 11-12. *Urozeuctes caudatus* n. *Femina ovigera.*

» 11. *Femina ovigera, prona.*  $\frac{7}{4}$ .

» 12. *Truncus, obliquus.*  $\frac{7}{4}$ .

Fig. 13. *Rocinela maculata* S. & M. *Virgo adolescens.*

» 13. *Virgo adolescens, prona.*  $\frac{9}{8}$ .

Fig. 14-16. *Renocila Indica* n. *Virgo adolescens.*

» 14. *Virgo adolescens, prona.*  $\frac{8}{3}$ .

» 15. *Antenna primi paris, obliqua.*  $\frac{7}{1}$ .

» 16. *Pes tertii paris, obliquus.*  $\frac{7}{1}$ .

Fig. 17-18. *Braga Patagonica* n. *Virgo adolescens.*

» 17. *Virgo adolescens, prona.*  $\frac{2}{1}$ .

» 18. *Truncus, obliquus.*  $\frac{2}{1}$ .

## INDEX SYSTEMATICUS.

(Naturhistorisk Tidsskrift Ser. III. Vol. XII, XIII, XIV.)

Prolegomena. Ratio operis. XII. 321-324.

I. Aegidæ. XII. 325-333.

Aga Leach. XII. 334-340.

1. Tridens Leach. Virgo. XII. 340-342. t. VII. (Cym. I.) f. 1-2.
2. Hirsuta n. Virgo. XII. 342-343. t. VII. (Cym. I.) f. 3-5.
3. Crenulata Ltkn. XII. 343-347. — Virgo, Mas adolescens. 343-344. — Pullus stadii tertii. 344-345. t. VII. (Cym. I.) f. 6-8. — Pullus stadii secundi. 345-346. t. VII. (Cym. I.) f. 9.
4. Webbii Guér. Mas adolescens. XII. 347-348. t. X. (Cym. IV.) f. 1-4.
5. Stremii Ltkn. XII. 349-353. — Virgo. 349-350. — Pullus stadii tertii. 350-351. t. VII. (Cym. I.) f. 10-12. — Pullus stadii secundi. 351-352. t. VII. (Cym. I.) f. 13-15.
6. Rosacea Risso. Virgo. XII. 354-355. t. X. (Cym. IV.) f. 5-7.
7. Serripes Milne Edw. Virgo. XII. 355-356. t. VIII. (Cym. II.) f. 1-4.
8. Psora Linn. XII. 357-360. — Virgo, Mas adolescens. 357-358. — Pullus stadii tertii. 358-359. t. VIII. (Cym. II.) f. 5-6.
9. Deshayesiana Milne Edw. Virgo, Mas adolescens. XII. 360-361. t. VIII. (Cym. II.) f. 7-9.

10. *Antillensis* n. *Virgo.* XII. 361-362. t. VIII. (Cym. II.) f. 10-13.
  11. *Magnifica* Dana. XII. 363-365. — *Femina ovigera.* 363-364. t. VIII. (Cym. II.) f. 14-16. — *Virgo,* *Mas adolescens.* 364-365. t. VIII. (Cym. II.) f. 17-19.
  12. *Monophtalma* Johnst. *Virgo, Mas adolescens.* XII. 365-367.
  13. *Nodosa* n. *Mas adolescens.* XII. 367-368. t. IX. (Cym. III.) f. 1-3.
  14. *Ophthalmica* Milne Edw. XII. 369-370. — *Femina ovigera, Mas adultus.* 369-370. t. X. (Cym. IV.) f. 8-10. — *Virgo.* 370.
  15. *Tenuipes* n. *Virgo.* XII. 371. t. IX. (Cym. III.) f. 4-6.
  16. *Dentata* n. *Virgo.* XII. 372-373. t. X. (Cym. IV.) f. 11-12.
  17. *Incisa* n. *Virgo.* XII. 373-374. t. X. (Cym. IV.) f. 13-15.
  18. *Arctica* Ltkn. *Virgo, Mas adolescens.* XII. 374-375.
  19. *Ventrosa* M. Sars. XII. 375-377. — *Femina ovigera.* 375-376. t. IX. (Cym. III.). f. 7-8. — *Virgo.* 376-377. t. IX. (Cym. III.) f. 9-10.
  20. *Spongiophila* Semp. XII. 378-380. — *Femina ovigera.* 378-379. t. IX. (Cym. III.) f. 11-12. — *Virgo,* *Mas adultus.* 379-380. t. IX. (Cym. III.) f. 13-16.
- Rocinela* Leach. XII. 380-383.
1. *Danmoniensis* Leach. XII. 383-389. — *Femina ovigera.* 383-384. t. XI. (Cym. V.) f. 1. — *Mas adultus.* 384-385. t. XI. (Cym. V.). f. 2. — *Virgo.* 385-386. t. XI. (Cym. V.) f. 3. — *Pullus stadii tertii.* 386-387. t. XI. (Cym. V.) f. 4-5. — *Pullus stadii secundi.* 387-388. t. XI. (Cym. V.) f. 6-10. — *Pullus stadii primi.* 388-389. t. XI. (Cym. V.) f. 11-16.
  2. *Insularis* n. *Mas adolescens.* XII. 390. t. XII. (Cym. VI.) f. 1-3.

3. Dumerilii Luc. XII. 391-393. — Femina ovigera. 391-392. t. XII. (Cym. VI.) f. 4-6. — Virgo. 392-393. t. XII. (Cym. VI.) f. 7-9.
4. Maculata n. XII et XIV. — Mas adultus. XII. 393-394. t. XII. (Cym. VI.) f. 10-12. — Virgo. XIV. 413-414. t. XVIII. (Cym. XXXVI.) f. 13.
5. Americana n. Virgo. XII. 394-395. t. X. (Cym. IV.) f. 16-18.
6. Orientalis n. Femina ovigera, Mas adultus. XII. 395-396. t. XIII. (Cym. VII.) f. 1-2.
7. Australis n. XII. 397-399. — Mas adultus. 397-398. t. XII. (Cym. VI.) f. 13-15. — Virgo. 398-399. (Cym. VI.) f. 16.
8. Signata n. XII. 399-401. — Femina ovigera. 399-400. t. XIII. (Cym. VII.) f. 3. — Virgo. 400-401. t. XIII. (Cym. VII.) f. 4-6.
9. Aries n. XII. 401-403. — Femina ovigera. 401-402. t. XIII. (Cym. VII.) f. 7-8. — Pullus primi stadii. 402-403. t. XIII. (Cym. VII.) f. 9.

*Alitropus* Milne Edw. XII. 403-404.

1. Typus Milne Edw. Virgo. XII. 404-406. t. XIII. (Cym. VII.) f. 10-12.
2. Foveolatus n. Virgo. XII. 406-407. t. XIII. (Cym. VII.) f. 13-16.

## II. *Anilocridæ*. XIII. 1-4.

*Nerocila* Leach. XIII. 4-9.

1. *Sundaica* Blkr. Femina ovigera. XIII. 9-11. t. I. (Cym. VIII.) f. 1-3.
2. *Cebuana* n. Femina ovigera. XIII. 11-13. t. I. (Cym. VIII.) f. 4-5.
3. *Phæopleura* Blkr. Femina ovigera. XIII. 13-15. t. I. (Cym. VIII.) f. 6-7.
4. *Depressa* Milne Edw. Femina ovigera, Virgo. XIII. 15-17. t. I. (Cym. VIII.) f. 10-11.
5. *Serra* n. XIII. 17-20. — Femina ovigera. 17-19. t. I. (Cym. VIII.) f. 12-13. — Pullus stadii primi. 19-20. t. I. (Cym. VIII.) f. 14.

6. Iaponica n. Virgo. XIII. 20-22. t. II. (Cym. IX.) f. 1-2.
7. Lata Dana. Femina ovigera. XIII. 22-23. t. II. (Cym. IX.) f. 3-4.
8. Recurvispina n. Virgo. XIII. 24-25. t. I. (Cym. VIII.) f. 8-9.
9. Breviceps n. XIII. 25-28. — Femina ovigera. 25-27. t. VI. (Cym. XIII.) f. 3-4. — Mas adoloscens. 27-28. t. VI. (Cym. XIII.) f. 5-6.
10. Bivittata Risso. XIII. 29-35. — Femina ovigera, Virgo. 29-30. t. IV. (Cym. XI.) f. 1-2. — Junior. 31-32. t. IV. (Cym. XI.) f. 3-4. — Pullus stadii secundi. 32-33. t. IV. (Cym. XI.) f. 5-10. — Pullus stadii primi. 34-35. t. IV. (Cym. XI.) f. 11-15.
11. Australasiae n. Virgo. XIII. 35-37. t. VI. (Cym. XIII.) f. 7-8.
12. Aculeata Milne Edw. Femina ovigera. XIII. 37-39. t. II. (Cym. IX.) f. 7-8.
13. Rhabdota Koelb. Femina ovigera. XIII. 39-41. t. II. (Cym. IX.) f. 5-6.
14. Neapolitana n. XIII. 41-45. — Femina ovigera. 41-42. t. II. (Cym. IX.) f. 9-10. — Pullus stadii secundi. 43-44. t. II. (Cym. IX.) f. 11-13. — Pullus stadii primi. 44-45. t. II. (Cym. IX.) f. 14-16.
15. Adriatica n. XIII. 45-48. — Femina ovigera, Virgo. 45-47. t. III. (Cym. X.) f. 1-2. — Mas adolescens. 47-48. t. III. (Cym. X.) f. 3-4.
16. Acuminata n. Femina ovigera, Virgo. XIII. 48-50. t. III. (Cym. X.) f. 5-6.
17. Maculata Milne Edw. XIII. 50-55. — Femina ovigera, Virgo. 50-52. t. III. (Cym. X.) f. 7-8. — Pullus stadii secundi. 52-53. t. III. (Cym. X.) f. 9-10. — Pullus stadii primi. 54-55. t. III. (Cym. X.) f. 11.

18. *Orbignyi* Guér. XIII. 55-60. — *Femina ovigera*, *Virgo*. 55-57. t. V. (Cym. XII.) f. 1-2. — *Mas adultus*. 57-59. t. V. (Cym. XII.) f. 3-4. — *Pullus stadii secundi*. 59-60. t. V. (Cym. XII.) f. 5.
  19. *Cephalotes* n. XIII. 60-64. — *Femina ovigera*. 60-62. t. IV. (Cym. XI.) f. 16-17. — *Pullus stadii secundi* 62-64. t. IV. (Cym. XI.) f. 18.
  20. *Tenuipes* Dana. *Femina ovigera*, *Virgo*. XIII. 64-66. t. III. (Cym. X.) f. 12-13.
  21. *Fluviatilis* n. XIII. 66-70 (et XIV. 414.) — *Femina ovigera*. 66-68. t. V. (Cym. XII.) f. 6-7. — *Virgo*. 68-70. t. V. (Cym. XII.) f. 8-9.
  22. *Novæ-Zelandiæ* n. *Virgo*. XIII. 70-72. t. V. (Cym. XII.) f. 10-11.
  23. *Californica* n. XIII. 72-76. — *Femina ovigera*, typ. atque var. 72-74. t. VI. (Cym. XIII.) f. 1-2. t. V. (Cym. XII.) f. 12-13. — *Virgo*. 74-75. t. V. (Cym. XII.) f. 14-15.
  24. *Latiuscula* Dana. *Femina ovigera*, *Virgo*. XIII. 76-78. t. VI. (Cym. XIII.) f. 9-10.
  25. *Blainvillei* Milne Edw. XIII. 78-81. — *Femina ovigera*. 78-79. t. VI. (Cym. XIII.) f. 11-12. — *Pullus stadii primi*. 80-81. t. VI. (Cym. XIII.) f. 13.
  26. *Laticauda* n. *Virgo*, in evolut. XIII. 81-82. t. VI. (Cym. XIII.) f. 14-15.
  27. *Trichiura* White. *Femina ovigera*. XIII. 83-85. t. VII. (Cym. XIV.) f. 1-2.
- Renocila* Miers. XIV. 414-415.
1. *Ovata* Miers. *Femina ovigera*. XIV. 416-417.
  2. *Indica* n. *Virgo adolescens*. XIV. 417-419. t. XVIII. (Cym. XXXVI.) f. 14-16.
- Rosca* n. XIII. 85.
1. *Limbata* n. *Junior*, in evolut. XIII. 86-87. t. VII. (Cym. XIV. f. 3.)

Plotor n. XIII. 87-88.

1. Indus n. XIII. 89-91. — Femina ovigera, in evolut.,  
Virgo. 89-90. t. VII. (Cym. XIV.) f. 4-5. — Mas  
junior. 90-91. t. VII. (Cym. XIV.) f. 6-7.

Braga n. XIII. 92.

1. Nasuta n. Femina ovigera. XIII. 93-94. t. VII.  
(Cym. XIV.) f. 8-9.
2. Cichlæ n. Virgo. XIII. 94-96. t. VII. (Cym. XIV.)  
f. 10-11.
- 2-3. Patagonica n. Virgo adolescens. XIV. 419-420.  
t. XVIII. (Cym. XXXVI.) f. 17-18.
3. Brasiliensis n. Femina ovigera. XIII. 96-97. t. VII.  
(Cym. XIV.) f. 12-13.

Lathræna n. XIII. 97-98. (et XIV. 421.)

1. Insidiosa n. Junior. XIII. 98-100. t. VII. (Cym.  
XIV.) f. 14-15.

Anilocra Leach. XIII. 100-104.

1. Gigantea Herkl. XIII. 104—107. — Femina ovigera.  
104-105. t. VIII. (Cym. XV.) f. 1. — Pullus  
stadii secundi. 105-107. t. VII. (Cym. XIV.)  
f. 16.
2. Leptosoma Blkr. XIII. 108-111. — Femina ovigera.  
108-109. t. VIII. (Cym. XV.) f. 2-3. — Pullus  
stadii primi. 109-111. t. VIII. (Cym. XV.) f. 4.
3. Dimidiata Blkr. Femina ovigera. XIII. 111-113. t.  
VIII. (Cym. XV.) f. 5-6.
4. Longicauda n. XIII. 113-116. — Femina ovigera,  
Virgo. 113-114. t. VIII. (Cym. XV.) f. 7. — Mas  
junior. 114-116. t. VIII. (Cym. XV.) f. 8.
5. Amboinensis n. Femina ovigera. XIII. 116-118. t.  
VIII. (Cym. XV.) f. 9.
6. Coxalis n. Virgo. XIII. 118-120. t. VIII. (Cym.  
XV.) f. 10.
7. Australis n. Femina ovigera. XIII. 120-122. t. VIII.  
(Cym. XV.) f. 11.
8. Atlantica n. Virgo. XIII. 122-123. t. X. (Cym.  
XVII.) f. 1.

9. Rhodotænia Blkr. Femina ovigera. XIII. 124-125.  
t. X. (Cym. XVII.) f. 2.
10. Laticauda Milne Edw. XIII. 126-131. — Femina ovigera, Virgo. 126-127. t. IX. (Cym. XVI.) f. 1. — Pullus stadii secundi. 128-129. t. IX. (Cym. XVI.) f. 2. — Pullus stadii primi. 129-130. t. IX. (Cym. XVI.) f. 3.
11. Physodes Linn. 131-139. — Femina ovigera, Virgo. 132-133. t. IX. (Cym. XVI.) f. 4. — Mas adultus. 133-135. t. IX. (Cym. XVI.) f. 5. — Mas juvenis. 135-137. t. IX. (Cym. XVI.) f. 6. — Pullus stadii primi. 137-138. t. IX. (Cym. XVI.) f. 7.
12. Frontalis Milne Edw. 139-144. — Femina ovigera, Virgo. 139-141. t. IX. (Cym. XVI.) f. 8. — Mas adultus. 141-142. t. IX. (Cym. XVI.) f. 9. — Mas juvenis. 143-144. t. IX. (Cym. XVI.) f. 10.
13. Plebeia n. Virgo. XIII. 145-146. t. X. (Cym. XVII.) f. 3.
14. Capensis Milne Edw. XIII. 146-150. — Femina ovigera, Virgo. 146-148. t. X. (Cym. XVII.) f. 4. — Mas adultus. 148-150. t. X. (Cym. XVII.) f. 5.

*Olencira* Leach. XIII. 150-151.

1. *Prægustator* Latrob. Femina ovigera, Mas adultus. XIII. 152-154. t. X. (Cym. XVII.) f. 6-9.

*Asotana* n. XIII. 154-155.

1. *Formosa* n. Femina ovigera. XIII. 155-157. t. X. (Cym. XVII.) f. 10-12.

III. *Saophridæ*. XIII. 281.

*Saophra* n. XIII. 282.

1. *Typus* Blkr. Virgo. XIII. 283-284. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 1-2.
2. *Aurita* n. Femina ovigera. XIII. 284-286. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 3-4.

IV. *Cymothoidæ*. XIII. 286-287.

1. *Ceratothoinæ*. XIII. 288-289.

Rhexana n. XIII. 289-290.

1. Verrucosa n. XIII. 291-296. — Femina ovigera, Virgo. 291-292. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 5-6. — Mas adultus. 293-294. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 7-8. — Pullus stadii secundi. 294-296. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 9-10.

Cteatessa n. XIII. 296-297.

1. Retusa n. Femina ovigera. Virgo. XIII. 297-299. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 11-13.

Glossobius n. XIII. 299-300.

1. Linearis Dana. XIII. 301-309. — Femina ovigera, Virgo. 301-303. t. XII. (Cym. XIX.) f. 1-2. — Mas adultus. 303-304. t. XII. (Cym. XIX.) f. 3-4. — Pullus stadii tertii. 304-306. t. XII. (Cym. XIX.) f. 5. — Pullus stadii secundi. 306-307. t. XII. (Cym. XIX.) f. 6-8. — Pullus stadii primi. 307-308. t. XII. (Cym. XIX.) f. 9.
2. Laticauda Milne Edw. XIII. 309-315. — Femina ovigera, Virgo. 309-311. t. XII. (Cym. XIX.) f. 10—11. — Mas adultus. 311-313. t. XII. (Cym. XIX.) f. 12-13. — Pullus stadii secundi. 313-314. t. XII. (Cym. XIX.) f. 14-15. — Pullus stadii primi. 314-315. t. XII. (Cym. XIX.) f. 16.

Emethia n. XIII. 316-317.

1. Audouinii Milne Edw. XIII. 317-321. — Femina ovigera. 317-319. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 14-15. — Mas adultus. 319-320. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 16-17. — Pullus stadii primi. 320-321. t. XI. (Cym. XVIII.) f. 18.

Ceratothoa Dana. XIII. 322-327.

1. Carinata Bianc. Virgo. XIII. 327-329. t. XIII. (Cym. XX.) f. 1-2.
2. Parallelia Otto. XIII. 329-335. — Femina ovigera, Virgo. 329-331. t. XIII. (Cym. XX.) f. 3-4. — Mas adultus. 331-332. t. XIII. (Cym. XX.) f. 5-6. — Pullus stadii secundi. 332-333. t. XIII. (Cym.

- XX.) f. 7-9. — Pullus stadii primi 334-335. t. XIII. (Cym. XX.) f. 10,
3. Gaudichaudii Milne Edw. XIII. 335-340. — Femina ovigera. 336-337. t. XIII. (Cym. XX.) f. 11-15. — Mas adultus. 337-339. t. XIV. (Cym. XXI.) f. 1-4. — Pullus stadii primi. 339-340. t. XIV. (Cym. XXI.) f. 5.
4. Banksii Leach. 340-347. — Femina ovigera, Virgo adolescens. 341-342. t. XIV. (Cym. XXI.) f. 6-7. — Mas adultus. 342-344. t. XIV. (Cym. XXI.) f. 8-9. — Pullus stadii secundi. 344-345. t. XIV. (Cym. XXI.) f. 10-15. — Pullus stadii primi. 345-346. t. XIV. (Cym. XXI.) f. 16-21.
5. Italica n. XIII. 347-350. — Femina ovigera. 347-348. t. XV. (Cym. XXII.) f. 1-2. — Pullus stadii secundi. 349-350. t. XV. (Cym. XXII.) f. 3-4.
6. Oestroides Risso. XIII. p. 350-356. — Femina ovigera, Virgo. 350-352. t. XV. (Cym. XXII.) f. 5-6. — Mas adultus. 352-353. t. XV. (Cym. XXII.) f. 7-8. — Pullus stadii secundi. 353—355. t. XV. (Cym. XXII.) f. 9-10. — Pullus stadii primi. 355-356. t. XV. (Cym. XXII.) f. 11.
7. Gobii n. Femina ovigera. XIII. 356-358. t. XV. (Cym. XXII.) f. 12-13.
8. Trigonocephala Leach. XIII. 358-364. — Femina ovigera, Virgo. 358—360. t. XVI. (Cym. XXIII). f. 1-2. — Mas adultus. 360-361. t. XVI. (Cym. XXIII.) f. 3-4. — Pullus stadii secundi. 361-362. t. XVI. (Cym. XXIII.) f. 5-6. — Pullus stadii primi. 363-364. t. XVI. (Cym. XXIII.) f. 7.
9. Steindachneri Koelb. Femina ovigera, Virgo. XIII. 364-366. t. XV. (Cym. XXII.) f. 14-15.
10. Collaris n. Femina ovigera. XIII. 366-368. t. XVI. (Cym. XXIII.) f. 8-9.
11. Oxyrrhynchæna Koelb. XIII. 368-371. — Femina ovigera. 368-370. t. XVI. (Cym. XXIII.) f. 10-13.

— *Pullus stadii primi.* 370-371. t. XVI. (Cym. XXIII.) f. 14.

2. *Cymothoinæ.* XIV. 221-223.

*Cymothoa.* Fabr. XIV. 223-226.

1. *Frontalis Milne Edw.* *Femina ovigera,* *Virgo.* XIV. 226-228. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 1-2.
2. *Curta n.* XIV. 228-231. — *Femina ovigera.* 228-230. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 3-4. — *Mas adultus.* 230-231. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 5-6.
3. *Exigua n.* *Femina ovigera,* *Virgo.* XIV. 232-234. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 7-8.
4. *Brasiliensis n.* *Femina ovigera.* XIV. 234-236. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 9-10.
5. *Plebeia n.* *Femina ovigera.* XIV. 236-238. t. IX. (Cym. XXVII.) f. 1-2.
6. *Excisa Perty.* XIV. 238-244. — *Femina ovigera.* 238-240. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 11-12. — *Mas adultus.* 240-242. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 13-14. — *Pullus stadii secundi.* 242-243. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 15-16. — *Pullus stadii primi.* 243-244.
7. *Gerris n.* *Femina ovigera.* XIV. 244-246. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 17-18.
8. *Ianuarii n.* *Virgo.* XIV. 246-248. t. VI. (Cym. XXIV.) f. 19-20.
9. *Limbata n.* *Virgo.* XIV. 248-250. t. VII. (Cym. XXV.) f. 1-2.
10. *Indica n.* XIV. 250-253. — *Femina ovigera.* 250-251. t. VIII. (Cym. XXVI.) f. 1-2. — *Mas adultus.* 252-253. t. VIII. (Cym. XXVI.) f. 3-4.
11. *Rhina n.* XIV. 253-257. — *Femina ovigera,* *Virgo.* 253-255. t. X. (Cym. XXVIII.) f. 1-2. — *Mas adultus.* 255-257. t. X. (Cym. XXVIII.) f. 3-4.
12. *Globosa n.* *Virgo.* XIV. 257-259. t. X. (Cym. XXVIII.) f. 5-6.
13. *Eremita Bruenn.* XIV. 259-266. — *Femina ovigera,* *Virgo.* 259-261. t. VII. (Cym. XXV.) f. 3-4. — *Femina ovigera, vetula.* 261. t. VII. (Cym. XXV.)

- f. 5. — Femina ovigera, juvenilis. 261-262. t. VII.  
 (Cym. XXV.) f. 6-7. — Mas adultus. 262-263.  
 t. VII. (Cym. XXV.) f. 8-9. — Mas juvenilis.  
 264. t. VII. (Cym. XXV.) f. 10-11. — Pullus  
 stadii secundi. 264-265. t. VII. (Cym. XXV.)  
 f. 12-13.
14. Truncata n. XIV. 266-271. — Femina ovigera. 266-  
 268. t. IX. (Cym. XXVII.) f. 3-4. — Femina  
 ovigera, vetula. 268. t. IX. (Cym. XXVII.) f. 5.  
 — Mas adultus. 268-270. t. IX. (Cym. XXVII.)  
 f. 6-7. — Pullus stadii secundi. 270-271. t. IX.  
 (Cym. XXVII.) f. 8.
15. Oestrum Linn. XIV. 271-279. — Femina ovigera,  
 Virgo. 272-274. t. VIII. (Cym. XXVI.) f. 5-6.  
 — Vetula. 274. t. VIII. (Cym. XXVI.) f. 7. —  
 Mas adultus. 274-276. t. VIII. (Cym. XXVI.) f.  
 8-9. — Pullus stadii secundi. 276-277. t. VIII.  
 (Cym. XXVI.) f. 10-12. — Pullus stadii primi.  
 277-278. t. VIII. (Cym. XXVI.) f. 13.
16. Eximia n. XIV. 279-282. — Femina ovigera. 279-  
 281. t. IX. (Cym. XXVII.) f. 9-10. — Pullus  
 stadii primi. 281-282. t. IX. (Cym. XXVII.)  
 f. 11.
17. Borbonica n. XIV. 282-286. — Virgo. 282-284. t.  
 X. (Cym. XXVIII.) f. 7-8. — Mas adultus. 284-  
 286. t. X. (Cym. XXVIII.) f. 9-10.

Telotha n. XIV. 286-287.

1. Henselii Mart. Femina ovigera. Virgo. XIV. 287-  
 289. t. X. (Cym. XXVIII.) f. 11-12.
2. Lunaris n. XIV. 289-292. — Femina ovigera. 289  
 -291. t. X. (Cym. XXVIII.) f. 13-14. — Pullus  
 stadii primi. 291-292. t. X. (Cym. XXVIII.)  
 f. 15.

Enispa n. XIV. 292-293.

1. Irregularis Blkr. XIV. 293-297. — Femina ovigera,  
 Virgo. 293-295. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 1-2. —

*Mas adolescens.* 295-297. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 3-4.

*Ichthyoxenus* Herkl. XIV. 297-298.

1. *Jellinghausii* Herkl. XIV. 298-303. — *Femina ovigera.* 298-300. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 5-6. — *Mas adultus.* 300-301. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 7-8. — *Pullus stadii secundi.* 302-303. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 9.
2. *Montanus* n. XIV. 303-309. — *Femina ovigera, typica.* 303-305. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 10-11. — *Femina ovigera, varians.* 305. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 12-13. — *Mas adultus.* 305-307. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 14-15. — *Mas junior.* 307-309. t. XI. (Cym. XXIX.) f. 16-17.

*Catoessa* n. XIV. 309-310.

1. *Scabricauda* n. *Femina ovigera, in evol.* XIV. 310-311. t. XII. (Cym. XXX.) f. 1-2.

*Cinusa* n. XIV. 312-313.

1. *Tetodontis* n. XIV. 313-318. — *Femina ovigera.* 313-315. t. XII. (Cym. XXX.) f. 3-4. — *Mas adultus.* 315-316. t. XII. (Cym. XXX.) f. 5-6. — *Pullus stadii secundi.* 317-318. t. XII. (Cym. XXX.) f. 7.

*Rhiothra* n. XIV. 318-319.

1. *Callipia* n. XIV. 319-324. — *Femina ovigera.* 319-321. t. XII. (Cym. XXX.) f. 8-9. — *Virgo adolescens.* 321-322. t. XII. (Cym. XXX.) f. 10-11. — *Mas adolescens.* 323-324. t. XII. (Cym. XXX.) f. 12-13.

3. *Livonecinæ.* XIV. 325-327.

*Agarna*. n. XIV. 328-329.

1. *Carinata* n. XIV. 329-334. — *Femina ovigera,* *Virgo.* 329-331. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 1-3. — *Mas adultus.* 331-333. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 4-5. — *Pullus stadii primi.* 333-334. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 6.

*Idusa* n. XIV. 334-335.

1. *Plagusiæ* n. XIV. 335-336. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 7-8.

*Elthusa* n. XIV. 337.

1. *Emarginata* n. *Femina ovigera*, *Virgo*. XIV. 338-340. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 9-10.

*Livoneca* Leach. XIV. 340-343.

1. *Vulgaris* Stimps. XIV. 344-349. — *Femina ovigera*, *Virgo adolescens*. 344-345. t. XIV. (Cym. XXXII.) f. 1-2. — *Mas adultus*. 346-347. t. XIV. (Cym. XXXII.) f. 3-4. — *Pullus stadii primi*. 347-349. t. XIV. (Cym. XXXII.) f. 5.
2. *Panamensis* n. XIV. 349-353. — *Femina ovigera*, *Virgo*. 349-351. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 11-12. — *Mas adultus*. 351-353. t. XIII. (Cym. XXXI.) f. 13-14.
3. *Redmanni* Leach. XIV. 353-358. — *Femina ovigera*, *Virgo adolescens*. 353-355. t. XIV. (Cym. XXXII.) f. 6-7. — *Virgo junior*. 355-357. t. XIV. (Cym. XXXII.) f. 8-12.
4. *Mediterranea* Hell. *Virgo adolescens*. XIV. 358-360. t. XIV. (Cym. XXXII.) f. 13-14.
5. *Caudata* n. *Virgo adolescens*. XIV. 360-362. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 1-2.
6. *Indica* Milne Edw. XIV. 362-365. — *Femina ovigera*, *Virgo*. 362-364. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 3-5. — *Pullus stadii primi*. 364-365. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 6.
7. *Boscii* Blkr. *Femina ovigera*. XIV. 365-367. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 7-8.
8. *Raynaudii* Milne Edw. XIV. 367-372. — *Femina ovigera*, *Virgo adolescens*. 367-369. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 9-10. — *Mas adultus*. 369-371. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 11-12. — *Pullus stadii secundi*. 371-372. t. XV. (Cym. XXXIII.) f. 13.

9. *Californica* n. *Femina ovigera*, *Virgo adolescens*.  
XIV. 372-374. t. XVI. (Cym. XXXIV.) f. 1-2.
10. *Methepia* n. *Femina ovigera*. XIV. 374-376. t. XVI.  
(Cym. XXXIV.) f. 3-4.
11. *Samoënsis* n. *Virgo adolescens*. XIV. 376-378. t.  
XVI. (Cym. XXXIV.) f. 5-6.
12. *Sinuata* Koelb. XIV. 378—381. — *Femina ovigera*.  
378-379. t. XVI. (Cym. XXXIV.) f. 7-8. —  
*Pullus stadii primi*. 380-381. t. XVI. (Cym.  
XXXIV.) f. 9.

*Irona* n. XIV. 381-382.

1. *Renardi* Blkr. XIV. 383-386. — *Femina ovigera*,  
*Virgo adolescens*. 383-384. t. XVI. (Cym. XXXIV.)  
f. 10-11. — *Virgo junior*. 385. t. XVI. (Cym.  
XXXIV.) f. 12-13. — *Pullus stadii secundi*. 385  
-386. t. XVI. (Cym. XXXIV.) f. 14-15.
2. *Vatia* n. *Femina ovigera*, *Virgo adolescens*. XIV.  
386-388. t. XVII. (Cym. XXXV.) f. 1-2.
3. *Melanosticta* n. *Femina ovigera*. *Virgo*, XIV. 388-  
390. t. XVII. (Cym. XXXV.) f. 3-5.
4. *Nana* n. XIV. 390-395. — *Femina ovigera*. 390-  
392. t. XVII. (Cym. XXXV.) f. 6-7. — *Mas*  
*adolescens*. 392-394. t. XVII. (Cym. XXXV.) f.  
8-9. — *Pullus stadii secundi*. 394-395. t. XVII.  
(Cym. XXXV.) f. 10-11.

*Cterissa* n. XIV. 396-397.

1. *Pterygota* Koelb. XIV. 397-400. — *Femina ovigera*.  
397-399. t. XVII. (Cym. XXXV.) f. 12-13. —  
*Pullus stadii primi*. 399-400. t. XVII. (Cym.  
XXXV.) f. 14.

*Artystone* Schte. XIV. 401.

1. *Trysibia* Schte. *Femina ovigera*. XIV. 402-404. t.  
XVIII. (Cym. XXXVI.) f. 1-4.

*Urozeuctes* Milne Edw. XIV. 404-405.

1. *Owenii* Milne Edw. *Femina ovigera*. XIV. 405-407.  
t. XVIII. (Cym. XXXVI.) f. 5-7.

2. *Monacanthi* n. XIV. 407-410. — *Femina ovigera*.  
407-409. t. XVIII. (Cym. XXXVI.) f. 8-9. —  
*Pullus stadii primi*. 409-410. t. XVIII. (Cym.  
XXXVI.) f. 10.
  3. *Caudatus* n. *Femina ovigera*. XIV. 411-412. t. XVIII.  
(Cym. XXXVI.) f. 11-12.
- Additamenta. XIV. 413-420.

## INDEX ALPHABETICUS.

(Nomina syonyma asterisco notata sunt.)

- |  |  |
|--|--|
| * <i>Acherousia</i> Luc. XII. 380.             | <i>Ophthalmica</i> Milne Edw. XII.<br>369. |
| * <i>Complanata</i> Grube. XII. 391.           | <i>Psora</i> Linn. XII. 357.               |
| * <i>Dumerilii</i> Luc. XII. 391.              | <i>Rosacea</i> Risso. XII. 354.            |
| * <i>Rotundicauda</i> Lilljbg. XII.<br>383.    | <i>Serripes</i> Milne Edw. XII.<br>355.    |
| <i>Æga</i> Leach. XII. 334.                    | <i>Spongiophila</i> Semp. XII. 378.        |
| * <i>Affinis</i> Milne Edw. XII. 357.          | <i>Stroemii</i> Ltkn. XII. 349.            |
| <i>Antillensis</i> n. XII. 361.                | <i>Tenuipes</i> n. XII. 371.               |
| <i>Arctica</i> Ltkn. XII. 374.                 | <i>Tridens</i> Leach. XII. 340.            |
| * <i>Bicarinata</i> Rathke. XII. 349.          | <i>Ventrosa</i> M. Sars. XII. 375.         |
| * <i>Bicarinata</i> Leach. XII. 354.           | <i>Webbii</i> Guér. XII. 347.              |
| <i>Crenulata</i> Ltkn. XII. 343.               |  |
| <i>Dentata</i> n. XII. 372.                    | * <i>Ægacylla</i> Dana. XII. 334.          |
| <i>Deshayesiana</i> Milne Edw. XII.<br>360.    | <i>Ægidæ</i> . XII. 325.                   |
| * <i>Emarginata</i> Leach. XII. 357.           | <i>Agarna</i> n. XIV. 328.                 |
| <i>Hirsuta</i> n. XII. 342.                    | <i>Carinata</i> n. XIV. 329.               |
| <i>Incisa</i> n. XII. 373.                     |  |
| <i>Magnifica</i> Dana. XII. 363.               | <i>Alitropus</i> Milne Edw. XII.<br>403.   |
| <i>Monophtalma</i> Johnst. XII.<br>365.        | <i>Foveolatus</i> n. XII. 406.             |
| * <i>Monophtalma</i> var. Johnst.<br>XII. 349. | <i>Typus</i> Milne Edw. XII. 404.          |
| <i>Nodosa</i> n. XII. 367.                     |  |


- Anilocra* Leach. XIII. 100.  
 \**Alloceræa* Koelb. XIII. 108.  
*Amboinensis* n. XIII. 116.  
*Atlantica* n. XIII. 122.  
*Australis* n. XIII. 120.  
 \**Bivittata* Risso. XIII. 29.  
*Capensis* Milne Edw. XIII. 146.  
*Coxalis* n. XIII. 118.  
 \**Cuvieri* Leach. XIII. 131.  
*Dimidiata* Blkr. XIII. 111.  
*Frontalis* Milne Edw. XIII. 139.  
*Gigantea* Herkl. XIII. 104.  
*Laticauda* Milne Edw. XIII.  
     126.  
 \**Leachii* (Kröyer) Schte. XIII.  
     126.  
*Leptosoma* Blkr. XIII. 108.  
*Longicauda* n. XIII. 113.  
 \**Mediterranea* Leach. XIII.  
     131.  
 \**Mexicana* de Sauss. XIII.  
     126.  
*Physodes* Linn. XIII. 131.  
*Plebeia* n. XIII. 145.  
*Rhodotænia* Blkr. XIII. 124.  
 \**Trichiura* White. XIII. 83.  
 \**Vittata* Luc. XIII. 50.  
  
*Anilocridæ.* XIII. 1.  
  
*Artystone* Schte. XIV. 401.  
*Trysibia* Schte. XIV. 402.  
  
 \**Asellus* Geoff.  
 \**Marinus* Petiv. XIII. 131.  
 \**Oestrum* Oliv. XIV. 271.  
 \**Physodes* Oliv. XIII. 131.  
  
*Asotana* n. XIII. 154.  
*Formosa* n. XIII. 155.  
  
*Braga* n. XIII. 92.  
*Brasiliensis* n. XIII. 96.  
*Cichlæ* n. XIII. 94.  
*Nasuta* n. XIII. 93.  
*Patagonica* n. XIV. 419.  
  
 \**Canolira* Leach. XIII. 100.  
 \**Albicornis* Guér. XIII. 131.  
 \**Oestroides* Risso. XIII. 350.  
  
*Catoëssa* n. XIV. 309.  
*Scabricauda* n. XIV. 310.  
  
*Ceratothoa* Dana. XIII. 322.  
*Banksii* Leach. XIII. 340.  
*Carinata* Bianc. XIII. 327.  
*Collaris* n. XIII. 366.  
 \**Crassa* Dana. XIII. 309.  
 \**Exocoeti* Cunningham. XIII.  
     301.  
*Gaudichaudii* Milne Edw. XIII.  
     335.  
*Gobii* n. XIII. 356.  
*Italica* n. XIII. 347.  
 \**Linearis* Dana. XIII. 301.  
*Oestroides* Risso. XIII. 350.  
*Oxyrrhynchæna* Koelb. XIII.  
     368.  
*Parallela* Otto. XIII. 329.  
 \**Rapax* Hell. XIII. 335.  
*Steindachneri* Koelb. XIII. 364.  
*Trigonocephala* Leach. XIII.  
     358.  
  
*Ceratothoinæ.* XIII. 288.

- Cinusa* n. XIV. 312.  
*Tetradontis* n. XIV. 313.
- \**Cirolana* Leach. XII. 334.  
\*irosacea Risso. XII. 354.
- Cteatessa* n. XIII. 296.  
*Retusa* n. XIII. 297.
- Cterissa* n. XIV. 396.  
*Pterygota* Koelb. XIV. 397.
- Cymothoa* Fabr. XIV. 223.  
\**Asilus* Fabr. XIII. 131.  
\**Audouinii* Milne Edw. XIII. 317.  
\**Banksii* Leach. XIII. 340.  
\**Bivittata* Risso. XIII. 29.  
*Borbonica* n. XIV. 282.  
*Brasiliensis* n. XIV. 234.  
\**Carinata* Bianc. XIII. 327.  
*Curta* n. XIV. 228.  
\**Dufresnei* Leach. XIV. 272.  
*Eremita* Bruenn. XIV. 259.  
\**Excisa* Dana. XIV. 234.  
*Excisa* Perty. XIV. 238.  
*Exigua* n. XIV. 232.  
*Eximia* n. XIV. 279.  
*Frontalis* Milne Edw. XIV. 226.  
\**Gaudichaudii* Milne Edw. XIII. 335.  
*Gerris* n. XIV. 244.  
*Globosa* n. XIV. 257.  
\**Henselii* Mart. XIV. 287.  
*Ianuarii* n. XIV. 246.  
*Indica* n. XIV. 250.
- \**Irregularis* Blkr. XIV. 293.  
\**Laticauda* Milne Edw. XIII. 309.  
*Limbata* n. XIV. 248.  
\**Oestroides* Milne Edw. XIII. 350.
- Oestrum* Linn. XIV. 271.  
\**Parallelia* Otto. XIII. 329.  
\**Parasita* Sauss. XIV. 238.  
\**Physodes* Fabr. XIII. 131.  
*Plebeia* n. XIV. 236.  
\**Prægustator* Say. XIII. 152.
- Rhina* n. XIV. 253.  
\**Rosacea* Risso. XII. 354.  
\**Stromatei* Blkr. XIV. 259.  
\**Trigonocephala* Milne Edw. XIII. 340.  
\**Trigonocephala* Leach. XIII. 358.
- Truncata* n. XIV. 266.
- Cymothoidæ*. XIII. 286.
- Cymothoinæ*. XIV. 221.
- Elthusa* n. XIV. 337.  
*Emarginata* n. XIV. 338.
- Emetha* n. XIII. 316.  
*Audouinii* Milne Edw. XIII. 317.
- \**Emphylia* Koelb. XIII. 4.  
\**Ctenophora* Koelb. XIII. 9.
- Enispa* n. XIV. 292.  
*Irregularis* Blkr. XIV. 293.

- \**Epichthys* Herkl. XIII. 100.  
 \**Gigantea* Herkl. XIII. 104.
- Glossobius* n. XIII. 299.  
*Laticauda* Milne Edw. XIII.  
 309.  
*Linearis* Dana. XIII. 301.
- \**Ichthyophilus* Latr. XIII.  
 4.  
\*i<sub>Orbignyi</sub> Guér. XIII. 55.
- Ichthyoxenus* Herkl. XIV.  
 297.  
*Jellinghausii* Herkl. XIV. 298.  
*Montanus* n. XIV. 303.
- \**Idotea* Fabr. XIII. 131.  
\*i<sub>Physodes</sub> Fabr. XIII. 131.
- Idusa* n. XIV. 334.  
*Plagusiae* n. XIV. 335.
- Irona* n. XIV. 381.  
*Melanosticta* n. XIV. 388.  
*Nana* n. XIV. 390.  
*Renardi* Blkr. XIV. 383.  
*Vatia* n. XIV. 386.
- Lathraena* n. XIII. 97.  
*Insidiosa* n. XIII. 98.
- Livoneca* Leach. XIV. 340.  
*Boscii* Blkr. XIV. 365.  
*Californica* n. XIV. 372.  
*Caudata* n. XIV. 360.  
*Desmarestii* Leach. XIV. 353.
- \**Emarginata* Blkr. XIV. 338.  
*Indica* Milne Edw. XIV. 362.  
*Mediterranea* Hell. XIV. 358.  
*Methopia* n. XIV. 374.  
\*i<sub>Novæ-Zealandiæ</sub> Miers. XIV.  
 367.
- \**Ornata* Hell. XIV. 362.  
\*i<sub>Ovalis</sub> Say. XIV. 353.  
*Panamensis* n. XIV. 349.  
\*i<sub>Pterygota</sub> Koelb. XIV. 397.  
*Raynaudii* Milne Edw. XIV.  
 367.  
*Redmanni* Leach. XIV. 353.  
\*i<sub>Renardi</sub> Blkr. XIV. 383.  
\*i<sub>Ricinoides</sub> Risso. XIV. 358.  
*Samoënsis* n. XIV. 376.  
*Sinuata* Koelb. XIV. 378.  
*Vulgaris* Stimps. XIV. 344.
- Livonecinæ*. XIV. 325.
- \**Lobothorax* Blkr. XIII.  
 282.  
\*i<sub>Typus</sub> Blkr. XIII. 283.
- Nerocila* Leach. XIII. 4.  
*Aculeata* Milne Edw. XIII. 37.  
*Acuminata* n. XIII. 48.  
*Adriatica* n. XIII. 45.  
\*i<sub>Affinis</sub> Milne Edw. XIII. 50.  
*Australasiæ* n. XIII. 35.  
*Bivittata* Risso. XIII. 29.  
*Blainvillei* Milne Edw. XIII.  
 78.  
*Breviceps* n. XIII. 25.  
*Californica* n. XIII. 72.  
*Cebuana* n. XIII. 11.

- Cephalotes n. XIII. 60.  
 Depressa Milne Edw. XIII. 15.  
 \*Dolichostylis Koelb. XIII. 15.  
 \*Falklandica Cunningh. XIII.  
   66.  
 Fluviafilis n. XIII. 66—XIV.  
   414.  
 laponica n. XIII. 20.  
 Lata Dana. XIII. 22.  
 Laticauda n. XIII. 81.  
 Latiuscula Dana. XIII. 76.  
 Maculata Milne Edw. XIII. 50.  
 Neapolitana n. XIII. 41.  
 Novæ-Zelandiæ n. XIII. 70.  
 Orbignyi Guér. XIII. 55.  
 Phæopleura Blkr. XIII. 13.  
 Recurvispina n. XIII. 24.  
 Rhabdota Koelb. XIII. 39.  
 Serra n. XIII. 17.  
 Sundaica Blkr. XIII. 9.  
 Tenuipes Dana. XIII. 64.  
 Trichiura White. XIII. 83.
- \*Oniscus Linn.  
 \*Asilus Linn. XIII. 131.  
 \*Ceti Spengl. XIII. 291.  
 \*Oestrum Linn. XIV. 271.  
 \*Oestrum Spengl. XIV. 259.  
 \*Physodes Linn. XIII. 131.  
 \*Prægustator Latrob. XIII.  
   152.  
 \*Psora Linn. XII. 357.  
 \*Psora Leach. XIII. 131.
- \*Ourozeuktes Milne Edw.  
   XIV. 404.  
 \*Pediculus  
 \*Marinus Rondel. XIII. 131.  
 \*Marinus Seba. XIII. 340.
- Plotor n. XIII. 87.  
 Indus n. XIII. 89.
- \*Pterelas Guér. XII. 334.  
 \*Webbii Guér. XII. 347.
- Renocila Miers. XIV. 414.  
 Indica n. XIV. 417.  
 Ovata Miers. XIV. 416.
- Rhexana n. XIII. 289.  
 Verrucosa n. XIII. 291.
- Rhothra n. XIV. 318.  
 Callipia n. XIV. 319.
- Rocinela Leach. XII. 380.  
 Americana n. XII. 394.  
 Aries n. XII. 401.  
 Australis n. XII. 397.  
 Danmoniensis Leach. XII. 383.  
 \*Deshaysiana Milne Edw. XII.  
   360.  
 Dumerilii Luc. XII. 391.  
 Insularis n. XII. 390.  
 Maculata n. XII. 393—XIV.  
   413.  
 \*Ophthalmica Milne Edw. XII.  
   369.  
 Orientalis n. XII. 395.  
 Signata n. XII. 399.


Rosca n. XIII.	85.	Henselii Mart. XIV.	287.
Limbata n. XIII.	86.	Lunaris n. XIV.	289.
Saophra n. XIII.	282.	Urozeuctes Milne Edw.	XIV.
Aurita. n. XIII.	284.	404.	
Typus Bleek.	XIII. 283.	Caudatus n. XIV.	411.
Saophridæ.	XIII. 281.	Monacanthi n. XIV.	407.
Telotha n.	XIV. 286.	Owenii Milne Edw.	XIV.
		405.	



Cymothoe: 1-2. *frontalis*. 3-6. *curta*. 7-8. *evigua*. 9-10. *Brasilienste.*  
II-10. *excisa*. 17-18. *Gerris*. 19-20. *Ianuarii*.




10.



12.



8.



11.




9.




4.



5.



3.




7.




2.



1.



6.



13.



Cymothoæ : 1—2. *limbata*

3—13. *Eremita*.



10.





11.



2.




5.




1.



13.



8.



Cymothoe - 1-4. Indica. - 5-13. Oestrum



10.




II.




4




9.



6.



5.




2




7.




1.



8.










3.



Cymothoæ: 1-2 plebeia, 3-8 truncata, 9-II eximia.







Cymothoe: 1-4. *Rhina*. 5-6. *globosa*. 7-10. *Borbonica*.

Telothia: 11-12. *Henselti*. 13-15. *lunaris*.






1.



2.



3.




4.



5.




6.




7.



8.



9.



10.



11.



12.



13.




14.



15.




16.




17.






1.



7.



5.



2.




6.



9.



13.




3.




11.




4.



8.



12.




10.

Catoessa : 1-2. scabricauda. Cinusa : 3-7. Tetradontis.

Rhoithra : 8-13. Calliptia.




Lowndes sc.







Agarna: 1-6. carinata. Idusa: 7-8. Plagastis. Elthasa: 9-10 emarginata.  
Liponeea: 11-14. Panamensis.





13.











14.

Livoneæ : 1-5. *vulgaris*. 6-12. *Redmanni*. 13-14. *mediterraneæ*.

Löpendal




♂.




Lionectæ: 1-2 caudata. 3-6 Indica. 7-8 Bosciæ. 9-13 Raynaudii.







14.




15.




9.




5.



1.



3.



12.



6.



13.




11.



2.



4.




7.

Livoneca: 1-2. *Californica*.  
7-8. *sinuata*.

3-4. *Methepia*.  
Irona: 10-15. *Renardt*.






Iridon : 1-2. *Tatia*. 3-5. *melanosticta*. 6-11. *nana*.

Cterissa : 12-14. *pterygota*.





Artystone: 1-4. trisibia. Urozeuctes: 5-7. Owenii. 8-10. Monacanthi.  
II-12. caudatus. Rocinuela: 13. maculata. Renocila: 14-16. Indica.  
Braga: 17-18. Patagonica.


Lovendal sc
















3 9088 00045 3894  
SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES